

Handwritten text, possibly a signature or initials, including the word "LONDON" and other illegible characters.

1613

1604

Ulrich Middeldorf

Missale Romanum



**MISSALE
ROMANVM**

EX DECRETO SACROSANCTI
Concilij Tridentini restitutum,

PLI V. PONT. MAX;
iusu editum,

ET CLEMENTIS VIII.
auctoritate recognitum.

De licentia Superiorum.



VENETIIS APVD IVNTAS

Digitized by the Internet Archive
in 2016

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.



Vo primum tempore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animū, viresque nostras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad Ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinent, eaque parare, & Deo ipso adiuuante, omni adhibito studio efficere contēdimus. Cumque inter alia sacri Tridentini Concilij decreta, nobis statuendum esset de sacris libris, Catechismo, Missali, & Breuiario edendis atque emendandis: edito iam, Deo ipso annuente, ad populi eruditionem Catechismo, & ad debitas Deo persoluendas laudes Breuiario castigato, omnino, vt Breuiario Missale respōderet, vt congruū est & conueniens (cum vnum in Ecclesia Dei psallendi modum, vnum Missæ celebrandæ ritum esse maxime deceat) necesse iam videbatur, vt quod reliquum in hac parte esset, de ipso nempe Missali edendo, quam primum cogitaremus. Quare eruditissimis viris onus hoc demandandum duximus: qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetustis nostræ Vaticanæ Bibliothecæ, alijsque vndique conquisitis emendatis atque incorruptis codicibus: necnon veterum cōsultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorumdē rituum instituto monumenta nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsū sanctorum Patrum normam ac ritum restituerunt. Quod recognitum iam & castigatum, mature adhibita consideratione, vt ex hoc instituto, ceptoque labore, fructus omnes percipiāt, Romæ quā primū imprimi, atque impressum edi mandauimus, nempe, vt sacerdotes intelligāt, quibus precibus vtique, quos ritus, quasve cęremonias in Missarum celebratione retinere posthac debeant. Vt autem à sacrosancta Romana Ecclesia, ceterarum Ecclesiarum matre & magistra, tradita vbique amplectantur omnes, & obseruent, ne in posterum perpetuis futuris tēporibus in omnibus Christiani orbis prouinciarū Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, sæcularibus, & quorumuis Ordinum, Monasteriorum, tam virorum, quā mulierum, etiam militiarum regularibus, ac sine cura Ecclesijs, vel Cappellis, in quibus Missa Conuentualis alta voce cū Choro, aut demissa celebrari iuxta Romanę Ecclesię ritum consuevit, vel debet, aliās, quā iuxta Missalis à nobis editi formulā decantetur, aut recitetur, etiam si eadem Ecclesię quouis modo exemptæ Apostolicæ Sedis indulto, cōsuetudine, priuilegio, etiā iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel alijs quibusuis facultatibus munitæ sint: nisi ab ipsa prima institutione à Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, que, vel ipsa institutio super ducentos annos Missarū celebrandarū in eisdem Ecclesijs assidue obseruata sit: à

quibus, vt præfatam celebrandi constitutionem vel consuetudinem nequaquam auferimus, sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, iisdē magis placeret, de Episcopi, vel Prælati, Capitulique vniuersi consensu, vt quibusuis nō obstantibus, iuxta illud Missas celebrare possint. permittimus: ex alijs vero omnibus Ecclesijs præfatis eorundem Missalium vsū tollendo, illaque penitus & omnino reiiciendo, ac huic Missali nostro nuper edito, nihil vnquam addēdum, detrahendum, aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostræ pœna, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus & ordinamus. Mandantes, ac districte omnibus & singulis Ecclesiarum prædictarum Patriarchis, Administratoribus, alijsq. personis quacumque Ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam si Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinales, aut cuiusuis alterius gradus & præeminentię fuerint, illis, in virtute sanctę obedientię præcipiētes, vt ceteris omnibus rationibus & ritibus ex alijs Missalibus quantumuis vetustis hæctenus obseruari consuetis, in posterum penitus omissis, ac plane reiectis, Missam iuxta ritum, modum, ac normam, quæ per Missale hoc à nobis nunc traditur, decantent, ac legant: neque in Missæ celebratione alias cæremonias, vel preces, quàm quæ hoc Missali continentur, addere, vel recitare præsumant. Atque vt hoc ipsum Missale in Missa decantanda, aut recitanda in quibusuis Ecclesijs absque vllō cōscientię scrupulo, aut aliquarum pœnarum, sententiarum, & censurarum incursum post hac omnino sequantur, eoque libere & licite vti possint & valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus: Neve Præfules, Administratores, Canonici, Cappellani, & alij quocumque nomine nuncupati Presbyteri sæculares, aut cuiusuis Ordinis regulares, ad Missam aliter, quam à nobis statutum est, celebrandam teneantur: neque ad Missale hoc immutandum à quolibet cogi & compelli, presentes ve litteræ vllō vnquam tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmæ semper & validæ in suo existant robore, similiter statuimus & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis, generalibus vel specialibus cōstitutionibus & ordinationibus: necnon Ecclesiarum prædictarum vsu, longissima & immemorabili præscriptione, non tamen supra ducentos annos, roborata, statutis & consuetudinibus contrarijs quibuscumque. Volumus autem, & eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostræ constitutionis, ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia presbyteri post mensem; qui vero intra montes, post tres; & qui ultramontes incolunt, post sex menses, aut cum primum illis Missale hoc venale propositum fuerit: iuxta illud Missam decantare vel legere teneantur. Quod vt vbique terrarum incorruptum, ac mendis & erroribus purgatum præseruetur, omnibus in nostro & Sanctæ Romanę Ecclesię dominio mediate vel immediate subiecto commorantibus impressoribus, sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Cancellarię Apostolicę ipso facto applicandorum: alijs vero in quacumque or-

bis

bis parte consistentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, & alijs arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra, vel specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdem partibus à nobis constituendi, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori Missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma, cum Missali in Vrbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse, & concordare, nec in nullo penitus discrepare prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vlllo modo audeant, vel præsumant, auctoritate Apostolica, & tenore præsentium similibus inhibeant. Verum, quia difficile esset præsentibus litteras ad quæque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari & affigi, ac earumdem litterarum exemplis etiam impressis, ac manu alicuius publici tabellionis subscriptis, necnon sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus indubitata fidem vbique gentium & locorum haberi præcipimus, quæ præsentibus haberetur, si ostenderentur, vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, statuti, ordinationis, mandati, præcepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotens Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini-cæ, Millefimo, quingentesimo, septuagesimo, pridie Idus Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.

Cæs. Glorierius.


H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini, Millefimo, quingentesimo, septuagesimo, Indictione decimatertia, die vero vigesima nona mensis Iulij, Pontificatus sanctiss. in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. anno eius quinto, retrospectæ litteræ publicatæ & affixæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Io. Andreæ Rogerium, & Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Curforum.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

 *V*m sanctissimum Eucharistia Sacramentum, quo nos Christus Dominus sacri sui corporis participes efficit, atque apud nos usq. ad consummationem seculi permanere decreuit, maximum sit omnium sacramentorum, illudque in sacra Missa conficiatur, ac pro peccatis totius populi Deo Patri offeratur: sane omnino conueniens est, vt qui omnes vnum sumus in vno corpore, quod est Ecclesia, & de vno corpore Christi participamus, vna & eadem celebrandi ratione, vniusc. officij & ritus obseruatione in hoc ineffabili & tremendo sacrificio utamur. Quod cum Romani Pontifices praedecessores nostri semper optarint, atque in hoc diu multumq. desudarint, tum in primis fel. rec. Pius Papa V. Missale Romanum ex decreto sacri Concilij Tridentini & veterem & emendatiorem normam restitui, Romaeq. imprimi curauit. Qui etsi multis propositis poenis seuerissime cauerit, ne quid illi, vel adderetur, vel vlla ratione demeretur; tamen progressu temporis, siue typographorum, siue aliorum temeritas & audacia effecit, vt multi in ea qua his proximis annis excusa sunt Missalia, errores irrepserint, quibus vetustissima illa sacrorum Bibliorum versio, qua etiam ante S. Hieronymi tempora celebris habita est in Ecclesia, & ex qua omnes fere Missarum Introitus, & qua dicuntur Gradualia, & Offertoria accepta sunt, omnino sublata est: Epistoliarum & Euangeliorum textus, qui hucusque in Missa solemnij perlectus est, multis in locis perturbatus, ipsis Euangelijs diuersa, ac prorsus insolita praefixa initia: plurima deniq. passim pro arbitrio immutata sint, cuius rei praetextus fuisse videtur, vt omnia ad praescriptum sacrorum Bibliorum vulgatae editionis reuocarentur, quasi id alicui propria auctoritate atque Apostolica Sede inconsulta facere licitum sit. Quod nos animaduertentes, pro nostra pastorali sollicitudine, qua omnibus in rebus, & praecipue in sacris Ecclesia ritibus, optimam, eamq. veterem normam studemus tueri & conseruare, primum praedicta Missalia impressa sic deprauata prohiberi & abrogari, eorumque usum in celebratione Missarum interdici iussimus, nisi ad praescriptum exemplaris sub ipso Pio V. editi integre in omnibus emendarentur, ac deinde mandauimus nonnullis venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in sacris litteris versatis, & Ecclesiastica antiquitatis peritis, vt curam Missale ad pristinam & quam maxime emendatam formam restituendi susciperent: qui pro sua erga nos fide, & in Romanam Ecclesiam pietate & studio, adhibitis etiam alijs verum Ecclesiasticarum peritis & eruditissimis viris, & veteribus Missalibus, alijsque praeterea libris qui ad eam rem opportuni videbantur, accurate perquisitis, & diligenter inspectis, Missale Romanum sua integritati restituere, ac ipsis Pij V. & eorum qui ab eo delecti fuerant, laborem & diligentiam confirmare & comprobare curarunt. Verum in eo munere peragendo factum est, vt nonnulla ex diligenti librorum antiquorum collatione in meliorem formam redacta, & in regulis & rubricis aliqua vberius & clarius expressa sint, qua tamen ex illorum principijs & fundamentis quasi deducta, illorum sensum imitari potius & supplere, quam aliquid noui asserere videantur. Missale itaque quod idem Pius V. ediderat, sic recognitum, in nostra Typographia Vaticana quam emendatissime imprimi, & ad communem utilitatem publicari iussimus. Vt autem illius usus in omnibus Christiani orbis partibus perpetuis futuris temporibus conseruetur, ipsum Missale in alma Vrbe nostra in eadem Typographia tantum, & non alibi imprimi posse decernimus: extra Urbem vero iuxta exemplar in dicta Typographia nunc editum, & non aliter, hac lege imprimi posse permittimus, vt nimirum Typographis quibuscumque illud imprimere volentibus, id facere liceat, requisita tamen

prius, & in scriptis obtenta dilectorum filiorum Inquisitorum haretica prauitatis in ijs locis in quibus fuerint, ubi vero non fuerint, Ordinariorum locorum licentia, alioquin si absque huiusmodi licentia dictum Missale sub quacumque forma de cetero ipsi imprimere, aut Bibliopola vendere presumpserint, Typographi & Bibliopola extra statum nostrum & ecclesiasticum existentes excommunicationis lata sententia, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant: in alma vero Vrbe, ac reliquo statu Ecclesiastico cõmorantes, quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis librorum & Typorum omnium Camera prædictæ applicandorum pœnas absque alia declaratione irremissibiliter incurrant eo ipso. Et nihilominus eorundem Missalium per eos de cetero absque huiusmodi licentia imprimendorum, aut vendendorum vsum vbiq; locorum & gentium sub eisdem pœnis perpetuo interdicimus, & prohibemus. Ipsi autem Inquisitores, seu Ordinarij locorum, antequam huiusmodi licentiam concedant, Missalia ab ipsis Typographis imprimenda, & postquam impressa fuerint cum hoc Missali auctoritate nostra recognito & nunc impresso, diligentissime conferant, nec in illis aliquid addi, vel detrahi permittant: nec in præmissis præteru incuria Typographorum, aut non factæ per correctores, vel alios ab ipsis forsan deputandos diligentia se aliquo modo excusare, quodque in infra scriptas pœnas non incurrerint, allegare valeant, & in ipsa licentia originali de collatione facta, & quod omnino concordent, manu propria attestentur, cuius licentiæ copia initio vel in calce cuiusque Missalis semper imprimatur. Quod si secus fecerint, Inquisitores videlicet priuationis suorum officiorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, Antistites autem & Ordinarij locorum suspensionis à diuinis, ac interdicti ab ingressu Ecclesiæ, eorum vero Vicarij, priuationis similiter officiorum & beneficiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac præterea excommunicationis absque alia declaratione ut præfertur, pœnas incurrant eo ipso. Ceterum pauperum Ecclesiarum, Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum, ac Typographorum & Bibliopolarum quorũcumq; indemnitate Apostolica rationem habentes, eisdem Missalia hæctenus impressa penes se habentibus, (ijs dumtaxat exceptis qua auctoritate nostra ut supradictum est, interdicta, & abrogata fuerunt) vi ea retinere, & illis vti, eaque vendere respectiue possint, similiter permittimus. & indulgemus. Non obstantibus licentijs, indultis; & priuilegijs quibuscumque Typographis hæctenus per Nos, seu Romanos Pontifices prædecessores nostros Missale prædictum Pij V. imprimendi concessis, que per presentes expresse reuocamus, & reuocata esse volumus, nec non constitutionibus & ordinationibus Apostolicis generalibus & specialibus, in contrarium præmissorum quomodocumque concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus etiã si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda esset, tenores huiusmodi presentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, qua ipsis presentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostense. Datum Roma apud Sanctum Marcum sub Anulo Piscatoris, die vij. Iulij MDCIII. Pontificatus nostri Anno xij.

M. Vestrius Barbianus.

DE CYCLO DECENNOVENNALI AVREI NUMERI.

Cyclos Decennouénalis Aurei numeri est reuolutio numeri 19. annorum ab 1. vsque ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur. Verbi gratia. Anno 1577. numerus cycli decennouénalis, qui dicitur Aureus, est 1. anno sequenti 1578. est 2. & ita deinceps in sequentibus annis, vno semper amplius, vsque ad 19. qui Aureus numerus cadet in annu 1595. post quem iterum ad vnitatem redeundum est, ita vt anno 1596. Aureus numerus sit rursus 1. & anno 1597. sit 2. & c.

Igitur vt Aureus numerus quolibet anno proposito inueniatur, cōposita est sequēs tabella aureorum numerorum, cuius vsus incipit ab anno correctionis 1582. inclusiue, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cuiuslibet anni post annum 1582. reperietur hoc modo.

6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.
15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui est 6. secundus autem, qui est 7. sequēti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius Aureum numerum quæris perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam percurreris. Nam numerus, in quem annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæsitum.

DE EPACTIS, & Nouilunijs.

Epac̄ta nihil aliud est, quàm numerus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. superat: ita vt Epac̄ta primi anni sit 11. cum hoc numero annus Solaris cōm̄munis Lunarē annum communem excedat, atque adeo sequenti anno Nouilunia cōtingant 11. diebus prius, quā anno primo. Ex quo fit, Epac̄tam secundi anni esse 22. cū eo anno rursus annus Solaris Lunarem annum superet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni efficiunt 22. ac proinde finito hoc anno, Nouilunia cōtingere 22. diebus prius, quā primo anno: Epac̄tam autem tertij anni esse 3. quia si rursus 11. dies ad 22. adijciantur, efficietur numerus 33. à quo si reijciantur 30. dies qui vnam Lunationem Embolismalē constituunt, relinquentur 3. atque ita deinceps. Progrediuntur enim Epac̄tę omnes per continuum augmentum 11. dierum, abiectis tamē 30. quando reijci possunt. Solum quādo peruentum erit ad vltimam Epac̄tam Aureo numero 19. respōdentem, quæ est 29. addūtur 12. vt abiectis 30. ex composito numero 41. habeatur rursus Epac̄ta 11. vt in principio. Quod ideo fit, vt vltima Lunatio Embolismica, curren- te Aureo numero 19. sit tantum 29 dierum. Si enim 30. dies contineret, vt aliæ sex Lunationes Embolismicę, nō redirent Nouilunia post

post 19. annos Solares ad eosdem dies, sed versus calcem mensium prolaberentur, contingerentque vno die tardius, quam ante 19. annos. De qua re plura inuenies in libro nouæ rationis restituendi Kalendarij Romani. Sunt autem nouemdecim Epactæ, quot & Aurei numeri, respondebantque ipsis Aureis numeris ante Kalendarij correctionem eo modo, quo in hac tabella dispositæ sunt.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ante Kalendarij correctionem.

Aurei nu.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.
Epactæ.	xj.	xxij.	iiij.	xiiij.	xxv.	vj.	xvij.
	8.	9.	10.	11.	12.	13.	
	xxviiij.	ix.	xx.	j.	xij.	xxiiij.	
	14.	15.	16.	17.	18.	19.	
	iiiiij.	xv.	xxvj.	vij.	xviiij.	xxix.	

Quia vero cyclus decennouenalis Aurei numeri imperfectus est, cum Nouilunia post 19. annos Solares non præcise ad eadem loca redeant, vt dictum est, imperfectus etiam erit hic cyclus 19 Epactarum. Quamobrem ita emendatus est, vt in postremum loco Aurei numeri, & dictarum 19. Epactarum vtamur 30. numeris Epactalibus ab 1. vsque ad 30. ordine progredientibus, quamuis vltima Epacta, siue quæ ordine est trigesima notata numero non sit, sed signo hoc \ast . propterea quod nulla Epacta esse possit 30. Varijs autem temporibus ex his 30. Epactis respondent decem & nouem Aureis numeris variæ decem & nouem Epactæ, prout Solaris anni, ac Lunaris æquatio exposcit: quæ qui-

dem decem & nouem Epactæ progrediuntur, vt olim, per eundem numerum 11. addunturque semper 12. illi Epactæ quæ respondet Aureo numero 19. vt habeatur sequens Epacta respondens Aureo 1. ob rationem patulo ante dictam. Id quod sequens tabella perspicuum faciet, quæ continet Aureos numeros, & Epactas inter se respondententes ab anno correctionis 1582. post detractionem 10. dierum, vsque ad annum 1700. exclusiue. Quamuis autem vulgares Epactæ mutantur in Martio, re ipsa tamen in principio anni mutantæ sunt, vna cum Aureo numero, in cuius locum hæ nostræ Epactæ succedunt.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idib. Octob. anni correctionis 1582. detractis prius x. diebus, vsque ad annum 1700. exclusiue.

Aurei nu.	6.	7.	8.	9.	10.	11.
Epactæ.	xxvj.	vij.	xviiij.	xxix.	x.	xxj.
	12.	13.	14.	15.	16.	17.
	ij.	xiiij.	xxiiij.	v.	xvj.	xxvij.
	18.	19.	1.	2.	3.	4.
	viiij.	xix.	j.	xij.	xxiiij.	iiiiij.

Itaque si Epacta quocumque anno proposito inuenienda sit, querendus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellæ, quæ illi tempori, in quo propositus annus continetur, congruit. Mox enim sub Aureo numero in inferiori ordine tabellæ reperietur Epacta anni propositi, vel certe hoc signum \ast . Vbi ergo illa Epacta vel signum \ast in Kalendario inuentum fuerit, eo die Nouiluniū fiet. Inuenietur autem

autem Aureus numerus, vel ex antecedente canone, vel ex tabella Epactarum proposito tempori congruente, tribuendo primum Aureum numerum illius tabellæ illi anno, à quo vsus tabellæ incipit, & secundum Aureum numerum sequenti anno, &c. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, si prima Epacta tabellæ tribuatur illi anno, à quo eius vsus incipit, & secunda Epacta sequenti anno, &c.

Exemplum. Anno correctionis 1582. Aureus numerus est 6. nempe primus primæ tabellæ, cuius vsus incipit ab Idibus Octobris dicti anni 1582. detractis prius x. diebus. Erit ergo tunc Epacta 26. quæ sub Aureo numero 6. collocatur: fietque Nouilunium die 27. Octobris, & 26. Nouembris, & 25. Decembris. Item anno 1583. iam correcto Aureus numerus est 7. cui in eadem tabella supposita est Epacta 7. quæ toto eo anno in Calendario Nouilunia indicabit: Ut in Ianuario die 24. In Februar. die 22. In Martio die 24. &c.

Tabella litterarum Dominicalium ab Idib. Octob. anni correctionis 1582. (detractis prius x. diebus) vsque ad annum 1700. exclusiue.

c	b	A	fed	c	A	gf	e	cb	A
		g		b		d			
g	edc	b	gfe	d	b	A	g	f	d
f		A		c		e			

Vsus huius tabellæ hic est. Anno correctionis 1582. post Idus Octobris (detractis prius x. diebus) tribuatur littera c, primæ cellu- læ, & sequenti anno 1583. littera b,

secundæ, & anno 1584. dentur lit- teræ A, g, tertiæ cellu- læ, & sic dein- cept alijs annis ordine aliæ cellu- læ tribuatur, donec ad annum pro- positum peruentum sit, redeundo ad principium tabellæ, quotiescum que eam percurreris. Nam cellu- la, in quam annus propositus ca- dit, dummodo minor sit, quam annus 1700. dabit litteram Domi- nicalem propositi anni. Quæ si vnica occurrerit, annus erit com- munis: si vero duplex, Bissextilis, & tunc superior littera Domini- cam diem ostendet in Calendario à principio anni vsque ad festum S. Matthiæ Apostoli; inferior au- tem ab hoc festo vsque ad finem anni. Exempli gratia: Sit inue- nienda littera Dominicalis anno 1587. Numera ab anno 1582. quæ tribue primæ litteræ c, vsque ad an- num 1587. tribuendo singulis cel- lulis singulos annos (computan- do geminas litteras quascumque, superiorem & inferiorem, pro vna cellula) cadetque annus 1587. in litteram d, quæ sextum locum in tabella occupat. Est ergo toto eo anno littera Dominicalis d, annus- que communis est, cum littera simplex occurrat. Rursus sit inue- stiganda littera Dominicalis an- no 1616. Numera ab anno 1582. vt dictum est vsque ad annū 1616. redeundo ad principium tabellæ, postquam eam percurreris, perue- niesque ad duas hasce litteras c, b, septimo loco positas. Est ergo an- nus ille Bissextilis, cum duplex lit- tera occurrat, superiorq. littera c, Dominicam diem indicabit à prin- cipio anni illius vsque ad festum sancti Matthiæ, inferior autem b, in reliqua parte anni.

DE INDICTIONE.

Indictio est reuolutio 15. annorum ab 1. vsque ad 15. qua reuolutione peracta, iterum reditur ad vnitatem, initiumque sumit quilibet annus huius cycli à Ianuario in Bullis Pontificijs. Et quoniam Indictionis frequens vsus est in Diplommatibus, & scripturis publicis, facile annum Indictionis currentem quolibet anno proposito inuenimus ex sequenti tabella, cuius vsus perpetuus est: initium tamen sumit ab anno correctionis 1582.

Tabella Indictionis ab anno correctionis 1582.

10.	11.	12.	13.	14.	15.	1.	
2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.

Nam si anno 1582. tribuas primum numerum, qui est 10. & sequenti anno 1583. secundum numerum, qui est 11. & sic deinceps vsque ad annum propositum, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam percurreris, cadet annus propositus in Indictionem, quæ quæritur.

DE FESTIS MOBILIBVS.

Quoniam ex decreto sacri Concilij Nicæni Pascha, ex quo reliqua festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime succedit xiiij. Lunæ primi mensis (is vero apud Hebræos vocatur primus mensis, cuius xiiij. Luna vel cadit in diem verni æquinoctij, quod die 21. mensis Martij contingit, vel propius ipsum sequitur;) efficitur, vt si Epacta cu-

iusuis anni inueniatur, & ab ea in Kalend. notata inter diem octauum Martij inclusiuæ, & quintum Aprilis inclusiuæ (huius enim Epactæ xiiij. Luna cadit vel in diem æquinoctij verni, idest, in diem 21. Martij, vel eum propius sequitur) numeretur inclusiuæ deorsum versus dies quatuordecim, proximus dies Dominicus diem hunc xiiij. sequens (ne cum Iudæis conueniamus, si forte dies xiiij. Lunæ caderet in diem Dominicum) sit dies Paschæ.

Exemplum. Anno 1605. Epacta est x. & littera Dominicalis b. Et quoniam inuenimus Epactam x. inter diem 8. Martij, & 5. Aprilis inclusiuæ positam esse è regione diei 21. Martij, à quo inclusiuæ si deorsum versus numerentur 14. dies, inueniemus xiiij. Lunam die 3. Aprilis, quæ est Dominica, cum è regione illius sit littera Dominicalis b. Ne igitur cum Iudæis conueniamus, qui Pascha celebrant die xiiij. Lunæ, sumenda est littera Dominicalis b, quæ sequitur xiiij. Lunam, nempe ea quæ è regione diei 10. Aprilis collocatur: atque eo anno Pascha celebrandum erit die 10. Aprilis. Item anno 1604. Epacta est xxix. & duplex littera Dominicalis d, c, cum annus ille sit Biffextilis. Si igitur ab Epacta xxix. quæ è regione diei 1. Aprilis ponitur inter diem 8. Martij, & 5. Aprilis inclusiuæ, numerentur dies 14. cadet xiiij. Luna in diem 14. Aprilis. Et quia tunc currit posterior littera Dominicalis, nempe c, quæ post diem 14. Aprilis, idest, post xiiij. Lunam collocata est è regione diei 18. Aprilis celebrabitur eo anno Pascha die 18. Aprilis.

Cete-

Ceterum vt facilius omnia festa mobilia inueniantur, composita sunt duę sequentes tabulę Paschales, vna antiqua, & noua altera. Ex antiqua ita Festa mobilia reperiuntur. In latere sinistro tabulę accipiatur Epacta currens, & in linea litterarum Dominicalium sumatur littera Dominicalis currēs, infra tamen Epactam currentem, ita vt si littera Dominicalis currēs reperiatur è regione Epactę currentis, assumenda sit eadem littera Dominicalis proxime inferior. Nam è regione huius litterę Dominicalis omnia festa mobilia continentur.

Exemplum. Anno 1606. Epacta est xxj. & littera Dominicalis A. Si igitur in tabula antiqua sumatur littera Dominicalis A, quę primo infra Epactam xxj. occurrat, reperiatur è regione huius litterę Dominica Septuagesimę die 22. Ianuarij, dies Cinerum 8. Februarij, Pascha 26. Martij, Ascensio Domini 4. Maij, Pentecostes 14. Maij, & festum Corporis Christi 25. Maij. Dominicę autem inter Pentecosten & Aduentum eo anno erunt 28. & Aduentus celebrabitur die 3. Decembris. Et sic de ceteris. Item anno 1605. Epacta est x. & littera Dominicalis b, quę in tabula reperitur è regione Epactę x. Quare sumenda est alia littera b, quę proxime infra Epactam inuenitur, è regione cuius inuenies Septuagesimam die 6. Februarij, diem Cinerum 23. Februarij, Pascha 10. Aprilis, &c.

Notandum autem est, quòd quemadmodum in anno communi, cadente littera Dominicali è regione Epactę in tabula antiqua, su-

mitur eadem littera proxima infra Epactam, vt diximus, ita quoque in anno Bissextili, si alterutra duarum litterarum Dominicalium, tunc currentium è regione Epactę reperiatur, assumendę sunt alię duę similes litterę proximę inferiores, vt Festa mobilia inueniantur.

Ex tabula vero Paschali noua ita eadem Festa mobilia reperiuntur. In cellula litterę Dominicalis currentis quęratur Epacta currens. Nam è directio omnia Festa mobilia deprehenditur. Vt anno 1609. in cellula litterę Dominicalis d, tunc currentis è regione Epactę xxiiij. quę eodem anno currit, habetur Septuagesima die 15. Februarij, dies Cinerum 4. Martij, Pascha 19. Aprilis, &c.

Sed siue antiqua, siue noua tabula Paschali vtamur, inuenienda sunt omnia Festa mobilia in annis Bissextilibus per litteram Dominicalē posteriorem, quę nimirum currit post festum S. Matthię Apostoli, ne scilicet ambigamus, vtra duarum litterarum pro hoc, aut illo festo indagando accipienda sit: ita tamen, vt Septuagesimę, & diei Cinerum inueniatur in Ianuario, aut Februario addatur vnus dies. Quòd ideo fit, quia ante diem S. Matthię currit prior littera Dominicalis, quę in Calendario posteriorem semper sequitur: Post festum autem S. Matthię in Februario licet posterior littera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita vt dies 24. Februarij dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quod si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum est, quia tunc & littera posterior currit, & dies mensis pro-

Proprijs numeris respondent, cum dies intercalaris Februario sit additus. Immo nisi per posteriorem litteram inuestigarentur, non inueniretur recte Septuagesima in anno Bissextili currente Epacta xxiiij. vel xxv. & littera Dominicali d, c, vt in secundo ac tertio exemplo perspicuū fiet pro annis 4088. & 3784. Exempli gratia. Anno 2096. Bissextili Epacta erit v. & litteræ Dominicales A. g. Si igitur per posteriorem litteram, quæ est g, festa mobilia inuestigentur, reperietur Septuagesima die 11. Februarij, & dies Cinerum 28. Februarij. Si autem addatur vnus dies, cadet Septuagesima in diem 12. Februarij quæ est Dominica: & dies Cinerum in diem 29. Februarij, quæ est feria quarta. Pascha autem, & reliqua festa in eos dies cadent, qui in tabula expressi sunt. Item anno 4088. Bissextili Epacta erit xxiiij. & litteræ Dominicales d, c. Si igitur per litteram c, quæ posterior est, inquirantur Festa mobilia, inuenietur Septuagesima die 21. Februarij, & si addatur vnus dies, cadet in diem 22. Februarij quæ est Dominica. Dies autem Cinerum cadet in diem 10. Martij: quare nihil additur, & c. Rursus anno 3784. Bissextili Epacta erit xxv. & litteræ Dominicales d, c. Ergo iterum per posteriorem c, reperietur Septuagesima die 21. Februarij, hoc est, addita 1. die 22. Quod si per priorem litteram d, in utroque horum duorum annorum agendum esset, nihil efficeretur, cum infra Epactas xxiiij. & xxv. littera d, indicet Septuagesimam die 15. Februarij, quod falsum es-

set, cum eo anno posterior littera c, Pascha offerat die 25. Aprilis, ac proinde Septuagesima die 22. Februarij celebranda sit vt liquido constat, si à die Paschæ Dominicæ retro numerentur vsque ad Septuagesimam.

In priori porro tabula Paschali antiqua reformata Epactis ad sinistram præposuimus Aureos numeros eodem ordine, quo ante emendationem Calendarij collocari solebant, vt ex ijs Festa mobilia inuenirentur. Hoc autem idcirco à nobis factum est, vt Pascha, ceteraque festa mobilia, à Concilio Nicæno vsque ad annum 1582. quilibet indagare possit. Eodem autem prorsus artificio ex Aureis numeris ita distributis Festa mobilia eruuntur, quo ex Epactis. Sit enim explorandum, exempli causa, quando festa hæc celebrata fuerint anno 1450. Quoniam eo anno Aureus numerus fuit 7. & littera Dominicalis d, si Aureus numerus 7. in sinistro latere accipiatur, & prima littera d, infra eum occurrens, reperietur è regione huius litteræ d, Septuagesima die 1. Februarij, dies Cinerum 18. Februarij, Pascha die 5. Aprilis, & c.

Aduentus Domini celebratur semper die Dominico, qui propinquior est festo sancti Andreæ Apostoli, nempe à die 27. Nouembris inclusiue vsque ad diem 3. Decembris inclusiue: ita vt littera Dominicalis currens, quæ reperitur in Calendario à die 27. Nouembris, vsque ad diem 3. Decembris, indicet

cer Dominicam Aduentus. Vt verbi gratia , si littera Dominicalis est g, Dominica Aduentus cadet in diem 2. Decembris ; quia ibi est littera g, in Calendario, &c.

Ad finem tandem tabularum Paschalium apposita est tabula

temporaria multorum annorum, è regione quorum omnia Festa mobilia inueniuntur : quæ quidem tabula ex tabulis Paschalibus excerpta est , ex quibus infinitæ aliæ erui possunt pro quibuscunque annis.



TABVLA PASCHALIS

antiqua reformata.

Aut. Nu.	Cyclus Epactarum.	Lfr. Dñicales	Sep-tuagefima.	Dies Cinerum.	Pascha.	Ascensio.	Pentecotes.	Corpus Christi.	Do. post Pét.	Prima Dñica Aduè
16	xxiij		Ian.	Feb.	Mar.	Apr.	Maij	Maij	28	29.No.
5	xxij	d	18	4	22	30	10	21	28	30
	xxj	e	19	5	23	1. Maij	11	22	28	1. Dec.
13	xx	f	20	6	24	2	12	23	28	2
2	xix	g	21	7	25	3	13	24	28	3
	xviii	A	22	8	26	4	14	25	27	27.No
10	xvii	b	23	9	27	5	15	26	27	28
	xvi	c	24	10	28	6	16	27	27	29
18	xv	d	25	11	29	7	17	28	27	30
7	xiiii	e	26	12	30	8	18	29	27	1. Dec.
	xiii	f	27	13	31	9	19	30	27	2
15	xij	g	28	14	1. Ap.	10	20	31	27	3
4	xj	A	29	15	2	11	21	1. Iú.	27	3
	x	b	30	16	3	12	22	2	26	27.No.
12	ix	c	31	17	4	13	23	3	26	28
1	viii	d	1. Fe.	18	5	14	24	4	26	29
	vii	e	2	19	6	15	25	5	26	30
9	vi	f	3	20	7	16	26	6	26	1. Dec.
	v	g	4	21	8	17	27	7	26	2
17	iiii	A	5	22	9	18	28	8	26	3
6	iii	b	6	23	10	19	29	9	25	27.No.
	ii	c	7	24	11	20	30	10	25	28
14	i	d	8	25	12	21	31	11	25	29
3	*	e	9	26	13	22	1. Iú.	12	25	30
	xxix	f	10	27	14	23	2	13	25	1. Dec.
11	xxviii	g	11	28	15	24	3	14	25	2
	xxvii	A	12	1. Mar.	16	25	4	15	25	3
19	xxvi	b	13	2	17	26	5	16	24	27.No.
8	xxv	c	14	3	18	27	6	17	24	28
	xxiiii	d	15	4	19	28	7	18	24	29
		e	16	5	20	29	8	19	24	30
		f	17	6	21	30	9	20	24	1. Dec.
		g	18	7	22	31	10	21	24	2
		A	19	8	23	1. Iú.	11	22	24	3
		b	20	9	24	2	12	23	23	27.No.
		c	21	10	25	3	13	24	23	28

TABVLA PASCHALIS

Litteræ Do- minicales .	Cyclus Epactarum.	Septua- gesima.	Dies Ci- nerum.			
D	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	18. Ian. 25. Ian. 1. Feb. 8. Feb. 15. Feb.	4. Feb. 11. Feb. 18. Feb. 25. Feb. 4. Mar.			
	E	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	19. Ian. 26. Ian. 2. Feb. 9. Feb. 16. Feb.	5. Feb. 12. Feb. 19. Feb. 26. Feb. 5. Mar.		
		F	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	20. Ian. 27. Ian. 3. Feb. 10. Feb. 17. Feb.	6. Feb. 13. Feb. 20. Feb. 27. Feb. 6. Mar.	
			G	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	21. Ian. 28. Ian. 4. Feb. 11. Feb. 18. Feb.	7. Feb. 14. Feb. 21. Feb. 28. Feb. 7. Mar.
				A	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	22. Ian. 29. Ian. 5. Feb. 12. Feb. 19. Feb.
B					23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	23. Ian. 30. Ian. 6. Feb. 13. Feb. 20. Feb.
	C				23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 24. 24.	24. Ian. 31. Ian. 7. Feb. 14. Feb. 21. Feb.

NOVA REFORMAT A.

Pascha.	Afcéfio.	Pentecostes.	Corpus Christi.	Dñice inter Pët. & Adu.	Prima Domini- ca Aduentus.
22. Mar.	30. Apri.	10. Maij	21. Maij	28	29. Nouemb.
29. Mar.	7. Maij	17. Maij	28. Maij	27	29
5. Apri.	14. Maij	24. Maij	4. Iunij	26	29
12. Apri.	21. Maij	31. Maij	11. Iunij	25	29
19. Apri.	28. Maij	7. Iunii	18. Iunij	24	29
23. Mar.	1. Maij	11. Maij	22. Maij	28	30. Nouemb.
30. Mar.	8. Maij	18. Maij	29. Maij	27	30
6. Apri.	15. Maij	25. Maij	5. Iunij	26	30
13. Apri.	22. Maij	1. Iunij	12. Iunij	25	30
20. Apri.	29. Maij	8. Iunij	19. Iunij	24	30
24. Mar.	2. Maij	12. Maij	23. Maij	28	1. Decemb.
31. Mar.	9. Maij	19. Maij	30. Maij	27	1
7. Apri.	16. Maij	26. Maij	6. Iunij	26	1
14. Apri.	23. Maij	2. Iunij	13. Iunij	25	1
21. Apri.	30. Maij	9. Iunij	20. Iunij	24	1
25. Mar.	3. Maij	13. Maij	24. Maij	28	2. Decemb.
1. Apri.	10. Maij	20. Maij	31. Maij	27	2
8. Apri.	17. Maij	27. Maij	7. Iunij	26	2
15. Apri.	24. Maij	3. Iunij	14. Iunij	25	2
22. Apri.	31. Maij	10. Iunij	21. Iunij	24	2
26. Mar.	4. Maij	14. Maij	25. Maij	28	3. Decemb.
2. Apri.	11. Maij	21. Maij	1. Iunij	27	3
9. Apri.	18. Maij	28. Maij	8. Iunij	26	3
16. Apri.	25. Maij	4. Iunij	15. Iunij	25	3
23. Apri.	1. Iunij	11. Iunij	22. Iunij	24	3
27. Mar.	5. Maij	15. Maij	26. Maij	27	27. Nouemb.
3. Apri.	12. Maij	22. Maij	2. Iunij	26	27
10. Apri.	19. Maij	29. Maij	9. Iunij	25	27
17. Apri.	26. Maij	5. Iunij	16. Iunij	24	27
24. Apri.	1. Iunij	12. Iunij	23. Iunij	23	27
18. Mar.	6. Maij	16. Maij	27. Maij	27	18. Nouemb.
4. Apri.	13. Maij	23. Maij	3. Iunij	26	18
11. Apri.	20. Maij	30. Maij	10. Iunij	25	28
18. Apri.	27. Maij	6. Iunij	17. Iunij	24	28
25. Apri.	3. Iunij	13. Iunij	24. Iunij	23	28

TABELLA TEMPORARIA

Anni Dñi.	Lřę Dñi cales.	Aure ^o num.	Epactę.	Septua- gesima.	Dies Ci- nerum.	Pascha.
1623	<i>A</i>	9	<i>xxix</i>	12. Feb.	1. Mar.	16. Apr.
1624	<i>g f</i>	10	<i>x</i>	4. Feb.	21. Feb.	7. Apr.
1625	<i>e</i>	11	<i>xxj</i>	26. Ian.	12. Feb.	30. Mar.
1626	<i>d</i>	12	<i>ij</i>	8. Feb.	25. Feb.	12. Apr.
1627	<i>c</i>	13	<i>xij</i>	31. Ian.	17. Feb.	4. Apr.
1628	<i>b A</i>	14	<i>xxiij</i>	20. Feb.	8. Mar.	23. Apr.
1629	<i>g f</i>	15	<i>v</i>	11. Feb.	28. Feb.	15. Apr.
1630	<i>f</i>	16	<i>xvj</i>	27. Ian.	13. Feb.	31. Mar.
1631	<i>e</i>	17	<i>xxvij</i>	16. Feb.	5. Mar.	20. Apr.
1632	<i>d c</i>	18	<i>vij</i>	8. Feb.	25. Feb.	11. Apr.
1633	<i>b A</i>	19	<i>xix</i>	23. Ian.	9. Feb.	27. Mar.
1634	<i>A</i>	1	<i>j</i>	12. Feb.	1. Mar.	16. Apr.
1635	<i>g</i>	2	<i>xij</i>	4. Feb.	21. Feb.	8. Apr.
1636	<i>f e</i>	3	<i>xxij</i>	20. Ian.	6. Feb.	23. Mar.
1637	<i>d</i>	4	<i>iiij</i>	8. Feb.	25. Feb.	12. Apr.
1638	<i>c b</i>	5	<i>xv</i>	31. Ian.	17. Feb.	4. Apr.
1639	<i>b</i>	6	<i>xxvj</i>	20. Feb.	9. Mar.	24. Apr.
1640	<i>A g</i>	7	<i>vij</i>	5. Feb.	22. Feb.	8. Apr.
1641	<i>f</i>	8	<i>xxvij</i>	27. Ian.	13. Feb.	31. Mar.
1642	<i>e</i>	9	<i>xxix</i>	16. Feb.	5. Mar.	20. Apr.
1643	<i>d</i>	10	<i>x</i>	1. Feb.	18. Feb.	5. Apr.
1644	<i>c b</i>	11	<i>xxj</i>	24. Ian.	10. Feb.	27. Mar.
1645	<i>A</i>	12	<i>ij</i>	12. Feb.	1. Mar.	16. Apr.
1646	<i>g</i>	13	<i>xij</i>	28. Ian.	14. Feb.	1. Apr.
1647	<i>f</i>	14	<i>xxiij</i>	17. Feb.	6. Mar.	21. Apr.
1648	<i>e d</i>	15	<i>v</i>	9. Feb.	26. Feb.	12. Apr.
1649	<i>c</i>	16	<i>xvj</i>	31. Ian.	17. Feb.	4. Apr.
1650	<i>b</i>	17	<i>xxvij</i>	13. Feb.	2. Mar.	17. Apr.
1651	<i>A</i>	18	<i>vij</i>	5. Feb.	22. Feb.	9. Apr.
1652	<i>g f</i>	19	<i>xix</i>	28. Ian.	14. Feb.	31. Mar.
1653	<i>e</i>	1	<i>j</i>	9. Feb.	26. Feb.	13. Apr.
1654	<i>d</i>	2	<i>xij</i>	1. Feb.	18. Feb.	5. Apr.
1655	<i>c</i>	3	<i>xxij</i>	24. Ian.	10. Feb.	28. Mar.
1656	<i>b A</i>	4	<i>iiij</i>	6. Feb.	23. Feb.	16. Apr.
1657	<i>g f</i>	5	<i>xv</i>	28. Ian.	14. Feb.	1. Apr.
1658	<i>f</i>	6	<i>xxvj</i>	17. Feb.	6. Mar.	21. Apr.
1659	<i>e</i>	7	<i>vii</i>	9. Feb.	26. Feb.	13. Apr.

FESTORVM MOBILIVM.

Anni Dñi.	Ascensio Domini.	Pente- costes.	Corpus Christi.	Indi- ctio.	Dñica post Për.	Dñica j. Aduen.
1623	25. Maij	4. Iun.	15. Iun.	6	25	3. Dec.
1624	16. Maij	26. Maij	6. Iun.	7	26	1. Dec.
1625	8. Maij	18. Maij	29. Maij	8	27	30. Nou.
1626	21. Maij	31. Maij	11. Iun.	9	25	29. Nou.
1627	13. Maij	23. Maij	3. Iun.	10	26	28. Nou.
1628	1. Iun.	11. Iun.	22. Iun.	11	24	3. Dec.
1629	24. Maij	3. Iun.	14. Iun.	12	25	2. Dec.
1630	9. Maij	19. Maij	30. Maij	13	27	1. Dec.
1631	29. Maij	8. Iun.	19. Iun.	14	24	30. Nou.
1632	20. Maij	30. Maij	10. Iun.	15	25	28. Nou.
1633	5. Maij	15. Maij	26. Maij	1	27	27. Nou.
1634	25. Maij	4. Iun.	15. Iun.	2	25	3. Dec.
1635	17. Maij	27. Maij	7. Iun.	3	26	2. Dec.
1636	1. Maij	11. Maij	22. Maij	4	28	30. Nou.
1637	21. Maij	31. Maij	11. Iun.	5	28	29. Nou.
1638	13. Maij	23. Maij	3. Iun.	6	26	28. Nou.
1639	2. Iun.	12. Iun.	23. Iun.	7	23	27. Nou.
1640	17. Maij	27. Maij	7. Iun.	8	26	2. Dec.
1641	9. Maij	19. Maij	30. Maij	9	27	1. Dec.
1642	29. Maij	8. Iun.	19. Iun.	10	24	30. Nou.
1643	14. Maij	24. Maij	4. Iun.	11	26	29. Nou.
1644	5. Maij	15. Maij	26. Maij	12	27	27. Nou.
1645	25. Maij	4. Iun.	15. Iun.	13	25	3. Dec.
1646	10. Maij	20. Maij	31. Maij	14	27	2. Dec.
1647	30. Maij	9. Iun.	20. Iun.	15	24	1. Dec.
1648	21. Maij	31. Maij	11. Iun.	1	25	29. Nou.
1649	13. Maij	23. Maij	3. Iun.	2	26	28. Nou.
1650	26. Maij	5. Iunij	16. Iun.	3	24	27. Nou.
1651	18. Maij	28. Maij	8. Iunij	4	26	3. Dec.
1652	9. Maij	19. Maij	30. Maij	5	27	1. Dec.
1653	22. Maij	1. Iunij	12. Iunij	6	25	30. Nou.
1654	14. Maij	24. Maij	4. Iunij	7	26	29. Nou.
1655	6. Maij	16. Maij	27. Maij	8	27	28. Nou.
1656	25. Maij	4. Iunij	15. Iunij	9	25	3. Dec.
1657	10. Maij	20. Maij	31. Maij	10	27	2. Dec.
1658	30. Maij	9. Iun.	20. Iunij	11	24	1. Dec.
1659	22. Maij	1. Iunij	12. Iunij	12	25	30. Nou.

IANVARIVS.

Cyclus Epa&.	L. D.	D. M.	
	A	Kal.	1 Circumcisio Domini. duplex. 32.
xxix	b	iiij	2 Octaua S. Stephani. duplex, cum commem. Octauæ S. Ioannis, & SS. Innocentium. 33.
xxviii	c	iiij	3 Octaua S. Ioannis. duplex, cum commem. Octauæ SS. Innocentium. 33.
xxvij	d	Prid.	4 Octaua SS. Innocentium. duplex. 33.
xxvj	e	Non.	5 Vigilia Epiphaniæ. 34. & commem. S. Telef- phori Papæ & martyris. 34.
25 xxv	f	viiij	6 Epiphania Domini. duplex. 37.
xxiiii	g	vij	7 De Octaua Epiphaniæ. 38.
xxiii	A	vj	8 De Octaua.
xxij	b	v	9 De Octaua.
xxj	c	iiiiij	10 De Octaua.
xx	d	iiij	11 De Oct. & cōme. S. Hygini Papæ & m̄. 349.
xix	e	Prid.	12 De Octaua.
xviii	f	Idib.	13 Octaua Epiphaniæ. duplex. 39.
xvii	g	xix	14 Hilarij Episcopi & confess. semid. cū cōme. S. Felicis presbyteri & martyris. 349.
xvi	A	xviii	15 Pauli primi Eremitæ conf. semid. cum cōm. S. Mauri Abbatis. 350.
xv	b	xvij	16 Marcelli Papæ & martyris. semidup. 351.
xiv	c	xvj	17 Antonij Abbatis. duplex. 352.
xiii	d	xv	18 Cathedra S. Petri Romæ. dupl. & cōmem. S. Priscæ virginis & martyris. 352.
xii	e	xiiii	19 Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachū m̄. 353.
xi	f	xiiij	20 Fabiani & Sevastiani martyrum. dupl. 354.
x	g	xiiij	21 Agnetis virginis & martyris. dupl. 355.
ix	A	xj	22 Vincentij & Anastasij marty. semidup. 356.
viii	b	x	23 Emerentianæ virginis & martyris. 356.
vii	c	ix	24 Timothei Episcopi & martyris. semid 356.
vi	d	viii	25 Conuersio S. Pauli Apostoli. duplex. 357.
v	e	vij	26 Polycarpi Episcopi & martyris. semid 359.
iiii	f	vj	27 Ioannis Chrysofomi Epi & conf. dup. 360.
iii	g	v	28 Agnetis secundo. 361.
ii	A	iiiiij	29
i	b	iiiiij	30
	c	Prid.	31

FEBRUARIUS.

Cycius Epact.	L. D.	D.	M.	
xxix	d	Kal.	1	Ignatij episcopi & martyris. <i>semidupl.</i> 361.
xxviij	e	iiij	2	Purificatio B. Mariæ virginis. <i>duplex.</i> 362.
xxvij	f	iiij	3	Blasij episcopi & martyris. 366.
25 xxvj	g	Prid.	4	
xxv. xxiv	A	Non.	5	Agathæ virginis & martyris. <i>semid.</i> 366.
xxiiij	b	viiij	6	Dorotheæ virginis & martyris. 367.
xxij	c	vij	7	Romualdi Abbatis. <i>semiduplex.</i> 367.
xxj	d	vj	8	
xx	e	v	9	Apolloniæ virginis & martyris. 367.
xix	f	iiiiij	10	
xviiij	g	iiiiij	11	
xvij	A	Prid.	12	
xvj	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	Valentini presbyteri & martyris. 367.
xiiiiij	d	xv	15	Fauftini & Iouitæ martyrum. 367.
xiiij	e	xiiiiij	16	
xij	f	xiiij	17	
xj	g	xij	18	Simeonis episcopi & martyris. 367.
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	
viiij	c	ix	21	
vij	d	viiij	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ. <i>dupl.</i> 367.
vj	e	vij	23	Vigilia. 367.
v	f	vj	24	Matthiæ Apostoli. <i>duplex.</i> 367.
iiiiij	g	v	25	
iiiiij	A	iiiiij	26	
iiij	b	iiij	27	
ij	c	Prid.	28	

In anno Bissextili Februarius est dierum 29. & festum S. Matthiæ celebratur 25. Februarij, & bis dicitur sexto Kalendas, id est, die 24. & die 25. & littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: vt si in Ianuario littera Dominicalis fuit A, mutetur in præcedentem, quæ est G. &c.

M A R T I V S.

Cyclus Epaet.	L. D.	D. M.	
*	d	Kal.	1
xxix	e	vj	2
xxviii	f	v	3
xxvij	g	iiiij	4
xxvj	A	iiij	5
25xxv	b	Prid.	6
xxiiiij	c	Non.	7
	d	viiij	8
xxiiij	e	vij	9
xxij	f	vj	10
xxj	g	v	11
xx	A	iiiij	12
xix	b	iiij	13
xviii	c	Prid.	14
xvij	d	Idib.	15
xvj	e	xvij	16
xv	f	xvj	17
xiiiij	g	xv	18
xiiij	A	xiiiij	19
xij	b	xiiij	20
xj	c	xij	21
x	d	xj	22
ix	e	x	23
viii	f	ix	24
vij	g	viiij	25
vj	A	vij	26
v	b	vj	27
iiiij	c	v	28
iiij	d	iiiij	29
iiij	e	iiij	30
ij	f	Prid.	31

Lucij Papæ & martyris. 368.

Thome de Aquino conf. dupl. & commem.
SS. Petpetuę & Felicitatis martyrum. 369.

Quadraginta Martyrum. semidupl. 370.

Gregorij Papæ & confessoris, & Ecclesię
Doctõris. duplex 371.

Ioseph confessoris. duplex. 371.

Ioachimi conf. patris Sanctiss. virg. dup.

Benedicti Abbatis. duplex. 372.

Annuntiatio B. Marię virginis. dup. 373.

A P R I L I S.

Cyclus Epaēt.	L. D.	D. M.	
xxix	g	Kal.	I
xxviiij	A	iiiij	2 Franci sci de Paula confessoris. <i>dupi.</i> 374.
xxviij	b	iiij	3
25xxvj	c	<i>Prid.</i>	4
xxv. xxliij	d	<i>Non.</i>	5
xxiiij	e	viiij	6
xxiij	f	vij	7
xxij	g	vj	8
xx	A	v	9
xix	b	iiiij	10
xviiij	c	iiij	11 Leonis Papæ & confessoris. <i>duplex.</i> 375.
xviij	d	<i>Prid.</i>	12
xvj	e	<i>Idib.</i>	13
xv	f	xviiij	14 Tiburtij, Valeriani, & Maximi martyr. 376.
xiiiiij	g	xvij	15
xiiij	A	xvj	16
xij	b	xv	17 Aniceti Papæ & martyr. 376.
xj	c	xiiiiij	18
x	d	xiiij	19
ix	e	xij	20
viiij	f	xj	21
vij	g	x	22 Soteris & Caij Pontific. & mart. <i>semid.</i> 377.
vj	A	ix	23 Georgij martyr. <i>semiduplex.</i> 377.
v	b	viiij	24
iiiiij	c	vij	25 <i>Marci Euangelistæ.</i> duplex. 378.
iiij	d	vj	26 Cleti & Marcellini Pont. & mar. <i>semid.</i> 379.
ij	e	v	27
j	f	iiiiij	28 Vitalis martyr. 380.
	g	iiij	29 Petri martyr. <i>semidup.</i> & <i>commem.</i> S. Ca- tharinæ Senensis virginis. 380.
xxix	A	<i>Prid.</i>	30

M A I V S.

Cyclus Epact.	L. D.	D. M.	
xxviiij	b	Kal.	1 Philippi & Iacobi Apostolorum. dupl. 381.
xxviij	c	vj	2 Athanasij Episcopi & cōfessoris. dupl. 382.
xxvj	d	v	3 Inuentio S. Crucis. duplex. & commemor. SS. Alexandri, Euentij, & Theoduli mart. ac Iuuenalis Episcopi & cōfessor. in Mil- lis priuatis tantum. 383.
25xxv	e	iiij	4 Monica viduæ. 385.
xxiiiiij	f	iiij	5
xxiiij	g	Prid.	6 Ioannis ante portam Latinam. duplex. 385.
xxij	A	Non.	7 Stanislai Episcopi & martyr. semidu. 386.
xxj	b	viiij	8 Apparitio S. Michaelis Archang. dupl. 386.
xx	c	vij	9 Gregorij Nazianzeni Episcopi & cōfessor. duplex. 388.
xix	d	vj	10 Gordiani & Epimachi martyrum. 388.
xviiij	e	v	11
xvij	f	iiiiij	12 Nerei, Achillei, & Domitille virginis, atque Pancratij martyrum. semiduplex. 388.
xvj	g	iiij	13
xv	A	Prid.	14 Bonifacij martyris. 389.
xiiiiij	b	Idib.	15
xiiij	c	xvij	16 Vbaldi Episcopi, & confessoris. 389.
xij	d	xvj	17
xj	e	xv	18
x	f	xiiiiij	19 Pudentianæ virginis. 389.
ix	g	xiiij	20
viiij	A	xij	21
vij	b	xj	22
vj	c	x	23
v	d	ix	24
iiiiij	e	viiij	25 Urbani Papæ & martyris. 389.
iiij	f	vij	26 Eleutherij Papæ martyris. 390.
ij	g	vj	27 Ioannis Papæ & martyris.
i	A	v	28
	b	iiiiij	29
xxix	c	iiij	30 Felicis Papæ & martyris. 390.
xxviiij	d	Prid.	31 Petronillæ virginis. 390.

I V N I V S.

Cyclus Epa&.	L. D.	Kal.	D. M.	
xxvij	e	Kal.	1	
25 xxvj	f	iiij	2	Marcellini, Petri, atque Erasmi marty. 390.
xxv. xxiiij	g	iiij	3	
xxiiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non.	5	
xxj	c	viiij	6	
xx	d	vij	7	
xix	e	vj	8	
xviiij	f	v	9	Primi & Feliciani martyrum. 391.
xvii	g	iiij	10	
xvj	A	iiij	11	Barnabæ Apostoli. duplex. 392.
xv	b	Prid.	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazar. m. 393.
xiiiiij	c	Idib.	13	Antonij de Padua confessoris. <i>semidu.</i> 394.
xiiij	d	xviiij	14	Basilij magni Episcopi & confess. <i>dup.</i> 394.
xij	e	xvij	15	Viti, Modesti, atque Crescentiæ martyr. 395.
xi	f	xvj	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiiiiij	18	Marci & Marcelliani martyrum. 396.
viiiij	b	xiiij	19	Geruasij & Protasij martyrum. 397.
vij	c	xij	20	Siluerij Papæ & martyris. 397.
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Paulini Episcopi & confessoris. 398.
iiiiij	f	ix	23	Vigilia. 399.
iiij	g	viiij	24	Natiuitas S. Ioannis Baptista. dupl. 400.
iiij	A	vij	25	De Octaua Natiuit. S. Ioānis. <i>semid.</i> 401.
ij	b	vj	26	Ioannis & Pauli marty. <i>semidup. cum cōmem.</i> Octauæ Natiuitatis S. Ioānis. 401.
*	c	v	27	De Octaua Natiuitatis S. Ioannis.
xxix	d	iiiiij	28	Leonis Papæ & cōfess. <i>semid. cū commem.</i> Octauæ, & Vigiliæ. 402.
xxviiij	e	iiij	29	Petri & Pauli Apostolorum. duplex. 404.
xxvij	f	Prid.	30	Cōmemoratio S. Pauli Apost. dup. cū cōm. Octa. Natiuitatis S. Ioānis Baptista. 405.

I V L I V S.

Cyclus Epaēt.	L. D.	Kal.	D. M.	
xxvj	g	Kal.	1	Octaua S. Ioānis Baptista: dupl. & comem. Octauæ Apostolorum. 407.
25xxv	A	iiij	2	Visitatio B. Mariæ virginis. dup. cū comem. Octauæ Apostolorum, & SS. Pro- cessi & Martiniani mart. 407.
xxiiij	b	iiij	3	De Octaua Apostolorum. femidupl. 407.
xxiiij	c	Prid.	4	De Octaua.
xxiiij	d	Non.	5	De Octaua.
xxij	e	viij	6	Octaua Apostolorū Petri & Pauli. dup. 409.
xxj	f	viij	7	
xx	g	vj	8	
xix	A	v	9	
xviiij	b	iiij	10	Septē fratrū, & SS. Ruffinæ ac Secūdæ mart.
xviij	c	iiij	11	Pij Papæ & martyris. 411. (femid. 410.
xvj	d	Prid.	12	Naboris & Felicis martyrum, & commem. S. Ioannis Gualberti Abbatis. 411.
xv	e	Idib.	13	Anacleti Papæ & martyr. femidupl. 412.
xiiiiij	f	xix	14	Bonauenturæ Episcopi & confess. dup. 413.
xiiij	g	xviij	15	
xij	A	xviij	16	
xj	b	xvj	17	Alexij confessoris. 413.
x	c	xv	18	Symphorosæ cū septē filijs martyribus. 414.
ix	d	xiiiiij	19	
viiij	e	xiiij	20	Margaritæ virginis & martyris. 415.
viij	f	xij	21	Praxedis virginis. 415.
vj	g	xj	22	Mariæ Magdalenæ. duplex. 416.
v	A	x	23	Apollinaris Episcopi & mart. femidup. 417.
iiiiij	b	ix	24	Vigilia. & cō. S. Christinæ virg. & m̄. 418.
iiij	c	viij	25	Iacobi Apostoli. dup. & cō. S. Christophori mart. in Missis oruatis. 419.
ij	d	viij	26	Annæ matris B. Mariæ. duplex. 420.
j	e	vj	27	Pantaleonis martyris. 421.
*	f	v	28	Nazarij, Celsi, & Victoris Papæ & martyr. & Innocentij Papæ, & confess. femidu. 411.
xxix	g	iiij	29	Marthæ virginis. femid. & cō. SS. Felicis Pa- pæ, Simplicij, Faustini, & Beatricis m̄. 422.
xxviiij	A	iiij	30	Abdon & Sennen martyrum. 423.
xxvij	b	Prid.	31	
25xxvj				

A V G V S T V S.

Cyculus Epact.	L. D.	D. M.	
xxv. xxiv	c	Kai.	1 Petri ad Vincula. dupl. & comem. SS. Machabæorum martyr. 424.
xxiiij	d	iiij	2 Stephani Papæ & martyris. 425.
xxij	e	ij	3 Inuentio S. Stephani protomart. <i>semid.</i> 426.
xxj	f	Prid.	4 Dominici confessoris. duplex. 426.
xx	g	Non.	5 Dedicatio S. Mariæ ad Nives. duplex. 427.
xix	A	viiij	6 Trâsfiguratio Dñi. dup. & cõ. SS. Xylti Papæ. Felicissimi & Agapiti martyrum. 427.
xviiij	b	vij	7 Donati Episcopi & martyris. 428.
xvij	c	vj	8 Cyriaci, Largi, & Smaragdi m. <i>semid.</i> 429.
xvj	d	v	9 Vigilia. & comem. S. Romani mart. 430.
xv	e	iiij	10 Laurentij martyris. duplex. 431.
xiiiiij	f	iiij	11 De O&. S. Laurentij. <i>semid.</i> cu com. SS. Tiburtij & Sufannæ martyr. 432.
xiiij	g	Prid.	12 De O&taua. & commem. S. Claræ virg. 432.
xij	A	Idib.	13 De O&. & cõ. SS. Hippol. & Cassiani m. 432.
xj	b	xix	14 Vigilia. cõ cõ. O&taue, & S. Eusebij cõf. 432.
x	c	xviij	15 Assumptio B. Mariæ virginis. dupl. 435.
ix	d	xviij	16 De O&taua Assumpt. B. Mariæ. <i>semid.</i> cum commem. O&taue S. Laurentij. 436.
viiij	e	xvj	17 O&. S. Laurétij. dup. & cõ. O&. Alsûpt. 436.
vij	f	xv	18 De O&. & commem. S. Agapiti mart. 436.
vj	g	xiiiiij	19 De O&taua.
v	A	xiiij	20 Bernardi Abb. dupl. cõ cõ. O&. Alsûp. 436.
iiiiij	b	xij	21 De O&taua.
iiij	c	xj	22 O&. Assump. B. Mariæ. dup. cõ com. SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani m. 437.
ij	d	x	23 Vigilia. 438.
j	e	ix	24 Bartholomæi Apostoli. duplex. Romæ celebratur die 25. 438.
*	f	viiij	25 Ludouici Regis Franciæ confessoris. 439.
xxix	g	vij	26 Zephyrini Papæ & martyris. 439.
xxviiij	A	vj	27
xxvij	b	v	28 Augustini Epî & conf. & Eccl. Do&. dup. & commem. S. Hermefis martyris. 440.
xxvj	c	iiiiij	29 Decollatio S. Ioânis Baptiste dupl. & comemor. S. Sabinæ mart. 440.
25xxv	d	iiij	30 Felicis & Adau&ti martyrum. 442.
xxiiiiij	e	Prid.	31

S E P T E M B E R

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	
xxiij	f	Kal.	1	Ægidij Abbatis. & comemor. SS. duodecim Fratrum martyrum. 442.
xxij	g	iiiij	2	
xxj	A	iiij	3	
xx	b	Prid.	4	
xix	c	Non.	5	
xviiij	d	viiij	6	
xvij	e	vij	7	
xvj	f	vj	8	Natiuitas B. Marię virg. duplex. & comm S. Adriani mart. in missis priuatis. 443.
xv	g	v	9	De Octaua Natiuitatis B. Marię. & comm. S. Gorgonij martyr. 444.
xiiiiij	A	iiiiij	10	Nicolai de Tolentino cõfess. semid. cū commemorat. Octaua Natiuit. B. Marię. 444.
xiiij	b	iiij	11	De Oct. & cõ. SS. Proti & Hyacinthi m. 444.
xij	c	Prid.	12	De Octaua.
xj	d	Idib.	13	De Octaua.
x	e	xviiij	14	Exaltatio sãctæ Crucis. dupl. cū commem. Octaua Natiuitatis B. Marię. 445.
ix	f	xvij	15	Octaua Natiuitatis B. Marię. dup. cum comm. S. Nicomedis martyris. 446.
viiiij	g	xvj	16	Cornelij & Cypriani Põt. & m. semid. cū cõ. SS. Euphemie, Lucie, & Geminiani m. 446.
vij	A	xv	17	
vj	b	xiiiiij	18	
v	c	xiiij	19	Ianuarij Epi, & sociorū mart. semid. 447.
iiiiij	d	xij	20	Vigil. & cõ. SS. Eustachij, & sociorū m. 448.
iiij	e	xj	21	Matthei Apostoli & Euangelistę. dupl. 449.
ij	f	x	22	Mauritij & sociorum martyrum. 450.
j	g	ix	23	Lini Papę & mart. semid. cum commemor. S. Theclę virginis & martyris. 451.
*	A	viiij	24	
xxix	b	vij	25	
xxviiiij	c	vj	26	Cypriani & Iustinaę martyrum. 451.
xxvij	d	v	27	Cosmę & Damiani martyr. semidup. 452.
25 xxvj	e	iiiiij	28	
xxv. xxiv	f	iiij	29	Dedicatio S. Michaelis Archęgeli dup. 452.
xxiiij	g	Prid.	30	Hieronymi Presbyteri confessoris, & Ecclesie Doctoris, duplex. 453.

OCTOBER.

Cyclus Epact.	L. D.	D. M.	
xxij	A	Kal.	1 Remigij Episcopi & confessoris. 454.
xxj	b	vj	2
xx	c	v	3
xix	d	iiij	4 Francisci confessoris. duplex. 454.
xviiij	e	iiij	5 Placidi & sociorum martyrum. 455.
xvij	f	Prid.	6
xvj	g	Non.	7 Marci Papæ & confessoris. cum commem. sanctorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij martyrum. 455.
xv	A	viiij	8
xiiiiij	b	vij	9 Dionysij, Rustici, & Eleutherij martyrum. semiduplex. 456.
xiiij	c	vj	10
xij	d	v	11
xj	e	iiij	12
x	f	iiij	13
ix	g	Prid.	14 Callisti Papæ & martyris. semidup. 457.
viiij	A	Idib.	15
vij	b	xviij	16
vj	c	xviij	17
v	d	xv	18 Lucæ Euangelistæ. duplex. 458.
iiiiij	e	xiiiiij	19
iiij	f	xiiiiij	20
ij	g	xij	21 Hilarionis Abbatis. & commem SS. Vrsule, & sociarum virginum & mart. 459.
j	A	xj	22
x	b	x	23
xxix	c	ix	24
xxviiij	d	viiij	25 Chrysanthi & Dariæ martyrum. 460.
xxvij	e	vij	26 Euaristi Papæ & martyris. 461.
xxvj	f	vj	27 Vigilia. 461.
25 xxv	g	v	28 Simonis & Iudæ Apostolorum. dup. 462.
xxiiiiij	A	iiiiij	29
xxiiij	b	iiij	30
xxij	c	Prid.	31 Vigilia. 463.

NOVEMBER.

Cyclus Epact.	L. D.	Kal.	D. M.	
xxj	d	Kal.	1	Festum omnium Sanctorum. duplex. 464.
xx	e	iiij	2	Cōmemoratio omniū fidelīū Defunctorū. dupl. & De octaua omniū Sanctorū. 465.
xix	f	iiij	3	De Octaua.
xvij	g	Prid.	4	De Octaua. cum commem. SS. Vitalis & Agricolæ martyrum. 465.
xvij	A	Non.	5	De Octaua.
xvj	b	viiij	6	De Octaua.
xv	c	vij	7	De Octaua.
xiiij	d	vj	8	Octaua omnium Sanctorum. dupl. & cōm. SS. quatuor Coronatorum mart. 465.
xiiij	e	v	9	Dedicatio Basilicę Saluatoris. dup. & cōm. S. Theodori martyris. 466.
xij	f	iiij	10	Tryphonis, Respicij, & Nymphæ m. 466.
xj	g	iiij	11	Martini Episcopi & confess. dupl. & com. S. Mennæ martyris. 466.
x	A	Prid.	12	Martini Papæ & martyris. semidupl. 467.
ix	b	Idib.	13	
viiij	c	xviiij	14	
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	Gregorij Thaumaturgi Epi & cōf. sem. 468.
iiij	g	xiiij	18	Dedicatio Basilicarū Petri & Pauli du. 468.
iiij	A	xiiij	19	Pontiani Papæ & martyris. 468.
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	Præsentatio B. Mariæ virginis. dupl. 469.
	d	x	22	Cæcilie virginis & martyris. semidupl. 469.
xxix	e	ix	23	Clementis Papæ & mart. semid. cum com- mem. S. Felicitatis mart. 470.
xxviiij	f	viiij	24	Chryfogoni martyris. 471.
xxvij	g	vij	25	Catharinæ virginis & martyris. dupl. 471.
25 xxvj	A	vj	26	Petri Alexandrini Episcopi & mart. 471.
xxv xxiv	b	v	27	
xxiiij	c	iiij	28	
xxij	d	iiij	29	Vigilia. & commem. S. Saturnini mart. 340.
xxj	e	Prid.	30	Andræ Apostoli. duplex. 341.

D E C E M B E R.

Cyclus Epact.	L. D.	D. M.	
xx	f	Kal.	1
xix	g	iiij	2
xviiij	a	iiij	3
xvii	b	iiii. Non.	4
xvj	c	Non.	5
xv	d	viii	6
xiiiiij	e	vii	7
xiiii	f	vi	8
xij	g	v	9
xj	a	iiij	10
x	b	iiij	11
ix	c	Prid.	12
viiij	d	Idib.	13
vij	e	xix	14
vj	f	xviiij	15
v	g	xvij	16
iiiiij	a	xvj	17
iiij	b	xv	18
ij	c	xiiiiij	19
j	d	xiiij	20
*	e	xij	21
xxix	f	xj	22
xxviiij	g	x	23
xxvij	a	ix	24
xxvj	b	viiij	25
25 xxv	c	vij	26
xxiiiiij	d	vj	27
xxiiij	e	v	28
xxij	f	iiiiij	29
xxj	g	iiij	30
19 xx	a	Prid.	31

Bibianæ virginis & marty. *commem.* 342

Barbaræ virginis & marty. *commem.* 343.

Sabbæ Abbatis. *commemor.* 343.

Nicolai Episcopi & confess. *semidupl.* 343.

Ambrosij Epi cof. & Ecclesie Doct. *du.* 344.

Conceptio B. Mariæ Virginis. *duplex.* 345.

Melchiadis Papæ & marty. *commem.* 346.

Damasi Papæ & confessoris. *semidupl.* 346.

Luciæ virginis & martyris. *dupl.* 347.

Eusebij Vercellensis Episcopi & m. *côm.* 348.

Vigilia. 348.

Thomæ Apostoli. *dupl.* 348.

Vigilia. 15.

Natiuitas Dni nostri Iesu Christi. *dupl.* 17.

& cō-S. Anastasiæ m. in secūda Milla. 18.

Stephani protomartyris. *dupl. cū comm.*

Octauæ Natiuitatis. 21.

Ioannis Apostoli & Euāgelistæ. *dup. cū cō.*

Octauarum. 22.

SS. Innocentium martyru. *dupl. cum cōm.*

Octauarum. 23.

Thomæ Cantuariensis Episcopi & marty. *semidupl. cum commem.*

Octauarum. 25.

De Dñica infra Octauā Natiuitatis. 27. *vel*

De Oct. Natiuitatis. *cū cō. aliarū Oct.* 28.

Siluestri Papæ & cont. *dup. cū cō. Octa.* 31.

Hæc Epacta 19. nigra numquam est in vlu, nisi quando eodem anno concurrat cum Aureo numero xix.

RUBRICÆ GENERALES MISSALIS.



MISSA quotidiè dicitur secundum ordinem Officij: de festo Duplici, vel Semiduplici, vel Simplici: de Dominica, vel Feria, vel Vigilia, vel Octaua: & extra ordinem Officij, Votiuâ, vel pro Defunctis.

De Duplici. I.

Missa dicitur de Duplici illis diebus, quibus in Calendario ponitur hæc nota, **Duplex**, & in Festis mobilibus, quandoquæ Officium est duplex. In Duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in proprijs Missis assignatum est. Quando dici debeat, **Gloria in excelsis** & **Credo**, inferius ponitur in proprijs Rubricis.

De Semiduplici & Simplici. I I.

Missa de Semiduplici dicitur, quando in Calendario ponitur hæc vox, **Semiduplex** Præterea in Dominicis, & diebus infra Octauas. In Semiduplicibus tam festis, quam Dominicis, & infra Octauas dicuntur plures Orationes, vt infra dicitur in Rubrica de Orationibus. Infra Octauam dicitur Missa sicut in die Festi, nisi propriam Missam habuerit: in Dominicis vero, sicut in proprijs locis assignatur. De Simplici dicitur Missa sicut de Semiduplici, vt suis locis ponitur.

De Feria, & Vigilia. I I I.

Missa de Feria dicitur, quando non occurrit Festum, vel Octaua, vel Sabbatum in quo fiat Officium beatae Mariæ. In Ferijs tamen Quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum, & Vigilæ, etiam si Duplex, vel Semiduplex festum, vel Octaua occurrat, in Ecclesijs Cathedralibus & collegiatis cantantur duæ Missæ, vna de festo post Tertiam, alia de Feria post Nonam.

In Vigilijs autem quæ veniunt infra Octauam, Missa dicitur de Vigilia cum commemoratione Octauæ, nisi eo die fiat Officium de antiquo Festo, quia tunc dicitur Missa de Festo, cum commemoratione octauæ & Vigiliæ. Quod si Vigilia occurrat in die alicuius Festi ex maioribus primæ classis, in Missa non fit commemoratio de ea, sicut nec in Officio.

Si festum habens Vigiliam celebretur feria secunda, Missa Vigiliæ dicitur in Sabba-

to sicut etiam de ea fit Officium: excepta Vigilia Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ.

Missa Vigiliæ in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemor. Feriæ Aduentus, licet de ea non sit factum Officium: Vigilia Natiuitatis excepta.

Si in Quadragesima, & Quatuor temporibus occurrat Vigilia, dicatur Missa de Feria cum commemoratione Vigiliæ.

Tempore Paschali non dicitur Missa de Vigilia, nisi in Vigilia Ascensionis, quæ tamen non ieiunatur, sicut nec Vigilia Epiphaniæ.

De Missis Votiujs sanctæ Mariæ, & alijs. I I I I.

In Sabbatis non impeditis festo Duplici, Semiduplici, Octaua, Vigilia, Feria Quadragesimæ, vel Quatuor temporum, vel Officio alicuius Dominicæ quæ supersit, in præcedens Sabbatum translato, dicitur Missa de S. Maria secundum varietatem temporum, vt in fine Missalis ponitur.

In Aduentu autem, licet Officium non fiat de S. Maria in Sabbato, dicitur tamen Missa principalis de ea, cum commemorat. de Aduentu, nisi fuerit Quatuor tempora, vel Vigilia, vt supra.

Alijs diebus infra Hebdomadam, quando Officium fit de feria, & non est resumenda Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita (exceptis Ferijs Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum, & Vigilæ) dici potest aliqua ex Missis votiujs, etiam in principali Missa quæ vocatur Conuentalis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum, cum commemoratione Feriæ de qua factum est Officium. Quæ tamen Missæ, & omnes aliæ Votiuæ in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocumque die Officium non est duplex, cum commemoratione eius, de quo factum est Officium, & commemorat. item festi Simplicis, si de aliquo occurrat eo die fieri commemorationem in Officio. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum Officio conueniat.

De Missis Defunctorum.

Prima die cuiusq. mēsis (extra Aduentum, Quadragesimam, & tēpus Paschale) non impedita Officio Duplici, vel Semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter, p̄ Defunctis sacerdotibus, benefactoribus, & alijs.

Si vero in ea fuerit festum Simplex, vel Feria quæ propriam habeat Missam, aut resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita, & infra Hebdomadam non occurrat alius dies in quo resumî possit: in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicantur duæ Missæ, vna pro Defunctis, alia de festo Simplicî, vel Feria prædicta. Sed in Ecclesijs non Cathedralibus nec Collegiatis dicatur Missa de die cum commemoratione generaliter pro Defunctis.

Præterea Feria secunda cuiusque Hebdomadæ, in qua officium sit de Feria, Missa principalis dici potest pro Defunctis. Si autem fuerit propria Missa de Feria, vel de festo Simplicî, vel resumenda sit Missa Dñicæ præcedentis, vt supra, in Missa de die fiat cōmemoratio (vt dictum est) pro Defunctis. Excipitur tamen Quadragesima, & totum tempus Paschale, & quando per annum Officium est Duplex, vel Semiduplex: quibus temporibus non dñ Missa conuenientialis pro Defunctis (nisi in die Depositionis defuncti, & in Anniuersario pro Defunctis) neq. pro eis fit commemoratio. Missæ autem priuatæ pro Defunctis quocumq. die dici possunt, præterquam in Festis Duplicibus, & Dñicis diebus.

In Die Cōmemorationis omnium Defunctorum, & in die Depositionis, & in Anniuersario defuncti, dicitur vna tm Oratio; & similiter in die Tertia, Septima, Trigesima, & quicumq. pro Defunctis solēniter celebratur: in alijs Missis, plures, vt de Ferijs & Simplicibus dicit infra in Rubr. de Orationibus. Sequentia pro Defunctis dñ in die Cōmemorationis omnium fidelium Defuncti, & Depositionis defuncti, & quicumq. in Missa dñ vna tantū Oratio: in alijs autem Missis pro Defunctis dicatur ad arbitrium Sacerdotis.

De Translatione Festorum. VI.

In dicendis Missis seruetur ordo Breviarij de Translatione festorum Duplicium & Semiduplicium, quādo maiori aliquo Festo, seu Dñica impediuntur. In Ecclesijs autē, vbi titulus est Ecclesie, vel cōcurfus populi ad celebrandum festum quod transferrî debet, possunt cantari duæ Missæ, vna de die, alia de Festo: aut saltem commemoratio fieri de Festo, si de eo non debeat celebrari officium illa die.

De Commemorationibus. VII.

Commemorationes in Missis fiunt sicut in officio. De festo Simplicî fit cōmemoratio in Missa, quando de eo in Officio facta est cōmemoratio in primis Vesperis. Quando autem de eo fit cōmemoratio tm ad Laudes, in Missa solemnî non fit commemoratio de eo, sed in Missis tantum priuatis. Excipitur Dominica Palmarum, & Vigilia Pentecostes, in quibus nulla fit commemoratio, etiam in Missis priuatis, de festo Simplicî occurrente,

licet facta sit in Officio. De Dñica fit cōmemoratio, quando in ea agitur de festo Duplicî. De Octaua fit commemoratio, quando infra octauam celebratur aliquod festum, nisi illud festum fuerit de exceptuatis in Rubrica Breviarij de Commemorationibus. Item quando infra Octauam fit de Dominica.

De Feria fit commemoratio in Aduenti, Quadragesima, Quatuor temporibus, Rogationibus, & Vigilijs, quando Missa dicenda est de Festo illis temporibus occurrente. Sed in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs, Rogationibus, & Vigilijs prædictis, quæ habent Missas proprias, dicuntur duæ Missæ, vna de Festo, alia de Feria, Rogationibus, & Vigilia, absque vlla vtrorūque commemoratione: in festis tamen maioribus primæ classis nihil fit de Vigilia occurrente, vt dictum est supra.

Quando infra Hebdomadam dicuntur: Missæ Votiuæ, post primam Orationem semper dicatur Oratio eius de quo fit Officium, vt supra explicatum est in propria Rubrica.

Quæ fit commemoratio de Feria Quatuor temporum, pro Feriæ cōmemoratione dicitur prima Oratio, quæ concordat cum Officio.

In faciendis commemorationibus seruetur ordo vt in Breviario. De Dominica ante diem infra Octauam, de die infra Octauam ante Ferias prædictas: de Ferijs prædictis, ante festum Simplex: de festo Simplicî, ante Orationes quæ secundo vel tertio loco dicendæ assignantur, & hæc dicantur ante Orationes Votiuas: in quibus Votiuus seruetur deinde dignitas Orationum, vt de sancta Trinitate, de Spiritu sancto, de Sacramento, de S. Cruce ante votiuam de beata Maria, & de Angelis ante Apostolos, & similiter in alijs.

Si faciendæ sit commemoratio pro defunctis, semper ponitur penultimo loco. In Missis autem Defunctorum nulla fit commemoratio pro viujs, etiam si Oratio esset communis pro viujs & defunctis.

Quando dicuntur plures Orationes, prima tantum & vltima cum sua conclusione terminantur, & ante primam & secundam Orationem tantum dicitur *Oremus*, ante primam dicitur etiam, *Dominus vobiscum*.

Cum vero dicantur plures Orationes, & vna Oratio eadem sit cum alia ibidem dicenda, Oratio huiusmodi, illa scilicet, quæ eadē est, non alia, cōmuetur cū alia de Comuni vel Proprio quæ sit diuersa. Idem seruetur in Secretis, & Orationibus post communionem.

De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis. VIII.

Introitus semper eodē modo dicitur cum Gloria Patri, vt in Ordinario, præterquam tempore.

- tempore Passionis, & in Missis Defunctorum, vt etiam ibi annotatum est.
2. **Kyrie eleison** dicitur nouies post introitum, alternatim cum ministro, idest, ter **Kyrie eleison**, ter **Chorus eleison**, ter **Kyrie eleison**.
3. **Gloria in excelsis** dicitur quodcumque in Martino dictus est Hymnus, **Te Deum**, præterquam in Missa Ferie quintæ in Cœna Domini, & Sabbati sancti, in quibus **Gloria in excelsis** dicitur, quamuis in officio non sit dictum, **Te Deum**.
4. In Missis Votiuus non dicitur, etiam tempore Paschali, vel infra Octauas, nisi in Missa B. Mariæ in Sabbato, & Angelorum: & nisi Missa Votiuæ solemniter dicenda sit pro graui, vel pro publica Ecclesiæ causa. Neque dicitur in Missis Defunctorum.
- De Orationibus. IX.**
1. **I**n festis Duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio, vt dictum est supra.
2. In festis semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Pentecostes vsque ad Aduentum, & à Purificatione vsq. ad Quadragesimam, dicitur secunda Oratio, **A cunctis**, tertia ad libitum.
3. In festis Semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Epiphaniæ vsque ad Purificationem dicitur secunda Oratio, **Deus qui saluus**, tertia **Ecclesiæ**, vel pro Papa, **Deus omnium salutem**.
4. In festis Semiduplicibus à feria iiii. Cinerum vsque ad Dominicam Passionis, secunda Oratio de Feria, tertia **A cunctis**.
5. In Semiduplicibus à Dominica Passionis vsq. ad Dominicam Palmarum, secunda Oratio de Feria, tertia **Ecclesiæ**, vel pro Papa.
6. In festis Semiduplicibus ab Octaua Paschæ vsque ad Ascensionem, secunda Oratio de S. Maria, **Concede nos**, tertia **Ecclesiæ**, vel pro Papa.
7. In festis Semiduplicibus infra Octauas occurrentibus, secunda Oratio dicitur de Octaua, tertia, quæ secundo loco infra Octauam ponitur.
8. Infra Octauas Paschæ, & Pentecostes, in Missa de Octaua dicuntur duæ tantum Orationes, vna de die, alia **Ecclesiæ** vel pro Papa.
9. Infra alias Octauas, & in Vigilis quæ ieiunantur (excepta Vigilâ Natiuitatis Domini, & Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secunda de S. Maria, tertia **Ecclesiæ**, vel pro Papa. Sed infra Octauas S. Mariæ, & in Vigilâ, & infra Octauam omnium Sanctorum, secunda Oratio dicitur de Spiritu sancto, **Deus qui**, tertia **Ecclesiæ**, vel pro Papa.
10. In Dominicis infra Octauas occurrentibus dicuntur duæ Orationes, vna de Dominica, secunda de Octaua, & in die Octaua dicitur vna tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio.

In Dominicis dicuntur tres, vt in Ordinario assignantur, quibusdam exceptis, & suis etiam locis notatur.

In festis Simplicibus, & Ferijs per annum, nisi aliter in proprijs locis noceatur dicuntur tres, vt in Semiduplicibus, aut quinque: possunt etiam dici septem ad libitum.

In Ferijs Quatuor Temporum, & vbi plures leguntur Lectiones, huiusmodi plures Orationes dicuntur post vltimam Orationem ante Epistolam, vt suis locis in Proprio Missarum de Tempore.

In Missis Votiuus, quando solemniter dicuntur pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa, dicitur tantum vna Oratio: Sed in Missa pro gratiarum actione additur alia Oratio, vt in proprio loco notatur. In alijs autem dicuntur plures, vt in festis Simplicibus.

In Votiuus B. Mariæ secunda Oratio dicitur de Officio illius diei, & tertia de Spiritu sancto, sed in Sabbato, quando de ea factum est Officium, secunda Oratio erit de Spiritu sancto, tertia **Ecclesiæ tuæ**, vel pro Papa. In Votiuus de Apostolis, quando ponitur Oratio, **A cunctis**, eius loco dicitur Oratio de sancta Maria, **Concede nos famulos**.

Si quum plures dicuntur Orationes, occurrat fieri commemoratio alicuius Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio dicitur, quæ alias secundo loco dicenda erat.

In conclusione Orationis hic modus seruatur. Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, **Per Dñm nostrum**, &c. Si ad Filium, **Qui viuus & regnas cū Deo Patre**. Si in principio Orationis fiat mentio Filij, concluditur, **Per eundem Dominum nostrum**. Si in fine Orationis, eius fiat mentio, **Qui tecum viuic**. Si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur, **in vnitatem eisdem Spiritus sancti**, &c. Alia quoque in dicendis Orationibus seruentur, quæ superius in Rubrica de Commemorationibus dicta sunt.

De Epistola, Graduale, Alleluia, & Tractus, ac de Euangelio. X.

Post vltimam Orationem dicitur **Epistola**, qua finita, à ministro responderet, **Deo gratias**. Et similiter quando leguntur plures Lectiones, post singulas dicitur, **Deo gratias**, præterquam in fine v. Lectionis Danielis in Sabbatis Quatuor Temporū, & in fine Lectionis Ferie sextæ in Parasceue, & Sabbati sancti.

Post Epistolam dicitur **Graduale**, quod semper dicitur, præterquam Tempore Paschali, cuius loco tunc dicuntur duo Versus, vt habetur in rubrica in Sabbato in Albis.

Post Graduale, dicuntur duo **Alleluia** deinde Versus, & post Versum, vnum **Alleluia**. Tempore Paschali, quando non dicitur Graduale, dicitur aliud **Alleluia** post secundum Versum: & quando dicitur **sequens** non dicitur post vltimam.

ultimum Versum, sed post Secquentiam.

4 A Septuagesima vsque ad Sabbatum sanctum non dicitur *Alleluia*, neque est in Missis de Feria in Aduentu, Quatuor temporibus, & Vigilijs quæ ieiunantur, exceptis Vigilia Natiuitatis Domini, si venerit in Dñica, & Vigilia Paschæ & Pentecostes, ac Quatuor temporibus Pentecostes. Nec dicitur in festo sanctorum Innocentium, nisi venerit in Dñica.

5 A Septuagesima vsq. ad Pascha, eius loco dicitur *Tractus*, qui Tractus prædicto tempore in aliquibus Ferijs non dicitur, vt suis locis ponitur: nec dicitur in Ferijs à Septuagesima vsque ad Quadragesimam, quando repetitur Missa Dominicæ.

6 Dicto Graduali, seu Alleluia, seu Tractus, dicitur *Euangelium*. Et in principio Euangelij dicitur, *Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.* deinde, *Sequentia sancti Euangelij secundum N. R. Gloria tibi Domine.* In fine Euangelij à ministro respondetur, *Laudus tibi Christe*, quod etiam dicitur in fine illius partis Passionis, quæ legitur in tono Euangelij, præterquam in Parasceue. Postea si dicendum est, dicitur *Credo*.

De Symbolo. XI.

7 **S**ymbolum dicitur post Euangelium in omnibus Dñicis per annum, etiam si in illis fiat de Festo in quo alias non diceretur. In tribus Missis de Natiuitate Dñi, & deinceps vsque ad Octauam B. Ioannis Apostoli inclusiue. In Epiphania, & per Octauam. Feria quinta in Cæna Domini. In Paschate Refurrectionis, & per Octauam. In Ascensione Dñi, & per Octauam. In Pentecoste, & per Octauam. In festo Corporis Christi, & per Octauam. In omnibus festis beate Mariæ, & per Octauas. In festis duodecim Apostolorum, & Euangelistarum, & per Octauas. In vtraque Cathedrali S. Petri, & in festo S. Petri ad Vincula. In festis Conuersionis, & Commemorationis S. Pauli Apostoli. In festo S. Ioannis ante portam Latinam. In festo S. Barnabæ Apostoli. In festis Inuentionis, & Exaltationis S. Crucis. In Transfiguratione Domini, In festis Angelorum. In festo S. Mariæ Magdalenz. In festis quatuor Doctorum, videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, & Hieronymi, addito festo S. Thomæ de Aquino, & S. Bonaventuræ. Item in festis Doctorum Athanasij, Basilij, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi. In die Octauarum S. Ioan. Baptistæ, & S. Laurentij. In festo omnium Sanctorum, & per Octauam. In Dedicacionibus S. Saluatoris, & SS. Apostolorum Petri & Pauli. In Annuario Dedicacionis propriæ Ecclesiæ, & per Octauam. In die Cõsecrationis Ecclesiæ, vel Altaris. In festis Sanctorum quibus dedicata est Ecclesia, & vbi habetur corpus, vel insignis reliquia Sancti, de

quo agitur. In die Creationis, & Coronationis Summi Pontificis, & in Annuario eiusdem diei. In die & in annuario electionis & consecrationis Episcopi. Item in omnibus Festis, quæ in Dominicis, & infra Octauas celebrantur: in quibus ratione Dominicæ & Octauæ dici debet. Item in festo Patrum alicuius loci, vel tituli Ecclesiæ, (non autem alicuius Capellæ, vel Altaris) & in Festis principalibus Ordinum, & per eorum Octauas, in Ecclesijs tantum illius Ordinis. Item dicitur *Credo*, in Missis Votiuis, quæ solemniter pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa celebrantur.

De Offertorio, secretis, Præfationibus, & Canon. XII.

Post Symbolum, vel si non sit dicendum, post Euangelium, dicitur *Dominus vobiscum. Oremus*. deinde *Offertorium*. postea fit oblatio cum Orationibus, vt in Ordine Missæ. Quia oblatione facta, dicitur *Orationes secretæ*, secundum numerum Orationum, quæ clara voce in principio dictæ sunt: sed ante primam Orationem non dicitur *Dominus vobiscum*, nec aliquid aliud, sed dicto, *Suscipiat Dominus sacrificium*. absolutè dicitur, neque etiã ante secundam Orationem dicitur *Oremus*. Terminatur autè prima & vltima Oratio, vt dictum est supra in Rubrica de Orationibus: & secreto dicitur vsque ad illa verba in conclusione, *Per omnia sæcula sæculorum*, quæ clara voce proferuntur, & incipit *Præfatio*.

Præfationes autem dicitur, vt in Ordine Missæ adnotatum est: & quæ in Quadragesima, Tempore Passionis, & Paschali, & infra Octauas propriæ assignantur, dicitur etiam in Dominicis & Festis quæ illis temporibus celebrantur: nisi illa Festa propriam Præfationem habeant.

Si infra Octauam alicuius Festi, quod habet Præfationem propriam, occurrat festum ex maioribus non habens propriam Præfationem, dicitur Præfatio de Octaua, quamuis de ea nulla fiat commemoratio in Missa.

In Missis votiuis dicitur etiam Præfatio propria, si propriam habeant: si vero non habuerint, dicitur Præfatio de Tempore, vel Octaua infra quam contigerit huiusmodi Missas celebrari: alioquin Præfatio communis. Et quando aliqua Missa Votiuæ pro causa publica solemniter celebratur, dicitur in cantu solemniter, vt in Duplicibus. In Missis Desunctorum quocumque tempore semper dicitur Præfatio communis.

Post Præfationem incipitur *Canon Missæ*, secreto, in quo seruentur omnia vt in Ordine Missæ. Vbi vero infra actionem, *Communicantes* & *Hæc igitur*, vel alia variari contingit suo loco in proprijs Missis adnotatur.

De Communionem, Orationibus post Communionem, Ite missa est, vel, Benedicamus Domino, de Benedictione, & Euangelio S. Iohannis. XIII.

FXpleto Canone, & alijs omnibus vsque ad Communionem, ea peracta dicitur **Communio, & Orationes post Communionem**, eodem modo & ordine vt in principio Missae: & repetito **Domine vobiscum**, dicitur, **Ite Missa est**, vel, **Benedicamus Domino**, pro temporis ratione. **Ite Missa est**, dicitur quandocumque dictum est, **Gloria in excelsis**, Cum non dicitur eius loco dicitur, **Benedicamus Domino. R. Deo gratias, In Missis Defunctorum dicitur, Requiescant in pace. R. Amen.**

2. Dicto **Placeat** datur **Benedictio** qua à Celebrante semper datur in Missa, praeterquam in Missis Defunctorum. Deinde legitur Euangelium S. Iohannis, **In principio**, praemisso **Domine vobiscum, & Intium**, vt moris est: quod Euangelium numquam praetermittitur in Missa, nisi quando fit de Festo in aliqua Dominica, vel Feria qua habet Euangelium proprium: quod legitur eius loco. Excipitur Dominica iiii. Auentus, cuius Euangelium non legitur in fine Missae, quando in ea occurrit Vigilia Natiuitatis Domini, quia nec in Officio lectum est. In tertia Missa de die Natiuitatis Domini legitur in fine Euangelium de Epiphania, **Cum natus esset Iesus**. Et in Dominica Palmarum in Missis priuatis legitur Euangelium quod ponitur in Benedictione Palmarum, quod etiam lectum est in Officio. In Vigilijs quae occurrunt in Quadragesima, vel Quatuor temporibus, non legitur Euangelium vigiliæ in fine Missae. Et similiter in Missis Votiujs numquam legitur in fine aliud Euangelium, nisi S. Iohannis.

Le ordinanda Missa ex supradictis Rubricis. XIV.

ISupradictis Rubricis cognitjs, si quis velit ordinare Missam diei, recurat ad Ordinarium Missarum de Tempore, vel de Sanctis, secundum qualitatem officij. Si proprium non habeat, recurat ad Comune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, & propria Missa non fuerit de Feria, dicatur Missa praecedentis Dominicae, omissis **Gloria in excelsis**, & **Symbolo**: praeterquam Tempore Paschali, in quo semper dicitur **Gloria in excelsis** vt supra, excepta Missa Rogationum: & in Auentu praetermittitur **Alleluia**, post **Graduale**, cum suo Versu. Si dicenda sit Missa Votiuja, requiratur post Comune Sanctorum suo loco. Si plures Orationes dicendae sint requirantur post Missas Votiuas, suo loco de singulis rebus singulae. Si pro Defunctis dicenda sit Missa, habetur post Missas

votiuas, cum Collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordo totius Missae, cum Praefationibus, Canone, & alijs dicendis, habetur suo loco, cum Proprio Missarum de Tempore.

De hora celebrandi Missam. XV.

Missa priuata saltem post Matutinum, & Laudes quacumque hora ab aurota vsque ad Meridiem dici potest.

Missa autem Conuentualis & solemnjs, sequenti ordine dici debet. In festis Duplicibus & Semiduplicibus, in Dominicis, & infra Octauas, dicto in (Choro) Hora Tertia. In festis Simplicibus & Ferijs per annum dicta Sexta. In Auentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, etiam infra Octaua Pentecostes, & Vigilijs quae ieiunantur quauis sint dies solenes, Missa de Tempore debet cantari post Nonam.

Missa autem Defunctorum dici debet post Primam diei: ubi vero dicuntur eorum Vigiliae mane post Matutinum diei, dictis huiusmodi Vigilijs cura Laudibus, immediate dici potest Missa pro defunctis. Sed in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum Missa Conuentualis dicitur post Nonam, quia eo die est principalis. In die etiam Depositio- nis Defuncti, vel Tertio, Septimo, Trigesimo, aut Anniuersario solemnjs, in quo fit concursus populi, poterit similiter dici in ultimo loco post Nonam.

Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Missam Conuentualem, Missa in Natiuitate Domini, quarum prima dicitur post mediam noctem, finito, Te Deum laudamus. in Matutino, secunda in aurora dictis Laudibus, & Prima Tertia vero in die post Tertiam, vel ubi aliter ex dispensatione Apostolica disponatur.

Missa Votiuja, quia non correspondent Officio soleniter celebrentur pro re graui, vel publica Ecclesiae causa cum populi frequentia, dicuntur post Nonam.

De his quae clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa. XVI.

In Missa priuata clara voce dicuntur **Añsa**, & **Psal.** ad Introitum, Confessio, & quae sequuntur, excepta Oratione, **Aufer a nobis**, & **Oramus te Domine** per merita sanctorum tuorum, &c. Item Introitus, Kyrie eleison, **Gloria in excelsis**, **Domine vobiscum**, **Oremus**, **Hec tunc genua**, **Leuate**, **Oratio**, vel **Orationes**, **Prophetiae**, **Epistola**, **Graduale**, **Versus**, **Tractus**, **Sequentia**, **Euangelium**, **Credo**, **Offertorium**, **Orate fratres**, solum haec duo verba. **Praefatio**, **Nobis quoque peccatoribus**, solum haec tria verba. Item **Pet omnia saecula saeculorum**, &c. cum **Pater noster**, **Pax Domini**, **Agnus Dei**, **Domine non sum dignus**, haec quatuor verba tantum. **Communio**, **Oratio**, vel **Orationes post Communionem**, **Humiliate capita vestra Deo**, **Ite missa est**, vel **Benedicamus Domino**, vel **Requiescant in pace**, **Benedictio**, & **Euangelium**. In principio, vel aliud Euangelium. Alia omnia dicuntur secreto.

Sacerdos autem maxime curare debet, vt ea quae

ea quæ clara voce dicenda sunt, distincte & apposite profertur, non admodum festinanter, vt aduertere possit quæ legit, nec nimis morose, ne audientes tædio afficiat: neque etiam voce nimis clara, ne perturbet alios, qui fortasse in eadem Ecclesia tunc temporis celebrant, neque tam submissa, vt à circumstantibus audiri non possit, sed mediocri & graui, quæ & deuotionem moueat, & audientibus ita accomodata, vt quæ leguntur, intelligant. Quæ vero secrete dicenda sunt, ita pronuntietur, vt & ipsemet se audiat, & à circumstantibus non audiat.

3 In Missa solemnè clara voce à Celebrante dicuntur quando intonatur. *Gloria in excelsis, & Credo, Dominus vobiscum, Oremus, ante Offertoriū. Prefatio, Pater noster, Pax Domini, & Orationes post communionem. Alia quæ in Missa priuata dicuntur clara voce, in Missa solemnè à celebrante dicuntur submissa voce.*

De ordine genuflectendi, sedendi, & standi in Missa priuata & solemnè. XVII.

1 IN Missa priuata Sacerdos genuflectit quando legit Euangelium S. Ioannis, In principio, ad illa verba, *Et Verbum caro factum est,* & in Euangelio Epiphaniæ, Cum natus esset Iesus, ad verba illa, *Et proci dentes adorauerunt eum:* Item in Euangelio Feriali iiii. post Dominicam quartam Quadragesimæ, ad illa verba in fine, *Et proci dens adorauerunt eum.* Item genuflectit Dominica Palmarum, & in Milis de Cruce ad illa verba in Epistola, *In nomine Iesu omne genu flectatur* &c. & quando legitur Passio, ad illa verba, *Expirauit, vel emisit spiritum,* vt suis locis notatur. Item genuflectit cum dicit, *Flectamus genua.* Item quando in Quadragesima dicit in Tractu *ψ. Adiuua nos Deus,* &c. & in omnibus Missis de Spiritu sancto, cum dicit *ψ. Veni sancte Spiritus, reple,* &c. Item quando Sacramentum in Altari discooperum apparet, genuflectit quoties ante illud transit in medio Altaris: & quancumque in Ordine Missæ, & in ritu seruando in celebratione Missæ notatur quod debeat genuflectere.

2 Circumstantes autem in Missis priuatis semper genuflectunt, etiã tempore Paschali, præterquam dum legunt Euangelium.

3 In Missa solemnè Celebrans genuflectit ad omnia supradicta, præterquam ad *Flectamus genua:* & tunc ipse solus stat. Diaconus vero & Subdiaconus, & omnes alij genuflectunt. Ad versum vero, *Adiuua nos Deus,* &c. & ad versum, *Veni sancte Spiritus,* &c. genuflectit vsque ad finem. Item genuflectit in die Annuntiationis beate Mariæ, & in tribus Missis Natiuitatis Domini, quando cantatur in Choro. *Et incarnatus est.* &c. Alijs diebus si sedeat cum cantatur ea verba, nõ genuflectit, sed ea pectus tantum profunde inclinat: si nõ sedet, genuflectit.

Ministri semper genuflectunt cum Celebrante, præterquam Subdiaconus tenens librum ad Euangelium, & Acolythi, tenentes candelabra, quæ tunc non genuflectunt. Et cum Diaconus cantat illa verba ad quæ est genuflectendum, ipse versus librum, Celebrans & omnes alij versus Altare genuflectunt.

5 In Choro genuflectitur ab ijs qui non sunt Prælati, ad Confessionem cum suo Psalmo. In Missis autem Ferialium Aduentus, Quadragesima, Quatuor temporum, & Vigiliarum quæ ieiunantur etiam ad Orationes, & dicto per Celebrantem, Sanctus, vsque ad Pax Domini, & ad Orationes post communionem, & super populum, excepta Vigilia Paschæ & Pentecostes, ac Natiuitatis Domini. Et similiter ab omnibus genuflectitur quando eleuatur Sacramentum.

6 In Missa item solemnè celebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum sedere potest à cornu Epistolæ iuxta Altare cum cantatur, *Kyrie eleison, Gloria in excelsis, & Credo.* alio tempore stat ad Altare, vel genuflectit, vt supra.

7 In Choro sedent, quando Celebrans sedet, & præterea dum cantantur Epistola & Prophetia, Graduale, Tractus, vel Alleluia, cum Versu ac Sequentiâ, & ab Offertorio, vsque ad incensationem Chori, & si non incensatur vsque ad Prefationem: & ad Antiphonam, quæ dicitur Communio. Ad alia stant, vel genuflectunt, vt supra.

De coloribus Paramentorum. XVIII.

1 Paramenta Altaris, Celebrantis, & ministrorum debent esse coloris conuenientis Officio & Missæ diei, secundum usum Romanæ Ecclesiæ: quæ quinque coloribus vti consuevit, Albo, Rubeo, Viridi, Violaceo, & Nigro.

2 Albo colore vtitur à Vesperis Vigiliæ Natiuitatis Domini vsque ad Octauam Epiphaniæ inclusiuè, exceptis festis Martyrum, quæ infra eam veniunt. Feria v. in Cœna Domini, & Sabbato sancto in Officio Missæ, & ab illo die vsq. ad Sabbatū in Vigilia Pentecostes ad Nonam, in Officio de Tempore, præterquam in Missa Litaniarum, & Rogationum. In festo sanctæ Trinitatis. In festo Corporis Christi. In festo Transfigurationis Domini. In festis beate Mariæ Virginis, præterquam in benedictione Candelarum, & Processione quæ fit in festo Purificationis eiusdem. In festis Angelorum. In Natiuitate S. Ioannis Baptistæ. In principali festo S. Ioannis Euangelistæ, quod celebratur infra Octauam Natiuitatis Domini. In vtraque Cathedra sancti Petri. In festo sancti Petri ad Vincula. In Conuersione S. Pauli. In festo omnium Sanctorum. In festis Confessorū Pontificum, & non Pontificum, & Doctorum. In festis sanctarum Virginum non martyrum, & nec virginum nec martyrum. In

Dedicatione & consecratione Ecclesie vel Altaris, ac in consecratione summi Pontificis, & in anniuersario Creationis, & Coronationis eiusdem, & electionis & consecrationis Episcopi. Item per Octauas predictorum Festorum, quae Octauas habent, quando dicitur Missa de octaua, & in Dominicis infra eas occurrentibus, quando in eis fit Officium de Dominica, praeterquam in illis Dominicis, quibus tributus est color violaceus. In Missis votiuus supradictorum Festorum, quocumque tempore dicantur: & in Missa pro Sponso, & Sponsa.

3 Rubeo colore vitur à Vigilia Pentecostes in Missa vsque ad Sabbatum sequens finita Nona & Missa. In festis S. Crucis. In Decolatione S. Ioannis Baptistae. In Natali Apostolorum Petri & Pauli, & in festis aliorum Apostolorum (exceptis festo principali S. Ioannis Euangelistae post Natiuitatem, & festis Conuersionis S. Pauli, & Cathedrae S. Petri, & eius Vinculorum.) In festo S. Ioannis ante portam Latinam. In Commemoratione S. Pauli Apostoli. In festis Martyrum, excepto festo SS. Innocentium quando non venerit, vitur Rubeo, in eius vero die Octaua semper vitur Rubeo, quocumque die occurrat. In festis sanctarum Virginum martyrum, & martyrum non virginum. Item per Octauas predictorum festorum quae Octauas habent, quando fit de Octaua, & in Dominicis infra eas Octauas occurrentibus, eodem modo vt dictum est supra de colore albo. Item in Missis votiuus supradictorum Festorum, & in Missa pro eligendo Summo Pontifice.

4 Viridi colore vitur ab Octaua Epiphaniae vsque ad Septuagesimam, & ab Octaua Pentecostes vsque ad Aduentum exclusiue, in Officio de Tempore, excepta Dominica Trinitatis vt supra: ac exceptis Dominicis infra Octauas occurrentibus, in quibus color Octauarum seruatur: exceptis etiam Vigiljs, & Quatuor Temporibus, vt infra.

5 Violaceo colore vitur à prima Dñica Aduentus in primis Vesperis vsque ad Missam Vigilae Natiuitatis Dñi inclusiue: & à Septuages. vsque ad Sabbatum sanctum ante Missam inclusiue, in Officio de Tempore excepta Feria v. in Cena Dñi, in qua vitur albo, & Feria vj. in Parasceue, in qua vitur nigro, vt infra: & benedictione Cerei in Sabbato sancto, in qua Diaconus illius Praefationem dicens, solus vitur albo: ea autē finita, Violaceo vt prius. Item in Vigilia Pentecostes ante Missam, à prima Prophetia vsque ad benedictionem Fontis inclusiue. In Quatuor temporibus, & Vigiljs quae ieiunantur, exceptis Vigilia & Quatuor temporibus Pente-

costes. In Missa Litaniarum in die S. Marci Euangelistae, & Rogationum, & in Processionibus quae his diebus fiunt. In festo SS. Innocentium, quando non venerit in Dñica. In benedictione Candelarum, in die Purificationis B. Mariae, & in benedictione Cinerum, ac Palmarum, & in ipsa Dominica in Palmis, & eorundem, ac generaliter in omnibus Processionibus: exceptis Processionibus sanctissimi Sacramenti, & quae fiunt in diebus solemnibus, vel pro gratiarum actione: In Missis de Passione Domini, pro quacumque necessitate, Pro peccatis, Ad tollendum schisma, Contra paganos, Tempore belli, Pro Pace, Pro vitanda mortalitate, Pro iter agentibus, & Pro infirmis.

Nigro colore vitur Feria vj. in Parasceue, & in omnibus officijs, & Missis Defunctorum.

De qualitate Paramentorum. XIX.

I N Officio Missae celebrans semper vitur 1 Planeta super Albam.

Si autem fit Episcopus, & solemniter celebret, super 2 Dalmaticam & Tunicellam.

Pluiali vitur in Processionibus, & benedictionibus, 3 quae fiunt in Altari. Item in Officio Laudum, & Vesperarum, quando solemniter dicuntur. Eodem vitur Assistens Celebrans in Missa Pontificali. Item quando Celebrans post Missam Defunctorum facit in sine Absolutionem.

Cum Celebrans vitur Pluiali, semper deponit 4 Manipulum, & ubi Pluiale haberi non potest, in benedictionibus quae fiunt in Altari. Celebrans stat sine Planeta cum Alba & Stola.

Dalmatica & Tunicella videntur Diaconus & 5 Subdiaconus in Missa solemnī & Processionibus, & benedictionibus, quando Sacerdori ministrant.

In diebus vero ieiuniorum (praeterquam in Vigilijs 6 Sanctorum) & in Dominicis & Ferijs Aduentus & Quadragesima, ac in Vigilia Pentecostes ante Missam (exceptis Dominicis, Gaudete, etiam si eius Missa infra hebdomadam repetatur, & Dominica, ieiunata, Vigilia Natiuitatis Domini, Sabbato sancto in benedictione Cerei & in Missa, ac Quatuor temporibus Pentecostes) item in benedictione Candelarum & Processione in die Purificationis beatae Mariae, & in benedictione Cinerum, ac benedictione Palmarum, & processione in Cathedralibus & praecipuis Ecclesijs videntur Planetis plicatis ante pectus: quam Planetam Diaconus dimittit cum lecturus est Euangelium, eaque tunc super sinistrum humerum super Stolam complicatur: aut ponitur aliud genus Stola latioris in modum Planetae plicare, & facta Communionem resumit Planetam, vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in Alba, & ea finita, oscularaq. Celebrantis manu, Planetam resumit vt prius.

In minoribus autem Ecclesijs, praedictis diebus ieiuniorum Alba tantum amicti ministrant: Subdiaconus cum Manipulo, Diaconus etiam cum Stola ab humero sinistro pendente sub dextera.

De præparatione Altaris, & ornamento eius. X.X.

Altare, in quo sacrosanctum Missæ sacrificium celebrandum est, debet esse lapideum, & ab Episcopo consecratum: vel saltem ara lapidea, similiter ab Episcopo consecrata, in eo inserta, quæ tam ampla sit, vt Hostiam, & maiorem partem Calicis capiat. Hoc Altare operiatur tribus mappis, seu tobaleis mundis, ab Episcopo, vel alio habente potestatem benedictis, superiori saltem oblonga, quæ vsque ad terram pertingat, duabus alijs breuioribus, vel vna duplicata. Pallio quoque ornetur coloris quoad fieri potest, diei festo, vel Officio conuenientis. Super Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum candelis accensis hinc & inde in vtroque eius latere. Ad Crucis pedem ponatur tabella Secretarum appellata. In cornu Epistolæ cufinus supponendus Missali: & ab eadem parte Epistolæ paretur cereus, ad eliquationem Sacramenti accendendus, parua campanula, ampulle vitree vini & aquæ, cum pellicula & manutergio mundo in fenestella, seu in parua mensa ad hæc præparata. Super Altare nihil omnino ponatur, quod ad Missæ sacrificium, vel ipsius Altaris ornatum non pertineat.

RITVS SERVANDVS
in celebratione Missæ.

De præparatione Sacerdotis celebraturi. I.

Sacerdos celebraturus Missam, præuia Confessione sacramentali, quando opus est, & saltem Matutino cum Laudibus absoluto, orationi aliquantulum vacet, & Orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacrificia, vel alibi præparatum, vbi paramenta, aliaque ad celebrationem necessaria habentur: accipit Missale, perquirat Missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea quæ dicturus est. Postea lauat manus, dicens Orationem inferius positam. Deinde præparat Calicem, (qui debet esse vel aureus, vel argenteus, aut saltem habere cuppam argenteam intus inauratam, & simul cum Patena itidè inaurata, ab Episcopo consecratus;) super eius os purificatorium mundum, & super illud Patenam cum Hostia integra, quam leuiter extergit, si opus est, à fragmentis, & eam tegit parua palla lineæ, tum velo serico: super velo ponit burfam coloris paramentorum, intus habentem Corporale plicatum, quod ex lino tantum esse debet, nec serico vel auro in medio intextum, sed totum album, & ab Episcopo, vel alio habente facultatem, simul cum palla, benedictum.

Quibus ita dispositis accedit ad paramenta, quæ non debent esse lacera aut scissa, sed integra, & decenter munda ac pulchra, & ab Episcopo item, vel alio facultatem habente benedicta: vbi calceatis pedibus & indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talium pedis attingat; induit se, si sit Prælatus secularis, supra rocchetam; si sit Prælatus regularis, vel alius Sacerdos secularis, supra superpellicium, si comode haberi possit, alioquin sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas Orationes inferius positas.

Ad primum accipiens Amictū circa extremitates, & chordulas, osculatur illum in medio, vbi est Crux, & ponit super caput, & mox declinat ad collum, & eo vestiti collaria circum tegens, ducit chordulas sub brachijs, & circumducens per dorsum, ante pectus reducit & ligat. Tum Alba induitur, caput submittens, deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistram sinistro imponens, Albam ipsam corpori adaptat, elcavat ante, & à lateribus hinc inde, & Cingulo per ministrū à tergo sibi porrecto, se cingit. Minister eleuat Albam supra Cingulū circum circa, vt honeste dependeat, & tegat vestes; ac eius fimbrias diligenter aptat, vt ad latitudinē digiti vel circiter supra terram æqualiter fluat. Sacerdos accipit Manipulum, osculatur Crucē in medio, & imponit brachio sinistro. Deinde ambabus manibus accipiens Stolam, simili modo deosculatur, & imponit medium eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modum Crucis, ducit partem à sinistro humero pendentem, ad dextram, & partem à dextro humero pendentem, ad sinistram. Sicque vtramque partem Stolæ extremitatibus Cinguli hinc inde ipsi Cingulo coniungit.

Si Celebrans sit Episcopus, non ducit stolam ante pectus in modum Crucis, sed sinit hinc inde vtraque extremitates pendere: & antequam accipiat Stolam, accipit paruam Crucem pectoralem, quam osculatur, & collo impostam sinit ante pectus chordulis pendere. Manipulum quoque non accipit ante stolam, nisi in Missis Defunctorum, sed accipit ad Altare, cum in Confessione dicit, Indulgentiam, illamque prius osculatur.

Postremo Sacerdos accipit Planetam.

Si sit Episcopus, & solemniter celebret, accipit paramenta, & alia vt in Pontificali.

De ingressu Sacerdotis ad Altare. II.

Sacerdos omnibus paramentis indutus, præparatū, quæ portat eleuatum ante pectus, burfam manu dextra super Calicē tenens, & facta reuerentia Crucī, vel imagini illi, quæ in Sacrificia erit, capite cooperto accedit ad Altare, ministro cum Missali, & alijs ad celebrandum necessarijs (nisi ante fuerint præparata)

parata) præcedente superpellicem induto. Procedit autem oculis demissis, incessu graui, erecto corpore. Si vero contigerit eum transire ante Altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: si autem locum Sacramenti, genuflectat. Si ante Altare ubi celebratur Missa, in qua eleuatur vel tunc ministratur Sacramentum, similiter genuflectat, & detecto capite illud adoret, nec ante surgat, quam Celebrans deposuerit Calicem super Corporale.

2 Cum peruenerit ad Altare, stans ante illius infimum gradum, caput detegit, bireum ministro porrigit, & Altari, seu imagini Crucifixi desuper positæ profunde inclinat. Si autem in eo sit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium Altaris: ibi ad cornu Euangelij sistit Calicem, extrahit Corporale de bursa, quod extendit in medio Altaris, & super illud Calicem uelo coopertum collocat, bursum autem ad cornu Euangelij. Si in Altari paramenta accepit, hoc idem facit antequam descendat ab Altari ut Missam inchoet.

3 Si est consecraturus plures Hostias pro Communione faciendâ, quæ ob quantitatem super Patena manere non possint, locat eas super Corporale ante Calicem, aut in aliquo Calice vel uasè mundo consecrato ponit eas retro post Calicem, & alia Patena seu palla cooperit.

4 Collocato Calice in Altari, accedit ad cornu Epistolæ, Missale super cussino aperit, reperit Missam, & signacula suis locis accomodet. Deinde rediens ad medium Altaris, facta primum Cruci reuerentia, uertens se à cornu Epistolæ, descendit post infimum gradum Altaris, ut ibi faciat Confessionem.

5 In Missa solemnè Missale apertum super Altare, Calix uero & alia necessaria præparentur in credentia cooperta linteo, antequam Sacerdos ueniat ad Altare. Ipse autem procedit cum Diacono & Subdiacono capite cooperto, simul cum eo tenens manus iunctas ante pectus, Acolyths uero ante eos deferunt candelabra cum candelis accensis, quæ deinde collocantur super Credentia: & cum peruenerit ad infimum gradum Altaris, ibi medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à sinistris, antequam ascendat ad Altare, facit cum ipsis (ut infra) Confessionem.

6 In Missa Pontificali omnia seruentur, ut in Pontificali & Ceremoniali Romano ordinatur: cuius Pontificalis ordinem Episcopus nunquam prætermittat, quandocumque cum Diacono & Subdiacono paratis celebrat.

Sacerdos cum primum descenderit ad infimum gradum Altaris, conuertit se ad ipsum Altare, ubi stans in medio, iunctis manibus ante pectus, extensis & iunctis pariter digitis, & pollice dextro super finitimum posito in modum Crucis, (quod semper seruatur quando iunguntur manus, præterquam post consecrationem) detecto capite, facta prius Cruci vel Altari profunda reuerentia, vel si in eo sit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, facta genuflexione, erectus incipit Missam.

Si celebraturus sit coram summo Pontifice, sistit se in infimo gradu Altaris à cornu Euangelij ante ipsum Pontificem, ubi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit se, & stans aliquantulum uersus ad Altare incipit Missam. Si autem sit coram Cardinale, Legato Sedis Apostolica, aut Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in eorum residentijs, uel loco iurisdictionis, stans in infimo gradu à cornu Euangelij ut supra expectat: dato signo facit profundam reuerentiam Prelato, & uersus ad Altare incipit Missam.

Si autem solemniter celebrat coram summo Pontifice, aut alio ex Prelatis prædictis in Ecclesijs eorundem iurisdictionis, stans à sinistris Prelati, facit cum eo Confessionem, & alia seruat, ut in Pontificali & Ceremoniali Romano ordinatur.

Stans igitur Celebrans ante infimum gradum Altaris, ut supra, producens manu dextera à fronte ad pectus signum Crucis, dicit intelligibili uoce. **In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.** Et postquam id dixerit, non debet aduertere quemcumque in alio Altari celebrantem, etiam si Sacramentum eleuet, sed conuinate prosequi Missam suam usque ad finem. Quod item obseruatur in Missa solemnè, & simul etiam à ministris.

Cum seipsum signat, semper sinistram ponit infra pectus: in alijs benedictionibus cum est ad Altare, & benedicit oblata, uel aliquid aliud, ponit eam super Altare, nisi aliter notetur. Seipsum benedicens, uertit ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iunctis & extensis, à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, signum Crucis format. Si uero alios, uel rem aliquam benedicit paruum digitum uertit ei cui benedixit, ac benedicendo, totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis & extensis: quod in omni benedictione obseruatur.

Postquam dixerit, **In nomine Patris, &c.** ut supra, iungens iterum manus ante pectus, pronuntiat clara uoce Antiphonam, **Introibo ad altare Dei.** Minister retro post eum ad sinistram genuflexus, & in Missa solemnè

ministri hinc inde stantes prosequuntur. Ad Deum qui satietat uenientem meam. Deinde Sacerdos eodem modo stans incipit, & prosequitur cum ministro vel ministris alternatim Psalmum, *Iudica me Deus*, usque ad finem, cum *Gloria Patri*. Quo finito repetit Antiphonam, *Introibo*, cum ministris vsupra. Qui Psalmus numquam prætermittitur nisi in Missis Defunctorum, & in Missis de Tempore à Dominica Passionis inclusiue usque ad Sabbatum sanctum exclusiue: in quibus semel tantum dicta Antiphona, *Introibo*, cum ministris vsupra, Sacerdos statim subiungit *Adiutorium nostrum*, &c. ut infra. Cum in fine Psalmi dicit, *Gloria Patri*, &c. caput Crucis inclinatur.

7 Repetita Antiphona, *Introibo*, dextra manu producens signum Crucis à fronte, ad pectus, dicit *Adiutorium nostrum in nomine Domini*. *Re. Qui fecit cælum, & terram*. Deinde Altari se profunde inclinans, iunctis manibus dicit, *Conhiteor Deo*, ut in Ordine Missæ: & prosequitur eodem modo stans inclinatus, donec à ministro vel ministris dictum sit, *Misereatur*. Cum incipitur à ministris, *conhiteor*, se erigit. Cum dicit, *mea culpa*, ter pectus dextra manu percutit, sinistra infra pectus posita.

8 Si est coram Pontifice, Cardinali, Legato Sedis Apostolicæ, vel Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in eorum provincia, ciuitate, vel diocesi constitutis, ubi dicit, *vobis fratres, dicat, ubi pater: similiter in fine, ubi dicit, vos fratres, dicat, te pater: quod dicens summo Pontifici genuflectit, alijs Prælati profunde se inclinatur*.

9 Cum minister, & qui interfuit (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondet, *Conhiteor dicunt ubi pater & te pater*, aliquantum conuersi ad Celebrantem.

10 Facta à circumstantibus Confessione, Celebrans stans respondet, *Misereatur ventu*, &c. Deinde producens manu dextra à fronte ad pectus signum Crucis, dicit, *inuitigentiam*. &c. si est Episcopus, accipit manipulum, osculando illum in medio. Et stans inclinatus iunctis manibus prosequitur, *Deus in conuersus*. & quæ sequuntur in Ordine Missæ, clara voce usque ad Orationem, *Aufer a nobis*, &c. & cum dicit, *Oremus*, extendit & iungit manus.

11 Et tunc si coram summo Pontifice, aut alijs Prælati vsupra, celebrat, facta summo Pontifici genuflectione, alijs Prælati profunda reuerentia, accedit ad medium Altaris ante infimum gradum, & ibi incipit secreto, *Aufer a nobis: ut in ordine Missæ.*

De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis. IIII.

X **D** Vm dicit, *Aufer a nobis*, &c. Celebrans iunctis manibus ascendit ad medium Altaris, & ibi inclinatus, manibusque item

iunctis super eo positus, ita ut digiti parui dumtaxat frontem seu medium anterioris partis tabulæ seu mensæ Altaris tangent, residuo manuum inter Altare & se retento, pollice dextro super sinistrum in modum Crucis posito (quæ omnia semper obseruantur cum manus iunctæ super Altare ponuntur) secreto dicit, *Oramus te Domine*, &c. & cum dicit, *Quorum reliquæ hic sunt*, osculatur Altare in medio, manibus extentis æqualiter hinc inde super eo positus: quod semper seruat quando osculatur Altare: sed post consecrationem pollices ab indicibus non disjunguntur. In omni etiam deosculatione siue Altaris, siue libri siue alterius rei, non producit signum Crucis pollice vel manu super id quod osculandum est.

Osculato Altari accedit ad cornu eius sinistrum, idest Epistolæ: ubi stans versus Altare, & producens à fronte ad pectus signum Crucis incipit intelligibili voce *Introitum* Missæ, & prosequitur iunctis manibus. Cum dicit, *Gloria Patri*, tenens iunctas manus; caput inclinatur versus Crucem cum repetit *Introitum*. non signat se ut prius: & eo repetito, iunctis manibus ante pectus accedit ad medium Altaris, ubi stans versus illud similiter manibus iunctis, dicit eadem voce ter, *Kyrie eleison*, ter, *Chante eleison*, & iterum ter, *Kyrie eleison*, alternatim cum ministro. Si minister, vel qui interfuit, Celebranti non respondeat, ipse solus nouis dicit.

Dicto vltimo *Kyrie eleison*, Sacerdos stans in medio Altaris, & manus extendens, eleuansque usque ad humeros, (quod in omni nua nisi eleuatione obseruatur) voce prædicta incipit, si dicendum sit, *Gloria in excelsis*, cum dicit, *Deo*, iungens manus, caput Crucis inclinatur: quo erecto, stans iunctis manibus ante pectus, prosequitur usque ad finem. Cum dicit, *Adoramus te: Gratias agimus tibi, & Iesu Christe: Suscipe deprecationem nostram*, & iterum, *Iesu Christe*, caput cruci inclinatur. Cum dicit in fine, *Cum sancto Spiritu*, seipsum à fronte ad pectus signat; iterum absolvens, in *Gloria Dei Patris, Amen*.

In Missa solemnè Sacerdos facta confessione ascendit cum ministris ad medium Altaris: ubi dicto, *Oramus te Domine*, & osculato Altari, ponit incensum in thuribulum ministrante Diacono nauiculam, & Thuriferario thuribulum, Diaconus parum inclinatur versus Celebrantem, dicit, *Benedicite pater reuerende*, & osculatur cochlear & manum Celebrantis ante & post. Celebrans ter incensum ponit in thuribulum, dicens interim, *Ab illo benedicimus*, & deposito cochleari, producens manu dextra signum Crucis super thuribulum, illud benedicat. Postea Diaconus dimissa nauicula, accipit thuribulum, & dar Celebranti, osculata prius catenu larum summitate, & manu illius dextera. Qui facta

Cruci

Cruci profunda reuerentia, eam ter incensat, nihil dicens: & facta iterum Cruci reuerentia, incensat Altare ter dicens thuribulum aequali distantia prout distribuuntur candelabra, à medio eius usque ad cornu Epistola: ubi demissa manu thurificat illius postremam partem inferiorem, mox superiorem, bis ducto thuribulo, & conuersus ad Altare, eleuans manum incensat eius plantam, seu mensam in parte anteriori, ter ducens thuribulum usque ad medium: ubi facta Cruci reuerentia, procedendo thurificat alius latus Altaris triplici ductu usque ad cornu Euangelij: & pariter incensata inferiori & superiori parte ipsius cornu Euangelij duplici ductu adhuc stans ibidem, eleuans thuribulum ter incensat superioribus partem versus medium Altaris, ut fecerit in cornu Epistola: deinde manu aliquantulum demissa, incensat anteriorem eius partem, suscitans, ter ducens thuribulum dum procedit à cornu Euangelij usque ad medium Altaris: & facta Cruci reuerentia incensat similiter triplici ductu reliquam partem anteriorem usque ad cornu Epistola: ubi reddite thuribulo ipsi Diacono, & ab eo ipse solus incensatur.

Si uero in Altari fuerint reliquia, seu imagines Sanctorum, incensata Cruce, & facta ei reuerentia antequam discedat à medio Altaris, primum incensat eas quæ à dextris sunt, id est à parte Euangelij prope Crucem, bis ducens thuribulum, & iterum facta Cruci reuerentia similiter incensat bis alias, quæ sunt à sinistris hoc est à parte Epistola: deinde proseguitur incensationem Altaris, ut supra, ter ducens thuribulum in unoquoque latere, etiam si in eo essent plures reliquia vel imagines, seu etiam plura vel pauciora candelabra.

Si in altari fuerit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, accepto thuribulo antequam incipiat incensationem, genuflectit, quod item facit quotiescumque transit ante medium Altaris.

Diaconus & Subdiaconus hinc inde assistunt Celebranti dum incensat, & cum transeunt ante Crucem, semper genuflectunt. Deinde Celebrans, Diacono à dextris eius, Subdiacono à dextris Diaconi stantibus in cornu Epistola, legit **Introrum**, & **Kyrie eleison**. Cum uero intonat hymnum, & **Gloria in excelsis Deo**, Diaconus & Subdiaconus, unus post alium, stant à tergo Celebrantis: postea ascendunt ad Altare, & hinc inde, Diaconus à dextris, Subdiaconus à sinistris, cum Celebrante hymnum submissa voce proseguuntur usque ad finem. Quod etiam seruat cum dicitur, **Credo** & cum dicitur, **Dominus uobiscum**, **Oratio**, **Præratio**, & **Pater noster**, Diaconus & Subdiaconus similiter stant unus post alterum à tergo Celebrantis.

De Oratione. V.

DICTO hymno, **Gloria in excelsis**, vel, si non sit dicendus, eo omisso, Celebrans osculatur Altare in medio, manibus hinc inde super eo, ut supra, extensis, tum illis ante pectus iunctis, & demissis ad terram oculis, vertit se à sinistro latere ad dextrum versus populum, hoc est, per eam partem quæ re-

spicit cornu Epistola, & extendens ac iungens manus ante pectus, ut prius, dicit voce prædicta, **Dominus uobiscum** vel, si sit Episcopus, **Pax uobis**, (quod dicitur tantum hoc loco, quando dicitur est hymnus, **Gloria in excelsis, Et cum spiritu tuo**) & iunctis ut prius manibus reuertitur per eandem viam ad librum, ubi eas extendens & iungens ante pectus caputque Cruci inclinans, dicit, **Oremus**, tum extendit manus ante pectus, ita ut palma vnus manus respiciat alteram, & digitus simul iunctis, quorum summities humerorum altitudinem distantiamque non excedat, quod in omni extensione manuum ante pectus seruat. Stans autem, ut supra, extensis manibus, dicit **Orationem**. Cum dicit, **Per Dominum nostrum**, iungit manus, easque iunctas tenet usque ad finem. Si aliter concluditur Oratio, **Qui tecum**, vel, **Qui uiuis**, cum dicit, **in uisitate**, iungit manus.

Cum nominatur nomen Iesus, caput versus Crucem inclinat: quod etiam facit cum nominatur in Epistola. Et similiter ubicumque nominatur nomen beate Mariæ, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio, item in Oratione pro Papa, quando nominatur, semper caput inclinat, non tamen versus Crucem. Si plures Orationes sunt dicende, idem in eis, in voce, extensione manuum, & capitis inclinatione, quod supra dictum est, obseruatur.

Si Altare sit ad Orientem versus populum, Celebrans uersa facie ad populum, non vertit humeros ad Altare, cum dicitur est, **Dominus uobiscum**, **Orate fratres**, **Ite missa est** vel daturus benedictionem: sed osculato Altari in medio, ibi expansis & iunctis manibus ut supra, salutat populum, & dat benedictionem.

In Quatuor temporibus, vel aliis quando dicende sunt plures Orationes cum Prophetis, dicto **Kyrie eleison**, in medio Altaris, reuertitur ad cornu Epistola, ubi stans ante librum extensis & iunctis ante pectus manibus, & caput Cruci inclinans, dicit, **Oremus**, **Flectamus genua**, & illico manibus super Altare extensis, ut seipsum ad Altare sustineat, genuflectit, & sine mora surgens, eadem voce ministro respondente, **Leuate**, manibus extensis dicit **Orationem** ut supra, & in conclusione eas iungit. Dum autem legit Prophetias, tenet manus super librum vel Altare positas, ut mox dicitur de Epistola.

In Missa solemnium cum dicitur, **Dominus uobiscum** & **Oratio**, Diaconus & Subdiaconus stant retro post Celebrantem. **Flectamus genua** dicitur à Diacono, à Subdiacono uero, **Leuate**, illo primum genuflectente, hoc primum surgente, Celebrans uero non genuflectit.

De Epistola, Graduali, & alijs vsque ad
Offertorium. VI.

1 **D**ictis Orationibus, Celebrans positus super librū, vel super Altare manibus, ita vt palmae librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legit, *Epistolam*, intelligibili voce, & respondetur à ministro, *Deo gratias*, & similiter stans eodem modo, profectur *Graduale*, *Alleluia*. & *tractum*, ac *sequentia*, si dicenda sint. Quibus dictis, Sacerdos si priuatum celebret, ipsemet, seu minister portat librū Missalis ad alteram partē Altaris in cornu Euangelij, & dum transit ante medium Altaris, caput Cruci inclinat, & Missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu Altaris, & non ad parietē, siue ad partem eius contra se directam.

2 Locato Missali in Altari, Celebrans redit ad medium Altaris, ibique stans iunctis manibus ante pectus, leuatisq. ad Deum oculis, & statim demissis, tam profunde inclinatus, dicit secreto, *Munda cor meum, & iube Domine benedicere, Dominus sit in corde meo. vt in Ordinario*. Quibus dictis vadit ad librum Missalis, vbi stans versus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, *Dns vobiscum. R. Et cum spiritu scti*. Deinde pollice dextrae manus signo Crucis signat primo librum super principio Euangelij quod est lecturus, postea seipsum in fronte, ore, & pectore, dicens, *sequentia*, vel, *Initium sancti Euangelij*, &c. *re. Gloria tibi Dne*. Tum iunctis iterum manibus ante pectus, stans vt supra, profectur, *Euangelium*, vsque ad finē. Quo finito, minister stans in cornu Epistolae post infimū gradum Altaris, respondet, *Laus tibi Chryste*, & Sacerdos eleuat parum per librum, osculatur principiū Euangelij, dicens, *Per Euangelicā dictā*, &c. preterquā in Missis Defunctorum, & nisi celebret coram summo Pontifice, Cardinali, & Legato Sedis Apostolicae, vel Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in eorum residentijs, quo casu deferunt cuiuslibet praedictorum osculandum liber, & Celebrans tunc non osculatur illum, nec dicit, *Per Euangelicā dictā*. Cum autem nominatur Iesus, caput versus librum inclinatur: & eodem modo versus librum genuflectit, cum in Euangelio est genuflectendum.

3 Dicto Euangelio stans in medio Altaris versus Crucem, eleuans & extendens manus, incipit (si dicendum sit) *Credo*. cum dicit, *in unum Deum*, iungit manus, & caput Cruci inclinatur; quo erecto, stans ibidem iunctis ante pect⁹ manibus, vt prius, profectur vsque ad finem. Cum dicit, *Iesum Christum*, caput Cruci inclinatur. Cum dicit, *Et incarnatus est*, vsque ad, *Et homo factus est*, inclusive, genuflectit. Cum dicit, *simul adoratur*, caput

Cruci inclinatur. Cum dicit, *et vitam venturi saeculi, Amen*, producit sibi manu dextra signum Crucis à fronte ad pectus.

In Missa solemni Subdiaconus circa finem vltimae Orationis accipit ambabus manibus librum Epistolarum, deferens illum supra pectus, & facta Altari genuflectione in medio, vadit ad partem Epistolae contra Altare, & cantat Epistolam, quam etiam Celebrans interim submissa voce legit, assistente sibi Diacono à dextris & item Graduale, Tractum, &c. vsque ad, *Munda cor meum*. Epistola cantata Subdiaconus, facta iterum genuflectione Altari in medio, redit ad Celebrantem & genuflectens osculatur eius manus & ab eo benedicitur praeferquam in Missis Defunctorum.

Postea idem Subdiaconus accipit Missale Celebrantis, deferens ad cornu Euangelij in Altare, & ibi minister Celebrantis: qui in medio Altaris submissa voce dicit, *Munda cor meū*, &c. & deinde lecto Euangelio, quod in fine non osculatur, delat etiam per Diaconum libro Euangeliorum ad Altare, imponit incensum in thuribulum. Postea Diaconus genuflectens ante altare dicit, *Munda cor meum, & accipiens librum Euangeliorum de Altari, perit benedictionem à Celebrante similiter genuflectens in superiori gradu Altaris: & osculatur illius manu praecedentibus Thuriferario & duobus Acolythis cum candelabris accensis de credentia sumptis, vadit cum Subdiacono à sinistris ad locum Euangelij contra Altare versus populum; vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acolythis tenentes candelabra accensa, dicit, *Domine vobiscum*, iunctis manibus. Cum dicit, *Sequentia*, &c. signat librum in principio Euangelij frontem, os, & pectus: postea ter librum incensat, hoc est in medio, à dextris, & à sinistris, & profectur Euangelium iunctis manibus. Interim Celebrans, post datam Diacono benedictionem, retrahens se ad cornu Epistolae, ibi stat iunctis manibus. Et cum Diaconus dicit, *sequentia sancti Euangelij*, Sacerdos etiam signat se: & cum nominatur Iesus, caput inclinatur versus Altare. Finito Euangelio Sacerdos osculatur librum à Subdiacono sibi delatum, dicens, *Per Euangelicā dictā*, &c. & à Diacono ter incensatur. Si sit coram Praelato in sua residentia, liber deferatur ad Praelatum, vt supra, & ille incensatur, vt in Pontificali. Postea stans in medio Altaris versus ad Crucem, incipit, si dicendum sit *Credo*. stantibus post eum Diacono & Subdiacono: deinde ad Altare accedit, & cū eo profecturibus, vt dictū est ad *Gloria in excelsis*.*

Si autem sit praedicandum, Concionator finito Euangelio praedicat, & sermone, siue concione expleta dicatur, *Credo*, vel si non sit dicendum, canetur, *Offertorium*.

Cum vero in Symbolo cantatum fuerit, *Et incarnatus est*, Diaconus accepta bursa de Credentia, ambabus manibus eam deferens eleuatam cum solitis reuerentijs ad medium Altaris, in quo explicat Corporale, & reuertitur ad Celebrantem. Cum non dicatur, *Credo*, Subdiaconus deferens bursum simul cum Calice, vt infra dicitur.

8 Si quandoque Celebrans cantat in Missam sine Diacono & Subdiacono, Epistolam cantat in loco consueto aliquis Lector superpellico indutus, qui in fine non osculatur manum Celebrantis: Euangelium autem cantat ipse Celebrans ad cornu Euangelij, qui & in fine Missæ cantat, *Item illa est vel, benedicimus Domino, aut Requiescant in pace, pro temporis diuersitate.*

De Offertorio, & alijs vsque ad Canonem. VII.

I DICTO Symbolo, vel si non sit dicendum, post Euangelium Celebrans osculatur Altare in medio, & iunctis manibus ante pectus, ibidem à manu sinistra ad dextram (vt dictum est supra) vertit se ad populum, & extendens ac iungens manus dicit, *Dominus vobiscum*, & iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium Altaris, vbi extendens & iungens manus, caputque Crucis inclinans, dicit, *Oremus*; tum iunctis vt prius manibus dicit, *Offertorium*. & omnia quæ vsque ad finem Missæ in medio Altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans versus ad Altare, nisi vbi aliter ordinatur.

2 DICTO Offertorio discooperit Calicem, & ad cornu Epistolæ sedit, & manu dextra amouet paruam pallam desuper Hostiam, accipit Patenam cum Hostia, & ambabus manibus vsque ad pectus eam eleuatis tenens, oculis ad Deum eleuatis, & statim demissis dicit, *Suscipe sancte Pater* &c.

3 Si fuerint aliæ Hostiæ non super Patenam, sed super Corporale, vel in alio calice seu vase pro Communionem populi consecrandæ, Calicem illum seu vas dextra discooperit, & intentionem suam etiam ad illas offerendas & consecrandas dirigens, dicit vt supra, *Suscipe* &c. vt in Ordine Missæ. Quo dicto, Patenam vtraque manu tenens, cum ea facit signum Crucis super Corporale, & deponit Hostiam circa medium anterioris partis Corporalis ante se, & Patenam ad manum dexteram aliquantulum subtus Corporale, quam exterso Calice, vt dicitur, cooperit purificatorio. Si autem adsit vas seu calix cum alijs Hostijs, ipsum cooperit alia Patena, vel palla.

4 Deinde in cornu Epistolæ accipit Calicem, purificatorio extergit, & sinistra tenens illius nodum, accipit ampullam vini de manu ministri, (qui osculatur ipsam ampullam, non autem manum Celebrantis) & ponit vinum in Calicem. Deinde eodem modo tenens Calicem, producit signum Crucis super ampullam aquæ, & dicit, *Deus qui humanæ substantiæ*, & infundens parum aquæ in Calice prosequitur, *De nobis per huius aquæ & vini mysterium* &c. Si vero celebrat pro Defunctis, non facit signum Crucis super

aquam, sed imponit absque benedictione, dicens Orationem vt supra.

Imposita aqua in Calice, & finita Oratione prædicta accipit manu dextra Calicem discooperit, & stans ante medium Altaris, ipsum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet cum sinistra pedem, cum dextera autem nodum infra cuppam, intentis ad Deum oculis offert, dicens, *Offerimus tibi Domine*, &c. qua Oratione dicta, facit signum Crucis cum Calice super Corporale, & ipsum in medio post Hostiam collocat, & palla cooperit. Deinde iunctis manibus super Altare positus, aliquantulum inclinatus dicit secreto, *In spiritu humilitatis*, &c. Postea erectus, eleuans oculos, manus expandens, & statim iungens ante pectus (quod semper facit quando aliquod est benedicturus) dicit, *Veni sanctificator*, &c. cū dicit, & *benedic*, signat manu dextra communiter super Hostiam & Calicem, sinistra posita super Altare.

Tunc iunctis ante pectus manibus, accedit ad cornu Epistolæ, vbi stans, ministro 6 aquam fundente lauat manus, id est, extremitates digitorum pollicis & indicis, dicens Psalmum, *Lauabo inter innocentes, cum Gloria Patri*, &c. qui versus, *Gloria Patri*, pretermittitur in Missis Defunctorum, & in Missis de Tempore à Dominica de Passione vsque ad Sabbatum sanctum exclusiue.

7 Celebrans lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus iunctis reuertitur ad medium Altaris, vbi stans, oculosque ad Deum eleuans, & statim demittens, manibus iunctis super Altare, aliquantulum inclinatus dicit secreto Orationem, *Suscipe sancta Trinitas*, &c. Qua dicta manibus hinc inde extensis, & super altare positus, osculatur illud in medio: tum iunctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, à sinistra manu ad dextram vertit se ad populum, & versus cum extendens & iungens manus, dicit voce aliquantulum elata, *Orate fratres*, & secreto prosequens, *vt meum ac vestrum sacrificium* &c. perficit circulum, reuertens in eis manibus ante pectus à manu dextra ad medium Altaris. Et responso à ministro vel à circumstantibus, *Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis*, &c. (alioquin per seipsum dicens, *Sacrificium de manibus tuis*, ipse Celebrans submissa voce dicit, *Amen*. & manibus ante pectus extensis, vt fit ad Orationem, stans in medio Altaris versus librum dicit absolute sine Oratione, & sine alia interpositione Orationem vel Orationes secretas. Cum dicit, *Per Dominum*, iungit manus: cum dicit, *lesum Christum*, caput inclinat, quod facit in prima Oratione,

ne, & in vltima, si plures sint dicende.

8 Peruenit autem in conclusione vltimæ Secretæ ad verba illa, **Per omnia sæcula sæculorum**, excluditque Sacerdos stans in medio Altaris, depositis super eos manibus hinc inde extensis, dicit conuenienti & intelligibili voce **Prærationem**. Cum dicit, **Yrsum corda**, eleuat manus hinc inde extensas vsque ad pectus, ita vt palma vnus manus respiciat alteram. Cum dicit, **gratias agamus Domino**, iungit manus: cum dicit, **Deo nostro**, oculos eleuat, & statim Cruci caput inclinat. Responso, **Dignum & iustum est**, eleuatis & extensis vt prius manibus, prosequitur **Prærationem** propriam, vel communem, vt tēpus requirit. Cum dicit, **sancus**, iunctis ante pectus manibus, & inclinatus voce mediocri prosequitur; ministro interitum paruum campanulam pulsante. Cum dicit, **Benedictus qui venit in nomine Domini**, &c. erigit se, & signū Crucis sibi producit à fronte ad pectus.

9 In Missa solemnī dicto **Oremus**. Diaconus & Subdiaconus accedunt ad altare in cornu Epistolæ, Diaconus amouet Calicem, si est in Altari, vel, si est in Credentia, vt magis decet, accipit eum de manu Subdiaconi, qui illum cum Patena & Hostia, cooperit eum palla & velo à collo sibi pendente, manu sinistra tenens, & alteram manum superponens velo, ne aliquid decidat, de Credentia detulit, comitatus ab Acolythis ampullas vini, & aqua portante: ipse Diaconus Calicem detegit, & dat Patenam cum Hostia Celebranti, osculando eius manum: Subdiaconus exergit Calicem purificatorio, Diaconus accepta ampulla vini de manu Subdiaconi, imponit vinum in Calice, Subdiaconus interim ampullam aquæ ostendens Celebranti, dicit, **Benedicite Pater reuerente**, qui facto versus eam signo Crucis, dicit Orationem, **Deus, qui humanæ** &c. interim Subdiaconus infundit paulum aquæ in Calicem, Diaconus illum Celebranti dat, & pedem Calicis tangens, seu brachium dextrum Celebrantis sustentans, cum eo dicit, **Offerimus tibi Domine**, &c. quem postea positum in Altari vt supra, palla cooperit. Subdiacono deinde stanti in cornu Epistolæ ponit in dextera manu Patenam, quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendente: qui vadit post Celebrantem ante medium Altaris, & facta genuflexione ibi stat, sustinens eam eleuatam vsque ad finem Orationis Dominicæ, vt dicitur. In Missis autem Defunctorum, & in feria sexta Parasceues Patena tenetur à Subdiacono.

10 Dicto, **Veni sanctificator** vt supra, Celebrans ministrante Diacono nauiculam, & dicente, **Benedicite Pater reuerente**, ponit incensum in Thuribulum, dicens, **Per intercessionem**, &c. vt in Ordine Missæ. Deinde accepto Thuribulo per manum Diaconi, nullam tunc faciens Cruci reuerentiam, incensat oblata, ter ducens Thuribulum super Calicem & Hostiam simul in modum Crucis, & ter cir-

cum Calicem & Hostiam, scilicet bis à dextera ad sinistram, & semel à sinistra ad dexteram. (Diacono interim pedem Calicis tenente manu dextera) dispensans verba in qualibet incensatione hoc modo: In prima incensatione, **Incensum istud; In secunda, & reuenedictum: In tertia, ascendata te Domine: In quarta, & descendata super nos: In quinta & sexta, misericordia tua: Deinde facta reuerentia, incensat Crucem & Altare, vt dictum est supra, assistente eodem Diacono, interim dicens: **Largatur Domine oratio mea**, &c. & cum incensatur Crux, Diaconus amouet Calicem ad partem Epistolæ, & incensata Cruce reponit in loco suo. Cum reddit Thuribulum Diaconus, dicit, **Ascendat in nobis**, &c. Et incensatur ab eo: deinde Diaconus incensat Chorum, & postremo Subdiaconum tenentem Patenam: & ipse Diaconus incensatur à Thuriferario, & Thuriferarius postea incensatur Acolythis & populum. Celebrans postquam incensatus fuerit, lavat manus, ministrantibus Acolythis ampullas aquæ cum pellicula, & manvergio.**

Cum dicitur **Præfatio**, Diaconus & Subdiaconus stans retro post Celebrantem: & paulo antequam dicatur **sancus**, accedunt ad Altare, ubi cum Celebrante hinc inde dicunt **Sancus**, & qua sequuntur vsque ad Canonem. Deinde Diaconus accedit ad sinistram Celebrantis, ei assistens dum dicitur Canon, nisi alius Sacerdos assistat, quia tunc ipse statet ad dexteram aliquantum post Celebrantem, Subdiaconus vero tunc stat post Celebrantem.

De Canone Missæ vsque ad Consecrationem. VIII.

1 Inita Præfatione, vt supra, Sacerdos stans ante medium Altaris, versus ad illud, aliquantum eleuat manus, oculisque eleuatis ad Deum, & sine mora deuote demissis, ac manibus iunctis, & super Altare positus profunde inclinatus incipit Canonem, secreto dicens: **Te igitur**, &c. vt in Ordine Missæ. Cum dicit, **vti accepta** eas & penitencas, prius osculatur Altare in medio, deinde erigit se, & stat iunctis manibus ante pectus. Cum dicit, **Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia**, dextera manu signat ter communiter super Hostiam & Calicem. Deinde extensis manibus ante pectus, prosequitur, **in primis quæ tibi offerimus**, &c.

2 Vbi dicit, **vnâ cum famulo tuo Papa nostro** N. exprimit nomen Papæ: Sede autem vacante verba prædicta omituntur. Vbi dicitur, & **Antiquæ nostræ**, N. significatur nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarij in propria diocesi, & non alterius Superioris, etiam si Celebrans sit omnino exemptus, vel sub alterius Episcopi iurisdictione. Si vero Episcopus ordinarius illius loci in quo Missa celebratur, sit vita functus, prædicta verba omituntur: que etiam omituntur

Ritus celebrandi Missam

omittuntur ab ijs qui Romæ celebrant. Si Celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, *omissis prædictis verbis, eorum locodicit. Et ne iuxta sermo uo. Summus autem Pontifex cum celebrat omissis verbis, vna cum famulo suo Papa nostro N. & Anstus nostro N. dicit, vna cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo præesse voluisti. Et contingant omnes vt sequitur, Et omnibus orthodoxis, &c.*

3 Cum dicit, *Memento Domine, eleuans & iungens manūs vsque ad faciem vel pectus, sic iunctis manibus stat paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite faciens commemorationem viuorum Christi fidelium ad suam voluntatem, quorum nomina si vult secreto commemoret: non tamen necesse est ea exprimere, sed mente tantum eorum memoriam habeat. Potest etiam Celebrans si pro pluribus orare intendit, ne circumstantibus sit morosus, ante Missam in animo proponere sibi omnes illos tam viuos quam defunctos, pro quibus in ipsa Missa orare intendit, & hoc loco generaliter vniuo contextu ipsorum vinorum commemorationem agere, pro quibus ante Missam orare proposuit in Missa.*

4 Commemoratione viuorum facta, demissis & extensis vt prius manibus, continuat, *Et omnium circumstantium, &c.* Similiter stans prosequitur *Communicantes.* Cum dicit, *Iesu Christi, caput Crucis inclinat: in conclusione quando dicit, Per eundē, iungit manus. Cū dicit Hanc igitur oblationem, expandit manus super oblata, ita vt palmae sint apertæ versus ac supra Calicem & Hostiam, quas sic tenet vsque ad illa verba, Per Christum Dominum nostrum. Tunc enim iungit manus, & sic prosequitur, *Quam oblationem tu Deus in omnibus quaesumus, & cum dicit, bene dicta, adseruam, ratam, cōmuniter signat ter super Hostiam & Calicem simul: deinde cum dicit, vt nobis corpus, separatim signat semel super Hostiam tantum: & cū dicit, & tenens semel super Calicem tantum: deinde eleuans & iungens manus ante pectus, prosequitur, *haec die et istam tibi cui Deus nostri Iesu Christi, & inclinans caput Crucis, extergit, si opus fuerit, pollices & indices super Corporale, & dicit secreto vt prius. Qui pridie quam pateretur, & accipiens pollice & indice dextræ manus Hostiam, & eam cum illis ac indice & pollice sinistræ manus tenens, stans erectus ante medium Altaris, dicit, ac cepit panem in laudibus ac venerabilibus manibus suis, eleuansque ad cælum oculos, & statim demittens, dicit, & eleuatis oculis in cælum ad te Deum patrem suum omnipotentem, cepitque aliquantulum inclinans, dicit,***

tibi gratias agens & tenens Hostiam inter pollicem & indicem sinistræ manus, dextra producit signum Crucis super eam, dicens, bene dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes.

Si adsit vas cum alijs Hostijs consecrandis, antequam accipiat Hostiam, discooperit manu dextra Calicem, seu vas aliarum Hostiarum. Cū autem finierit supradicta verba, cubitis super Altare positus, stans capite inclinato, distincte, reuerenter, & secreto profert verba consecrationis super Hostiam, & simul super omnes, si plures sint consecrandæ, & Hostiam suam pollicibus & indicibus tantum tenens, dicit, *Hoc est enim corpus meum. Quibus prolatis, Celebrans tenens Hostiam inter pollices & indices prædictos super Altare reliquis manuum digitis extensis & simul iunctis (& Hostijs, si plures sint consecratæ, in loco in quo a principio Missæ posite sunt, super Corporali vel in alio vase, aut calice demissis) genuflexus eam adorat. Tunc se erigens, quantum commode potest, eleuat in altum Hostiam, & intentis in eam oculis (quod & in eleuatione Calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandam: & mox sola manu dextra ipsam reuerenter reponit super Corporale in eodem loco vnde eam leuauit, & deinceps pollices & indices non disiungit, nisi quando Hostiam consecratam tangere vel tractare debet, vsque ad ablutioem digitorum post Communionem.*

Reposita Hostia consecrata super Corporale, genuflexus ipsam veneratur: si adsit vas aliarum Hostiarum, Patena vel palla cooperit vt supra. Interim dum Celebrans eleuat Hostiam, accensio prius intorticio (quod non extinguitur nisi postquam sacerdos Sanguinem sumplerit, vel alios communicauerit, si qui erunt communicandi in Missa,) minister manu sinistra eleuat simbrias posteriores Planetæ; ne ipsam Celebrantem impediatur in eleuatione brachiorum, quod & facit in eleuatione Calicis; & manu dextra pulsat campanulam ter ad vnamquamque eleuationem, vel continue quousque Sacerdos deponat Hostiam super Corporale, & similiter postmodum ad eleuationem Calicis.

Celebrans adorato Sacramento surgit, & discooperit Calicem, in quem, si opus sit, extergit digitos: quod semper faciat, si aliquod fragmentum digitis adhæreat, & stans erectus dicit, *simili modo postquam conatum est, & ambabus manibus accipiens Calicem iuxta nodum infra cuppam, & aliquantum illum eleuans, ac statim deponens,*

mens, dicit, **accipiens & hunc præelatum Calicem**, &c. cum dicit, **Itē tibi gratias agens**, caput inclinat cum dicit, **benedixit** sinistra Calicem infra cuppam tenens, dextra signat super eum, & prosequens; **dedicit discipulis suis**, &c. & ambabus manibus tenens Calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super Altare positus, & capite inclinato, profert attente, continuate, & secreta, vt supra, verba consecrationis Sanguinis: **Hic est enim calix**, &c. Quibus dictis reponit Calicem super Corporale, & dicens secreto, **Hæc quotiescumque feceritis**, &c. genuflexus Sanguinem reuerenter adoratur. Tam se erigit, & accipiens Calicem discooperit cum Sanguine ambabus manibus, vt prius, eleuat eum, & erectum, quantum commode potest, ostendit populo adorandum: mox ipsum reuerenter reponit super Corporale in locum pristinum, & manu dextra palla cooperit, ac genuflexus Sacramentum veneratur.

S In Missa solemnī ad finem Prælationis accenduntur duo saltem intorticia ab Acolythis, quæ extringuntur post elevationem Calicis, nisi aliqui sint communicandi, & tunc extringuntur post communionem. In diebus etiam ieiuniorum, & in Missis pro Defunctis tenentur accensa vsq; ad Communionem. Cum autem Celebrans dicit, **Quam oblationem** &c. Diaconus accedit ad eius dexteram, & ibi in superiori gradu Altaris genuflexus, cum Sacramentum eleuatur, & Ambrias Palæta eleuat, & quando opus est, se erigens. Calicem discooperit & cooperit, & cum Celebrante genuflexus. Subdiaconus genuflexus in loco suo. Thuriferarius genuflexus in cornu Epistole ter incensat Hostiam, cum eleuatur, & similiter calicem, postea incensat in Thuribulum absq; benedictione. Repposito Calice Diaconus redit ad librum, nisi alius assistat. Ceteri surgunt, & stant in locis suis.

De Canone post Consecrationem vsque ad Orationem Dominicam. IX.

R Epofito Calice, & adorato, Sacerdos stans ante Altare extensis manibus ante pectus, dicit secreto, **Et tunc memores**, &c. Cum dicit, **per hunc calicem datus**, iungit manus ante pectus: & cum dicit, **Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculatam**, manu sinistra posita super Altare intra Corporale, dextra signat ter comuniter super Hostiam & Calicem, & semel super Hostiam tantum, & semel super Calicem tantum, dicens, **Panem sanctum vite æternæ, & Calicem salutis perpetuæ**, deinde stans vt prius, extensis manibus prosequitur, **Supra quæ propitio**, &c. Cum dicit, **Supplices te rogamus**, &c. inclinat se ante mediu Altaris, manibus iunctis super illo positis: cum dicit, **ex hac Altaris participatione**, osculatur Altare, manibus hinc inde super Corporale positis. Cum dicit, **factolactis calijum,**

iungit manus: & dextera signans semel super Hostiam tantum, & semel super Calicem, sinistra super Corporale posita, dicit, **Corpus, & sanguinem sumperimus** & cum dicit, **omni benedictione celesti** seipsum signat à fronte ad pectus signo Crucis, sinistra posita infra pectus, & prosequitur, & gratia replenimur. Cum dicit, **Per eundem**, iungit manus.

Cum dicit, **Memento Domine famulorum famularumq; tuarum**, &c. extensis & iunctis manibus ante pectus, & vsq; ad faciem eleuatis, & intentis oculis ad Sacramentum super Altare, facit commemorationem fidelium Defunctorum, de quibus sibi videtur, eodem modo vt dictum est de commemoratione viuentium. Quia commemoratione facta, stans vt prius extensis manibus prosequitur, **Ipsi Domine, & omnibus in Christo**, &c. & in fine ad **Per eundem**, iungit manus, & caput inclinat.

Cum dicit, **Nobis quoque peccatoribus**, vocē aliquantulum eleuat, & dextera manu pectus sibi percutit, sinistra posita super Corporale, & prosequit secreto, **famulis tuis**, &c. stans manibus extensis vt prius. Cum dicit, **Per Christum Dñm nostrum**; **Per quem hæc omnia Dñe semper bona creas**, iungit manus ante pectus: deinde manu dextera ter signans communiter super Hostiam & Calicem, dicit, **Sancitias, viuis, necs benedixit, & præstas nobis**. Postea discooperit manu dextra Calicem, & genuflexus Sacramentum adoratur: tum se erigit, & reuerenter accipit Hostiam inter pollicem & indicem dexte manus, & cum ea super Calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signat ter à labio ad labium, dicens, **Per ipsum, & cum ipso, & in ipso**. Et similiter cum Hostia signat bis inter Calicem & pectus, incipiens à labio Calicis, & dicit: **Et tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus sancti**. Deinde tenens manu dextra Hostiam super Calicem, sinistra Calicem, eleuat eum aliquantulum simul cum Hostia, dicens, **omnis honor & gloria** & statim vtrumq; deponens, Hostiam collocat super Corporale, & si opus sit, digito extergit, vt supra, ac pollicis & indices vt prius iungens, Calicem palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adoratur.

In Missa solemnī cum Celebrans dicit, **Per quem hæc omnia**, &c. Diaconus facta Sacramento genuflexione, accedit ad dexteram Celebrantis, & quando opus est, discooperit Calicem, & cum Celebrante adoratur: similiter cooperit, & iterum genuflexus. Cum incipit, **Pater noster**, idem vadit retro post Celebrantem, facta prius Sacramento genuflexione, ubi stat dum dicitur Oratio Dominica.

Ritus celebrandi Missam.

De Oratione Dominica, & alijs vsque ad factam Communionem. X.

Celebrans cooperto Calice adoratoq. Sacramento erigit se, & manibus extensis hinc inde super Altare intra Corporale positus, dicit intelligibili voce. *Per omnia secula seculorum.* & cum dicit, *Oremus,* iungit manus, caput Sacramento inclinans. Cum incipit, *Pater noster,* extendit manus, & stans oculis ad Sacramentum intentis, profecquitur vsque ad finem. Responso à ministro, *Sed libera nos a malo.* & à Celebrante submissa voce, *Amen,* manu dextra, pollice & indice non disiunctis, Patenam aliquantulum purificatorio extergens, eam accipit inter indicem & medium digitos, quam tenens super Altare erectam, sinistra super Corporale posita, dicit secreto, *Libera nos quaesumus,* &c.

An tequam Celebrans dicat, *Da propitijs pacem,* eleuat manu dextera Patenam de Altari, & seipsum cum ea signat à fronte ad pectus, dicens: *da propitijs pacem in diebus nostris.* Cum signat se, manum sinistram ponit infra pectus: deinde Patenam ipsam osculatur, & prosequens, *vt ope misericordiae tuae,* &c. submittit Patenam Hostiae, quam indice sinistro accommodat super Patenam, discooperit Calicem, & genuflexus Sacramentum adorat: tum se erigens, accipit Hostiam inter pollicem & indicem dextrae manus, & cū illis, ac pollice & indice sinistrae manus eam super Calicem tenens: reuerenter frangit per medium, dicens: *Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum,* & mediam partem quam inter pollicem & indicem dextrae manus tenet, ponit super Patenam: de alia media, quam sinistra manu tenet, frangit cū pollice & indice dextrae manus particulam, prosequens, *Qui tecū viuit & regnat,* &c. & eam inter ipsos dextrae manus pollicem & indicem retinens, partem maiorem, quam sinistra tenet, adiungit mediae super Patenam positae, interim dicens, *in unitate Spiritus sancti Deus:* & particulam Hostiae, quam in dextra manu retinuit, tenens super Calicem, quem sinistra per nodum infra cuppā retinet, intelligibili voce dicit, *Per omnia saecula saeculorum.* R. *Amen.* & cum ipsa particula signans ter à labio ad labium Calicis, dicit, *Pax Domini sit temper vobiscum.* Responso per ministrum, *Et cum spiritu tuo,* particulam quam dextra manu tenet, immittit in Calicem, dicens secreto, *Haec commixtio & consecratio Corporis,* &c. Deinde pollices & indices super Calicem, aliquantulum tergit & iungit, Calicem palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat, surgit, & stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato

versus Sacramentum, dicit intelligibili voce, *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,* & dextra percutiens sibi pectus, sinistra super Corporale posita, dicit, *miserere nobis,* & deinde non iungit manus, sed iterum percutit, sibi pectus, cum dicit secundo, *miserere nobis;* quod & tertio facit, cum dicit, *domina nobis pacem.*

Tunc manibus iunctis super Altare positus, oculisq. ad Sacramentum intentis, inclinatus dicit secreto, *Dne Iesu Christe,* &c. Qua Oratione finita, si est datus pacem: osculatur Altare in medio, & instrumentum pacis ei porrectum à ministro iuxta ipsum ad dextram, hoc est, in cornu Epistolae genuflexo, & dicit, *Pax tecum.* Minister respondet, *Et cum spiritu tuo.* Si non adfit qui huiusmodi instrumento pacem recipiat à Celebrante, pax non datur, etiam si illius datio Missae conueniat: nec osculatur Altare, sed dicta praemissa Oratione, statim subiungit alias Orationes, vt in Ordine Missae.

Si vero celebret pro Defunctis, non percutit pectus ad *Agnus Dei,* quia dicit, *Dona eis requiem,* nec dicit primam Orationem, *Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis,* &c. non dat pacē, sed dicit alias duas sequentes Orationes, *Domine Iesu Christe fili Dei viui,* & *Perceptio Corporis tui.* Quibus Orationibus dictis genuflectens Sacramentum adorat, & se erigens dicit secreto, *Panem caelestem accipiam,* &c. quo dicto, dextra manu accipit de Patena reuerenter ambas partes Hostiae, & collocat inter pollicem & indicem sinistrae manus, quibus Patenam inter eundem indicem & medium digitos supponit, & eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super Patenam inter pectus & Calicem, parum inclinatus, dextra tribus vicibus percutit pectus suam, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata, *Domine, non sum dignus,* & secreto prosequitur, *vt intres,* &c. Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes praedictas Hostiae inter pollicem & indicem dextrae manus, & cum illa supra Patenam signat seipsum signo Crucis, ita tamen, vt Hostia non egrediatur limites Patenae, dicens, *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam aeternam.* *Amen.* & se inclinans, cubitis super Altare positus reuerenter eandem ambas partes sumit: quibus sumptis deponit Patenam super Corporale, & erigens se iunctis indicibus & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem iungit, & aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicit secreto, *Quae retribuam Domino, pro omnibus quae retribuit mihi?* & interim discooperit Calicem,

genuflectit, surgit, accipit Patenam, inspicit Corporale, colligit fragmenta cum Patena, si qua sint in eo, Patenam quoque diligenter cum pollice & indice dextrae manus super Calicem extergit, & ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat.

5 Si vero adsit Hostia consecrata super Corporale posita pro alio tempore conservanda, facta prius genuflexione reponit eas in vas ad hoc ordinatum, & diligenter advertit, ne aliquid fragmentum, quantumcumque minimum, remaneat super Corporale: quod si fuerit, accurate reponit in Calicem. Post extensionem Patenae, iunctis pollicibus & indicibus Calicem dextra manu infra nodum cuppae accipit, sinistra Patenam, dicens, **Calicem saluans** &c. & signans se signo Crucis cum Calice, dicit, **Sanguis Domini nostri**, &c. & manu sinistra supponens Patenam Calici, stans reuerenter sumit totum Sanguinem cum particula in Calice posita. Quibus sumptis dicit secreto, **Quod ore sumptimus**, &c. & super Altare porrigit Calicem ministro in cornu Epistolae, quo vinum fundente, se purificat: deinde vino & aqua abluit pollices & indices super Calicem, quos abstergit purificatorio, interim dicens, **Corpus tuum Domine quod sumpti**, &c. Absolutionem sumit, & extergit os & Calicem purificatorio: quo facto, purificatorium extendit super Calicem, & desuper Patenam, ac super Patenam paruum pallam, & plicato Corporali, quod reponit in bursam, cooperit Calicem velo, & bursam desuper ponit, & collocat in medio Altaris, vt in principio Missae.

6 Si qui sunt communicandi in Missa, Sacerdos post sumptionem Sanguinis antequam se purificet, facta genuflexione ponat particulas consecratas in pyxide, vel, si pauci sint communicandi, super Patenam, nisi à principio posita fuerint in pyxide, seu alio calice. Interim minister ante eos extendit linteam, seu velum album, & pro eis facit Confessionem, dicens, **Confiteor Deo**, &c. Tum Sacerdos iterum genuflectit, & manibus iunctis vertens se ad populum in cornu Euangelij, dicit, **Misereatur vestri**, & **Indulgentiam**, **absolutionem**, &c. & manu dextra facit signum Crucis super eos. Postea genuflectens, accipit manu sinistra pyxidem seu Patenam cum Sacramento, dextra vero sumit vnam particulam, quam inter pollicem & indicem tenet aliquantum eleuatam super pyxidem seu Patenam, & conuersus ad communicandos in medio Altaris dicit: **Ecce Agnus Dei**, **ecce qui tollit peccata mundi**. Deinde dicit: **Domine non sum dignus**, vt intres, &c. Quibus verbis tertio repetitis, accedit ad eorum dextram, hoc est, ad latus Epistolae, & vni-

cuique porrigit Sacramentum, faciens eum eo signum Crucis super pyxidem, vel Patenam, & simul dicens: **Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen** Omnibus communicatis reuertitur ad Altare, nihil dicens: & non dat in fine Missae. Si particulae positae erant super Corporale, extergit illud cum Patena, & si qua in eo fuerint fragmenta, in Calicem immittit. Deinde dicit secreto, **Quod ore sumptimus Domine**, &c. & se purificat, dicens: **Corpus tuum Domine quod sumpti**, & alia facit vt supra. Minister autem dextra manu tenens vas cum vino & aqua, sinistra vero mappulam, aliquanto post Sacerdotem eis porrigit purificationem, & mappulam ad os abstergendum.

Si in Altari remaneat particulae in Calice, seu in alio vase vsque ad finem Missae, seruentur ea quae in feria quinta Coenae Domini praefcribuntur circa finem Missae.

In Missa solemnii Diaconus stans retro post Celebrantem, cum in Oratione Dominica dicitur, **Et dimitte nobis debita nostra**, facta ibidem genuflexione vadit ad dexteram Celebrantis; & Subdiaconus circa finem Orationis Dominicae facta item genuflexione reuertitur ad Altare, & statim in cornu Epistolae porrigit Patenam Diacono, qui eam discooperit, & purificatorio abstergens dat Celebranti, illius manum osculando, & quando opus est, discooperit & cooperit Calicem, & cum Celebrante adorat. Subdiaconus reddita Patena, & deposito velo quod ab humeris eius pendebat, genuflectit, & descendit retro post Celebrantem: & cum dicitur, **Pax Domini**, iterum genuflectens accedit ad sinistram Celebrantis, & simul dicit, **Agnus Dei**, deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit post Celebrantem. Diaconus vero à dextris genuflexus expectat pacem, & cum Celebrans osculatur Altare, ipse se erigens simul osculatur illud extra Corporale, & à Celebrante dicente, **Pax tecum**, complexus accipit pacem, sinistris genis sibi inuicem appropinquans, & ei responder, **Et cum spiritu tuo**. Postea iterum Sacramento in Altari adorato, vertit se ad Subdiaconum retro post Celebrantem, & similiter dat ei pacem. Subdiaconus accepta pace à Diacono, & facta Altari genuflexione, comitatus ab Acolythis vadit ad Chorum, & dat pacem primo cuiusque ordinis dignioribus prius, deinde minus dignis, & reuersus ad Altare, facta genuflexione dat pacem Acolythis, qui ipsum comitauerat, qui & alijs Acolythis circa Altare dat pacem: deinde Subdiaconus vadit ad dexteram Celebrantis, & quando opus est, discooperit Calicem, accipit ampullam vini, & infundit quando Celebrans vult purificare. Diaconus post datam pacem Subdiacono vadit ad librum, & dum Celebrans se

communicat, stant ipse & Subdiaconus profunde inclinatus versus Altare.

9 In Missa Pontificali, Assistens accipit & deservit pacem, ut in Pontificali habetur. Si in Missa solemnari fiat Communio, omnia sequuntur ut supra, sed prius communicet Diaconus & Subdiaconus, deinde alios per ordinem, & Diaconus purificationem eis ministrat. Interim à Choro cantatur antiphona, quæ dicitur, **Communio**.

De Communionem, & Orationibus post communionem dicendis. XI.

1 **C**elebrante purificato, dum Calicem collocat in Altari, liber Missalis deferitur per ministrum ad cornu Epistolæ, & collocatur ut in Introitu. Ipse autem minister genuflectit iuxta cornu Evangelij, ut in principio Missæ. Deinde Celebrans stans iunctis manibus legit, **Antiphonam**, quæ dicitur, **Communio**, qua lecta, iunctis item manibus ante pectus vadit ad medium Altaris, & eo osculato vertit se ad populum à manu sinistra ad dexteram, & dicit, **Dominus vobiscum**, & per eandem viam redit ad librum, & dicit, **Orationes post communionem**, eisdem modo, numero, & ordine, ut supra prædictæ sunt Collectæ. Quibus finitis, claudit librum, & iungens manus ante pectus, reuertitur ad medium Altaris, ubi eo osculato vertit se ad populum, & dicit ut supra, **Dominus vobiscum**. Quo dicto, stans iunctis manibus ante pectus versus populum, dicit, si dicendum est, **Ita Missa est**, & per eandem viam reuertitur ad Altare.

Si vero non sit dicendum, dicto, **Dominus vobiscum**, reuertitur eodem modo per eandem viam ad medium Altaris, ubi stans versus ad illud, iunctis ante pectus manibus dicit, **Benedicamus Domino**. In Missis autem Defunctorum eodem modo stans versus Altare dicit, **Requiescant in pace**.

2 In Quadragesima autem à feria quarta Cinerum usque ad feriam quartam maioris Hebdomadæ, in feriali Officio postquam Celebrans dixit Orationes post communionem cum suis solitis conclusionibus, antequam dicat, **Dominus vobiscum**, stans in eodem loco ante librum dicit **Oremus, Humiliate capita vestra Deo**, caput inclinans, & extensis manibus subiungit eadem voce **Orationem super populum**, ibidem positam: qua finita osculatur Altare, & vertens se ad populum dicit, **Dominus vobiscum**, & alia ut supra.

3 In Missa solemnari Diaconus deservit librum Missalis ad cornu Epistolæ, deinde vadit retro post Celebrantem: Subdiaconus vero vadit ad cornu Evangelij, ubi Calicem mundat, aptat cum purificatorio, Parena & palla cooperit, plicat Cor porale, reponit in bursum, & illam ponat super Cali-

cem coopertum velo, quem collocat in Altari, vel super Credentia ut prius: postea redit ad locum suum retro post Diaconum: qui cum dicit, **Ita missa est**, cum Celebrante vertit se ad populum: & in Quadragesima dicto per Celebrantem, **Oremus** Diaconus in cornu Epistolæ vertens se ad populum, iunctis manibus dicit ut supra, **Humiliate**, &c. quo dicto vertit se versus Altare à tergo Celebrantis, & Celebrans dicit Orationem super populum.

De benedictione in fine Missæ, & Evangelio sancti Ioannis. XII.

Dicto **Ita missa est**, vel **Benedicamus Domino**, ut supra, Celebrans ante medium Altaris stans iunctis manibus super eo, & capite inclinato, dicit secreto, **Piaceat tibi sancta Trinitas**, &c. quo dicto extensis manibus hinc inde super Altare positus ipsum in medio osculatur: tum erigens se, adhuc stans versus illud, elevat ad calum oculos & manus, quas extendit, & iungit, caputque Cruci inclinans, dicit voce intelligibili, **Benedicat vos omnipotens Deus**, & iunctis manibus ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum à sinistro latere ad dextrum, extensa manu dextra, iunctisque digitis, & manu sinistra infra pectus posita, semel benedicit populo, dicens, **Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, &c. Amen**. & circulum perficiens accedit ad cornu Evangelij, ubi dicto **Dominus vobiscum**, &c. **Et cum spiritu tuo**, pollice dextro signans primum signo Crucis Altare, seu librum in principio Evangelij, deinde frontem, os, & pectus, dicit, **Initium sancti Evangelij secundum Ioannem**, vel, **Sequentia sancti Evangelij**, ut dictum est in Rubricis generalibus, & **Gloria tibi Domine**, iunctis manibus legit Evangelium, **In principio**, vel aliud ut convenit. Cum dicit, **Et verbum caro factum est**, genuflectit versus cornu Evangelij, & surgens prosequitur ut prius: quo finito minister stans a parte Epistolæ respondet, **Deo gratias**.

Si Celebrans in Altari vertit faciem ad populum, non vertit se, sed stans ut erat, benedicit populo ut supra, in medio Altaris: deinde accedit ad cornu Evangelij, & dicit Evangelium sancti Ioannis.

Si celebrant coram summo Pontifice, Cardinali, & Legato Sedis Apostolicæ, vel Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in provincia, civitate, vel diocesi sua existente, Celebrans dicto, **Piaceat tibi sancta Trinitas**, &c. dicit, **Benedicat vos omnipotens Deus**, & conuertens se ad summum Pontificem genuflectus, ad Cardinalem vero, & Legatum, vel alium ex prædictis Prælatibus, capite inclinato quasi licentiam benedicendi petens, profe-

Ritus celebrandi Missam

prosequitur, **Pater & Filius** ✠ & **Spiritus sanctus**, benedicens astantes à parte vbi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælati prædicti. Si autem celebrant coram Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo extra eorum prouinciam, ciuitatem, vel diocesium constitutis, eis absque alio respectu, vt ceteris qui interfunt, more consueto benedicit.

4 Si autem celebrant pro Defunctis, dicto **Placeat tibi sancta Trinitas**, vt supra osculato Altari accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium sancti Ioannis, prætermissa benedictione, quæ in Missis Defunctorum non datur.

5 Finito Euangelio in fine Missæ, si celebrant coram summo Pontifice, Cardinale, & Legato Sedis Apostolicæ, vel Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo, conuertit se ad illum coram quo ex prædictis celebrant, & facit reuerentiam conuenientem. Si non celebrant coram aliquo prædictorum, huiusmodi reuerentiam prætermittit.

6 Quibus omnibus absolutis extinguuntur per ministrum candelæ: interim Sacerdos cooperto capite accipit sinistra Calicem, dextram ponens super bursum, ne aliquid cadat, descendit ante infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat, (vel, si in eo est tabernaculi sanctissimi Sacramenti, genuflectit aperto adhuc capite:) & facta reuerentia, præcedente ministro, eo modo quo venerat, redit ad Sacramentum interim dicens Antiphonam, **Trium puerorum**, & Canticum, **Benedicite**. Si vero sit dimissiuus paramenta apud Altare vbi celebrant, finito Euangelio prædicto, ibidem illis se exiit, & dicit Antiphonam, **Trium puerorum**, cum Cantico, & alijs Orationibus vt suo loco ponuntur.

7 In Missa solemnè Celebrans eadem voce & modo quo in Missis priuatis, semel tantum benedicit populo, nisi fit Episcopus: & dicto Euangelio sanctum Ioannem, vel alia vt supra, ministrante Subdiacono librum, si opus est, discedit cum ministris ordine, & modo quo venerat.

8 Episcopus autem ter benedicit populo, etiam in Missis priuatis, vt in Pontificali & Ceremoniali habetur.

De his quæ omittuntur in Missa pro Defunctis. XIII.

1 IN Missa pro Defunctis ante Confessionem non dicitur Psalmus, **Iudica me Deus**, sed pronuntiata Antiphona, **Introibo ad altare Dei**, & responsio à ministro ad Deum qui significat, &c. dicitur vt. **Adutorum nostrum**, & **Confessio**, cum reliquis vt supra. Cum Celebrans ad Altare inquit **Introitum**, non signat se, sed manu dextera extensa facit signum Crucis super librum,

quasi aliquem benedicens. Non dicitur **Gloria Patri**, sed post Psalmum reperitur **Requiem æternam**, nec dicitur **Gloriam excelsis**, nec **Alleluia**, nec **Inbe Domine benedicere**, nec **Dominus sit in corde meo**, nec osculatur librum in fine. Non dicitur **Credo**, non benedicitur aqua in Calicem, fundenda, dicitur tamen Oratio, **Deus qui humantæ substantiæ**, &c. Cum lauat manus, in Psalmo, **I nauabo inter innocentes**, non dicitur **Gloria Patri**, **Ad Agnus Dei**, non dicitur **miserere nobis**, cuius loco dicitur, **dona eis requiem**, nec tertio, **dona nobis pacem**, cuius loco dicitur, **dona eis requiem sempiternam**, neque percutitur pectus. Non dicitur prima Oratio ante Communionem, scilicet, **Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis**, &c. nec datur pax. In fine non dicitur, **Ita missa est**, nec **Benedicamus Domino**, sed, **Requiescant in pace**. Et non datur benedictio, sed dicto **Placeat**, & osculato Altari, dicitur vt supra, **In principio erat Verbum**, &c. Alia omnia vt in alijs Missis.

In Missa solemnè non incensatur Altare ad Introitum, & Subdiaconus sinistra Epistola non osculatur manum Celebrantis, nec benedicitur: Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur Celebrantis manum: non veniunt luminaria ad Euangelium, nec portatur incensum, sed duo tantum Acolythes sine candelabris stant vnus à dextris & alter à sinistris Subdiaconi tenentis librum Euangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine Celebrans; nec deserit liber Euangeliorum osculandus. Oblata & Altare incensantur vt supra: incensatur solus Celebrans, & non incensatur alij. Subdiaconus non tenet Patenam post Celebrantem: sed tempore elevationis Sacramenti genus flexus in cornu Epistole illud incensat. Ministri cum aliquid porrigunt Celebranti, in hac Missa non osculantur eius manum, neque rem quæ porrigitur.

Si distribuenda sunt candelæ, distribuuntur post Epistolam: & accendantur ad Euangelium ad elevationem Sacramenti, & post Missam, dum fit Absolutio. Si habendus est sermo, habeatur finita Missa ante Absolutionem.

Finita Missa, si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistole, vbi exiit Casula, & deposito Manipulo, accipit Thymiale nigrum, Subdiaconus medius inter duos Acolythes cum candelabris accensis desert Crucem statur in processionebus, præcedentibus duobus alijs Acolythis, vno cum Thuribulo & nauicula incensi, alio cum vase aque benedictæ & aspersorio: sequitur Celebrans, facta prius Altari reuerentia, & Diaconus à sinistris eius. Subdiaconus cum Cruce sistit se ad pedes summi, seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter dictos Acolythes tenentes luminaria: Celebrans vero ex alia parte in capite loci inter Altare & sumulum, aliquantum versus cornu Epistole, ita vt Crux

Dem Subdiaconi respiciat: à sinistris eius Diaconus, & prope eum alij duo Acolythi deferentes Thuribulum, & vas aqua benedicta. Interim cantatur R. Libera me Domine, & circa illius finem Celebrans ponit incensum in Thuribulum, benedicens illud more solito, ministrante Diacono naticulam: & finito Kyrie deson, incipit intelligibili voce, Pater noster, & secreta profeguendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi, & facta Altari reuerentia, comitante eodem Diacono à dextris, & tenente simbriam anteriorem Pluuialis, circumiens tumulum aspergit illum aqua benedicta, ter à parte dextra, & ter à sinistra, cum transit ante Crucem, profunde inclinat, Diacono vero genuflectit: postea de manu eiusdem Diaconi accipit Thuribulum, & eodem modo quo asperferat, incensat. Et rediens ad pristinum locum, Diacono tenente librum iunctis manibus dicit.

V. Et ne nos inducas in tērationē.

R. Sed libera nos à malo.

V. A porta inferi.

R. Erue Domine animam eius.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Absolue quæsumus Domine animam famuli tui **N.** ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucē manu dextra super tumulū, dicit.

V. Requiem æternam dona ei Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

Et dicto per Cantores, Requiescant in pace. & R. Amen.

precedente Cruce redit cum alijs ad Sacristiam.

Si Officium fit pro pluribus Defunctis, omnia dicantur in numero plurali.

Sacerdos celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne desit aliquid ex requisitis ad Sacramentum Eucharistiæ conficiendum. Potest autem defectus contingere ex parte materiæ consecrandæ, & ex parte formæ adhibendæ, & ex parte ministerii conficientis. Quidquid enim horum deficit, scilicet materia debita, forma cum intentione, & Ordo Sacramentalis in conficiente, non conficitur Sacramentum. Et his existentibus, quibuscumq; alijs deficientibus, veritas adest Sacramenti. Alij vero sunt defectus, qui in Missæ celebratione occurrentes, etsi veritatem Sacramenti non impediunt, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

De defectibus materiæ. II.

Defectus ex parte materiæ possunt contingere, si aliquid desit ex ijs, quæ ad ipsam requiruntur. Requiritur enim vt sit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiusmodi materia consecranda in actu consecrationis sit coram Sacerdote.

De defectu panis. III.

Si panis non sit triticeus, vel si triticeus admixtus sit granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus, vel sit alioqui corruptus, non conficitur Sacramentum.

Si sit confectus de aqua rosea, vel alterius distillationis, dubium est an conficiatur.

Si cæperit corrumpi, sed non sit corruptus, similiter si non sit azymus, secundum morem Ecclesiæ Latinæ, conficitur, sed conficiens grauius peccat.

Si Celebrans ante consecrationem aduertit Hostiam esse corruptam, aut non esse triticeam, remota illa Hostia, aliam ponat, & facta oblatione, saltem mente concepta, profectu ab eo loco, vbi desuit.

Si id aduertit post consecrationem, etiam post illius Hostiæ sumptionem, posita alia, faciat oblationem, vt supra, & à consecratione incipiat, scilicet ab illis verbis, **Qui pridie quam pateretur**, & illam priorem si non sumpsit, sumat post sumptionem Corporis & Sanguinis, vel alij fundamendat, vel alicubi reuerenter conseruet. Si autem sumpserat, nihilominus sumat eam quam consecrauit: quia præceptum de perfectione Sacramenti maioris est ponderis, quam quod à ieiuniis sumatur.

Quod si hoc contingat post sumptionem Sanguinis, apponi debet rursus nouus panis, & vinum cum aqua, & facta prius oblatione, vt supra, Sacerdos confecret, incipiendo ab illis verbis, **Qui pridie**, ac statim sumat

De defectibus circa Missam occurrentibus.

utrumque, & prosequatur Missam: ne Sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus seruetur ordo.

- 2 Si Hostia consecrata dispereat, vel casu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel ab aliquo animalis accepta, & nequeat reperiri, tunc altera consecratur, ab eo loco incipiendo, **Omni die quam pateretur**, facta eius prius oblatione, vt supra.

De defectu vini. IIII.

- 1 Si virtum sit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de visceribus, seu non maturis expressum, vel ei admixtum tantum aquæ, vt vinum sit corruptum; non conficitur Sacramentum.

- 2 Si vinum cœperit accescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel mustum de visceribus tunc expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis; conficitur Sacramentum, sed conficiens grauitur peccat.

- 3 Si Celebrans ante consecrationem Sanguinis, quamuis post consecrationem Corporis, aduertat aut vinum, aut aquam, aut vtrumque non esse in Calice; debet statim apponere vinum cum aqua, & facta oblatione vt supra, consecrare, incipiendo ab illis verbis, **Simili modo**, &c.

- 4 Si post verba consecrationis aduertat vinum non fuisse positum, sed aquam; deposita aqua in aliquod vas, iterum vinum cum aqua ponat in Calice, & consecret, resumendo à verbis prædictis, **Simili modo**.

- 5 Si hoc aduertat post sumptionem Corporis, vel huiusmodi aquæ, apponat aliam Hostiam iterum consecrandam, & vinum cum aqua in Calice, offerat vtrumque, & consecret, & sumat, quamuis non sit ieiunus. Vel, si Missa celebretur in loco publico, vbi plures adsint, ad euitandum scandalum poterit apponere vinum cum aqua, & facta oblatione vt supra, consecrare, ac statim sumere, & prosequi cetera.

- 6 Si quis percipiat ante consecrationem, vel post consecrationem, totum vinum esse acetum, vel alias corruptum, idem seruetur quod supra, ac si deprehenderet non esse positum vinum, vel solum aquam fuisse appositam in Calice.

- 7 Si autem Celebrans ante consecrationem Calicis aduertat non fuisse appositam aquam, statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id aduertat post consecrationem calicis, nullo modo apponat, quia non est de necessitate Sacramenti.

- 8 Si materia quæ esset apponenda, ratione defectus vel panis, vel vini, non posset vlllo modo haberi; si id sit ante consecrationem Corporis, vltius procedi non debet: si post consecrationem Corporis, aut etiam vini,

deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata; tunc si nullo modo haberi possit, procedendum erit, & Missa absolueda, ita tamen vt præmittantur verba & signa quæ pertinent ad speciem deficientem. Quod si expectando aliquamdiu haberi possit, expectandum erit, ne sacrificium remaneat imperfectum.

De defectibus formæ. V.

Defectus ex parte formæ possunt contingere, si aliquid desit ex ijs quæ ad integritatem verborum in ipsa consecratione requiruntur: Verba autem consecrationis, quæ sunt forma huius Sacramenti, sunt hæc;

Hoc est enim Corpus meum. Et, Hic est enim calix sanguinis mei novi & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Si quis autem aliquid diminueret, vel immutaret de forma consecrationis Corporis & Sanguinis, & in ipsa verborum immutatione verba idem non significarent, non conficeret Sacramentum. Si vero aliquid adderet quod significationem non mutaret, conficeret quidem, sed grauisime peccaret.

Si celebrans non recordetur se dixisse ea quæ in consecratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari. Si tamen certo ei constet, se omisisse aliquid eorum quæ sunt de necessitate Sacramenti, id est, formam consecrationis, seu partem, resumat ipsam formam, & cetera prosequatur per ordinem. Si vero valde probabiliter dubitat se aliquid essentialia omisisse, iteret formam saltem sub tacita conditione. Si autem non sunt de necessitate Sacramenti, non resumat, sed procedat vltius.

De defectibus Ministri. VI.

Defectus ex parte Ministri, possunt contingere quo ad ea quæ in ipso requiruntur. Hæc autem sunt: in primis intentio, deinde dispositio animæ, dispositio corporalis, dispositio vestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quo ad ea quæ in ipso possunt occurrere.

De defectu intentionis. VII.

Si quis non intendit consecrare, sed delusorie aliquid agere. Item si aliqua Hostia ex obliuione remaneant in Altare, vel aliqua pars vini, vel aliqua Hostia lateat, cum non intendat consecrare nisi quas videt. Item si quis habeat coram se vndecim Hostias, & intendat consecrare solum decem, non determinans quas decem intendit: in his casibus non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare quas coram se habebat: nam tunc omnes erunt consecratae: atque ideo quilibet Sacerdos talem semper

intentionem habere deberet, scilicet consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet.

2 Si Sacerdos putans se tenere vnam Hostiam, post consecrationem intenerit fuisse duas simul innectas, in sumptione sumat simul vtramque. Quod si deprehendat post sumptionem Corporis & Sanguinis, aut etiam post ablutioem, reliquias aliquas relictas consecratas, eas sumat, sine parua sint, siue magnæ, quia ad idem sacrificium spectant.

3 Si vero relicta sit Hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum alijs reponat: si hoc fieri nequit, sequenti Sacerdoti ibi celebratur, in Altari supra Corporale decenter operam, sumendam vna cum altera quam est consecraturus, relinquat: vel si neutrum horum fieri possit, in ipso Calice seu Patena decenter conseruet, quousque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: quod si non habeat quomodo honeste conseruetur, potest eam ipsemet sumere.

4 Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter euagationem mentis, sed virtualis; cum accedens ad Altare intendat facere quod facit Ecclesia, consecratur Sacramentum, etsi curare debet Sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

De defectibus dispositionis animæ.

V I I I.

1 Siquis suspensus, excommunicatus, degradatus, irregularis, vel alijs canonicè impeditus, celebrat: consecratur Sacramentum, sed grauissime peccat, tam propter Communionem, quam indigne sumit, quam propter executionem Ordinum, quæ sibi erat interdicta.

2 Si quis habens copiam Confessoris celebrat in peccato mortali, grauiter peccat.

3 Si quis autem in casu necessitatis non habens copiam Confessoris, in peccato mortali absque contritione celebrat, grauiter peccat. Secus si conteratur: debet tamen cum primum poterit, confiteri.

4 Si in ipsa celebratione Missæ Sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi.

5 Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut locum esse interdictum: similiter conteratur cum proposito petendi absolutionem. Ante consecrationem autem in supradictis casibus, si non timeatur scandalum, debet Missam inceptam desistere.

De defectibus dispositionis corporis. I X.

1 Siquis non est ieiunus post mediam noctem, etiam post sumptionem solius

aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinæ, & in quantumcumque parua quantitate, non potest communicare, nec celebrare.

2 Si autem ante mediam noctem cibum aut potum sumperit, etiam si postmodum non dormierit, nec sit digestus, non peccat, sed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur, consulitur aliquando abstinendum.

3 Si reliquæ cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt Communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum saluæ. Idem dicendum, si lauando os, deglutiat stilla aquæ præter intentionem.

4 Si plures Missas in vna die celebret, vt in Natiuitate Domini, in vnaquaque Missa abluat digitos in aliquo vase mundo, & in vltima tantum percipiat purificationem.

5 Si præcesserit pollutio nocturna, quæ causata fuerit ex præcedenti cogitatione quæ sit peccatum mortale, vel euenierit propter nimiam crapulam, abstinendum est à Communionem & celebratione, nisi aliud Confessario videatur. Si dubium est an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, consulitur abstinendum, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem, sed euenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusionem, potest communicare & celebrare; nisi ex illa corporis commotione tanta euenierit perturbatio mentis, vt abstinendum videatur.

De defectibus in ministerio ipso occurrentibus. X.

1 POSSUNT etiam defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: vt si celebratur in loco non sacro, vel non deputato ab Episcopo, vel in Altari non consecrato, vel tribus mappis non cooperto; si non adsint luminaria cerea: si non sit tempus debitum celebrandi, quod est ab aurora vsque ad meridiem, communiter: si Celebrans saltem Matutinum cum Laudibus non dixerit; si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus: si vestes sacerdotales & mappa non sint ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedictæ: si non sit clericus, vel alius deseruiens in Missa, vel adsit qui deseruire non debet, vt mulier: si non adsit Calix cum Patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea: non ærea, vel vitrea: si Corporalia non sint munda, quæ debent esse ex lino, nec serico in medio ornata, & ab Episcopo vel ab alio hanc habere potestatem benedicta, vt etiam superius

De defectibus circa Missam occurrentibus

perius dictum est: si celebrat capite cooper-
to sine dispensatione: si non adfit Missale,
licet memoriter sciret Missam, quam intendit dicere.

2 Si Sacerdote Celebrante violeitur Ecclesia ante Canonem dimittatur Missa: si post Canonem, non dimittatur. Si timeatur incurfus hostium, vel alluisionis, vel ruina loci ubi celebratur, ante consecrationem dimittatur Missa, post consecrationem vero Sacerdos accelerare poterit summionem Sacramenti, omisis omnibus alijs.

3 Si Sacerdos ante consecrationem grauitur infirmetur, vel in sincopen incidit, aut moriatur, pratermittitur Missa: si post consecrationem Corporis tantum, ante consecrationem Sanguinis, vel vtroque consecrato id accidit, Missa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco, vbi ille desijt, & in casu necessitatis etiam per non ieiunum. Si autem non obierit, sed fuerit infirmus adeo tamen vt possit communicare, & non adfit alia Hostia consecrata, Sacerdos qui Missam supplet, diuidat Hostiam, & vnam partem præbeat infirmo, aliam ipse sumat. Si autem semiprolata forma Corporis obiit Sacerdos, quia non est facta consecratio, non est necesse vt Missa per alium suppleatur. Si vero obierit semiprolata forma Sanguinis, tunc alter prosequatur Missam, & super eundem Calicem repetat integram formam, ab eo loco, *Sunt modo postquam cœnatum est*, vel possit super alium Calicem præparatum integram formam profere, & Hostiam primi Sacerdotis, & Sanguinem à se consecratum sumere, ac deinde Calicem relictum semiconsecratum.

4 Si quis extra huiusmodi casus necessitatis, integra Sacramenta non sumperit, grauisime peccat.

5 Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in Calicem ante cōsecrationem, projiciat vinum in locum decentem, & aliud ponat in Calice, misceat parum aque, offerat vt supra, & prosequatur Missam: si post consecrationem ceciderit musca, aut aliquid eiusmodi, & fiat nausea Sacerdoti, extrahat eam, & lauet cum vino, finita Missa comburatur, & combustio ac lotio huiusmodi in sacrum projiciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec yllum periculum timeat, sumat cum Sanguine.

6 Si aliquod venenosum ceciderit in Calicem, vel quod prouocaret vomitum, vinum consecratum reponendum est in alio Calice, & aliud vinum cum aqua apponendum deniq; consecrandum: & finita Missa Sanguis repositus, in panno lineo vel stuppa tandiu seruetur, donec species vini fuerint desiccatae, & tunc stuppa com-

buratur, & combustio in sacrum projiciatur.

7 Si aliquod venenatum contigerit Hostiam consecratam, tunc alteram consecret, & sumat modo quo dictum est, & illa seruetur in tabernaculo loco separato, donec species corruptantur, & corruptæ deinde mittantur in sacrum.

8 Si sumendo Sanguinem, particula remanserit in Calice, digito ad labium Calicis eam adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat vinum & sumat.

9 Si Hostia ante consecrationem imeniatur fracta, nisi populo euidenter appareat, talis Hostia consecretur: si autem scandalum populo esse possit, alia accipiat, & offeratur: quod si illius Hostie iam erat facta oblatio, eam post ablutioem sumat. Quod si ante oblationem Hostia appareat fracta, accipiat altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri poterit.

10 Si propter frigus, vel negligentiam Hostia consecrata dilabatur in Calicem, propterea nihil est reiterandum, sed Sacerdos Missam prosequatur, faciendo cœremonias & signa consueta cum residua parte Hostie quæ non est madefacta Sanguine, si commode potest. Si vero tota fuerit madefacta, non extrahat eam, sed omnia dicat omitendo signa, & sumat pariter Corpus & Sanguinem, signans eum Calice, & dicens: *Corpus & Sanguis Domini nostri*, &c.

11 Si in hieme Sanguis congeletur in Calice, inuoluitur Calix pannis calefactis: si id non proficeret, ponatur in ferienti aqua prope Altare, dummodo in Calicem non intret, donec liquefiat.

12 Si per negligentiam aliquid de Sanguine Christi ceciderit, si quidem super terram, seu super tabulam, lingua lambatur, & locus ipse radatur quantum satis est, & ablatio comburatur: cinis vero in sacrum recondatur. Si vero super lapidem Altaris ceciderit, forbeat Sacerdos stillam, & locus bene abluatur, & ablutio in sacrum projiciatur. Si super linteum Altaris & ad aliud linteum stilla peruenit, si vsque ad tertium: linteamina ter abluantur vbi stilla ceciderit. Calice supposito, & aqua ablutioem in sacrum projiciatur. Quod si in ipso solum Corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotibus ceciderit, debet similiter abluui, & ablutio in sacrum projici. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto, bene abluatur, vt supra.

13 At si contingat totum Sanguinem post consecrationem effundi, si quidem aliquid vel parum remansit, illud sumatur, & de ef-

De defectibus circa Missam occurrentibus.

fuso reliquo Sanguine fiat vt dictum est . Si vero nihil omnino remansit , ponat iterum vinum & aquam , & consecret ab eo loco .

Simili modo postquam cœnatum est , facta

14 Si Sacerdos euomat Eucharistiam , si species integræ appareant , reuerenter sumantur , nisi nausea fiat : tunc enim species consecratæ caute separentur , & in aliquo loco sacro reponantur , donec corrumpantur , & postea in sacrarium projiciantur . Quod si species non appareant , comburatur vomitus , & cineres in sacrarium mittantur .

15 Si Hostia consecrata , vel aliqua eius par-

ticula dilabatur in terram , reuerenter accipiat , & locus vbi cecidit , mundetur , & aliquantum abradatur , & puluis festi abrasio huiusmodi in sacrarium immittatur . Si ceciderit extra Corporale in mappa , seu alio quouis modo in aliquod linteum , mappa vel linteum huiusmodi diligenter lauetur , & lotio ipsa in sacrarium effundatur .

16 Possunt etiam defectus in ministerio ipso occurrere , si Sacerdos ignoret ritus & ceremonias ipsas in eo seruandas : de quibus omnibus in superioribus Rubricis copiose dictum est .

F I N I S .

PRÆPARATIO AD MISSAM

Pro opportunitate Sacerdotis faciendâ.

Antiphona.

Neremiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Quæ Antiphonâ, in festis Duplicibus tantum duplicatur, & tempore Paschali additur in fine. Alleluia. Deinde dicuntur sequentes Psalmi. Psalmus 83.



Vam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum vituum.

Etenim passer intenuit sibi domum: & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

Ecce qui habitant in domo tua Domine: in sacula saculorum laudabunt te.

Ecce vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c. *Psalmus 84.*

Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Consende nobis Domine misericordiam

tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dñs Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. **E**t super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor:

Veritatem prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculate sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de celo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos. **G**loria Patri. *Psalmus 84.*

Incelna Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum, Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamauit tota die: lætificauit animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuauit.

Quoniam tu Domine suavis & mitis: & multæ misericordie omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamauit ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & cruxisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentium quaesierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator & misericors: patiens, & multæ misericordie, & verax.

Respice in me, & miserere mei: da imperium tuum ptero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam

Preparatio ad Missam.

tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.
Gloria Patri. *Psalmus 116.*

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mores sanctorum eius.

O Domine, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Ierusalem.

Gloria Patri. *Psalmus 129.*

De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinuit te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.

Ancustodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Fratris ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper: & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam summas de peccatis nostris.

Tempore Paschali additur, Alleluia.

Postea Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster. **V**. Et ne nos inducas.

R. Sed libera. **V**. Ego dixi, Domine miserere mei. **R**. Sana animum meam, quia peccavi tibi. **V**. Conuertere Domine aliquantum.

R. Et deprecare super seruos tuos. **V**. Fiar misericordia tua Domine super nos.

R. Quemadmodum sperauimus in te. **V**. Sacerdotes tui induantur iustitiam. **R**. Et sancti tui exultent. **V**. Ab occultis meis munda me Domine. **R**. Et ab alienis parce seruo tuo. **V**. Domine exaudi. **R**. Et clamor meus. **V**. Dominus uobiscum. **R**. Et cum spiritu tuo. **O** remus.

Aures tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, & gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysterijs digne ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, & omnis uoluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere, & digne laudare mereamur.

Vere igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quæsumus Domine Patris cui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, ueritatem.

Ad sit nobis, quæsumus Domine, uirtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quæsumus Domine, uisitando purifica: ut ueniens Dñs noster Iesus Christus filius tuus, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Orationes dicendæ cum Sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

DA, Domine, uirtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam: ut sine pollutione mentis & corporis ualeam tibi seruire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat.

Impone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incurtus.

Ad Albam cum eandem.

Dealba me, Domine, & munda cor meum: ut in sanguine Agni dealbaus, gaudijs perfruar sempiternis.

Ad cingulum, dum se cingit.

Precinge me, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneant in me uirtus continentia, & castitatis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

Merear, Domine, portare Manipulum fletus & doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolum, dum imponitur collo.

Redde mihi, Domine, Stolum immortalitatis, quam perdidisti in prauiatione

Præparatio ad Missam.

ne primi parentis: & quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad Casulam, cum assumitur.

Domine, qui dixisti, Iugum meum suave est, & onus meum leue: fac, vt istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

Orationes dicendæ ab Episcopo quando in Pontificalibus celebrat.

Ad Calicem.

Calcea, Domine, pedes meos in præparationem Euangelij pacis, & protege me in velamento alarum tuarum.

Cum exiit Cappa.

Exue me, Domine, veterem hominẽ cum moribus & actibus suis: & indue me nouum hominẽ, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

Cum lauat manus.

DA Domine, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam immundam: vt sine pollutione mentis & corporis valeam tibi seruire.

Ad Amictum.

Pone Domine galeam salutis in capite meo, ad expugnandas omnes diabolicas fraudes, inimicorum omnium versutias superando.

Ad Albam.

Dealba me, Domine, & à delicto meo munda me: vt cum his qui stolas suas dealbauerunt in sanguine Agni, gaudijs perfruar sempiternis.

Ad Cingulum.

Præcinge me, Domine, cingulo fidei, & virtute castitatis lumbos meos, & extingue in eis humorem libidinis vt iugiter maneat in me vigor totius castitatis.

Cum accipit Crucem pectoralem.

Munire digneris me, Domine Iesu Christe, ab omnibus insidijs inimicorum omnium, signo sanctissimæ Crucis tuæ: ac concedere digneris mihi indigno seruo tuo, vt sicut hanc Crucem Sanctorum tuorum reliquijs refertam ante pectus meum teneo: sic semper mente retineam & memoriam passionis, & sanctorum victorias Martyrum.

Ad stolam.

Redde mihi, Domine, obsecro stolam immortalitatis, quam perdisti in præuaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedere præsumo ad tuum sacrum mysterium cum hoc ornamento, præsta vt in eodem in perpetuum merear latari.

Ad Tunicellam.

Tunica iucunditatis, & indumento lætitiæ induat me Dominus.

Ad Dalmaticam.

Indue me Domine indumento salutis, & vestimento lætitiæ, & Dalmatica

iustitiæ circumda me semper.

Ad Chirothecas.

Circumda Domine manus meas munusculis noui hominis, qui de cælo descendit: vt quemadmodum Iacob dilectus tuus, pelliculis hædorum operatis manibus paternam benedictionem, oblato patri cibo potuque gratissimo, impetrauit, sic & oblata per manus nostras salutari hostia, gratiæ tuæ benedictionem merear. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui in similitudinem carnis peccati pro nobis obtulit semetipsum.

Ad Planetam.

Domine, qui dixisti, Iugum meum suave est, & onus meum leue: præsta vt illud portare sic valeam, quod possum consequi tuam gratiam.

Ad Mitram.

Mitram, Domine & salutis galeam impone capiti meo: vt contra antiqui hostis, omniumque inimicorum meorum insidias inoffensus euadam.

Ad Annum cordis.

Cordis & corporis mei, Domine, dignos virtute decora, & septiformis Spiritus sanctificatione circumda.

Ad Manipulum.

Merear, precor Domine, Manipulum portare mente flebili, vt cum exultatione portionem accipiam cum iustis.

G R A T I A R V M A C T I O
post Missam. Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum: quẽ cantabant sancti in camino ignis, benedictentes Dominum.

Quæ Antiphona in festis Duplicibus tantum duplicatur.

Et tempore Paschali additur in fine Alleluia. Canticum trium pueroꝝ.

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula. Dan. 3.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.

Benedicite quæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino: benedicite stellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber, & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino: benedicite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.

Gratiarum actio post Missam.

Benedicat terra Dominum : laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Domino : benedicite vniuersa gemitantia, in terra Dño.

Benedicite fontes Domino : benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis, Domino : benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes bestię & pecora Domino : benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum : laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino : benedicite serui Domini Domino.

Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino : benedicite sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino : laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu : laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cæli : & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Psalmus 110.

Laudate Dominum in sanctis eius : laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius : laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ : laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro : laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis : omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio : & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum : quæ cantabant sancti in camino ignis, benedictentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

Pater noster. **ψ.** Et ne nos inducas in tentationem. **℞.** Sed libera nos à malo.

ψ. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. **℞.** Et sancti tui benedicant tibi. **ψ.** Exultabunt sancti in gloria. **℞.** Letantur in cubilibus suis. **ψ.** Non nobis, Domine, non nobis. **℞.** Sed homini tuo da gloriam. **ψ.** Domine exaudi orationem meam. **℞.** Et clamor meus ad te veniat. **ψ.** Dominus vobiscum. **℞.** Et cum spiritu tuo. **O**remus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignem : concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flammam vitiourum.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando preueni, & adiuuando prole-

quere : vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cepta finiatur.

DA nobis, quæsumus Domine, vitiourum nostrorum flammam extinguere : qui beato Laurentio tribuisti, tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

O R A T I O N E S

pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem & communionem dicende.

Oratio S. Ambrosij Episcopi.

Summe sacerdos, & vere pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri Hostiam puram & immaculatam in ara Crucis pro nobis miseris & peccatoribus ; & qui destisti nobis carnem tuam ad manducandum, & sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium istud in virtute Spiritus sancti tui, dicens : Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis : Rogo per eundem sanguinem tuum, magnum salutis nostræ pretium ; rogo per hanc miram & ineffabilem charitatem, qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos à peccatis nostris in sanguine tuo : Doce me seruum tuum indignum, quem inter cetera dona tua, etiam ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordię tuę : doce me queso per Spiritum sanctum tuum, tantum tractare mysterium ea reuerentia & honore, ea deuotione & timore, quibus oportet & decet. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere & intelligere, sentire, & firmiter tenere, dicere & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum solennia mundo corde & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis & nefandis, vanis & noxijs cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia & fida custodia, ac tutela fortissima, vt hostes omnium bonorum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterij, & per manum sancti Angeli tui repelle à me, & à cunctis seruis tuis durissimum spiritum superbix & canodoxix, inuidix, & blasphemix, fornicationis & immunditiæ, dubietatis & diffidentix. Confundantur qui nos persequuntur, pereant illi qui nos perdere festinant.

Rex virginum, & amator castitatis & integritatis, cælesti rore benedictionis tuæ extin-

extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis: vt maneat in me tenor castitatis corporis & animæ. Morrifica in mēbris meis carnis stimulos, omneſque libidinoſas commotiones, & da mihi veram & perpetuam caſtita- tem cum ceteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate, vt ſacrificium laudis caſto corpore & mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione, & lacrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis caſtitate, & animæ puritate iſtud diuinum & cæleſte ſacrificium eſt celebrandum, vbi caro tua in veritate ſumitur, vbi ſanguis tuus in veritate bibitur, vbi ima ſummis, terrena diuinis iunguntur, vbi a deſt ſanctorum Angelorum præſentia, vbi tu eſt ſacrificium & ſacerdos mirabiliter & ineffabiliter conſtitutus?

Feria ij. Quis digne hoc celebrare poterit, niſi tu Deus omniſi potens offerentem feceris dignū? Scio Domine, & verè ſcio, & idipſum pietati tuæ conſiteor, quia non ſum dignus accedere ad tantum myſterium propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed ſcio, & veraciter ex toto corde meo credo, & ore conſiteor, quia tu poteſ me facere dignū, qui ſolus poteſ facere mundum de immundo conceptum ſemine, & de peccatoribus iuſtos & ſanctos. Per hanc omnipotentiam, tuam te rogo Deus meus, vt concedas mihi peccatori hoc ſacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate, & lacrymarum fonte, cū lætitia ſpirituale, & cæleſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatiffimæ præſentia tuæ, & excubias ſanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo.

Feria iij. Ego enim, Domine, memor venerandæ paſſionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi ſacrificium, quod tu inſtituiſti, & offerri præcepiſti in commemorationem tui, pro ſalute noſtra. Sulcipe illud quæſo, ſumme Deus, pro Eccleſia ſancta tua, & pro populo quem acquiſiſti ſanguine tuo. Et quoniam me peccatore inter te, & eundem populum tuum medium eſſe voluiſti, licet in me aliquod boni operis teſtimonium non agnoſcas, officium ſaltem diſpenſationis creditæ non recuſes, nec per me indignum, eorum ſalutis pereat pretium, pro quibus victima ſalutaris dignatus eſte redemptio. Profero etiam Domine, (ſi digneris propitiuſ intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitus, miſerias orphanorum, neceſſitates peregrinorum, inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſentum, ſuſpiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarū.

Feria iij. Tu enim miſereris omnium Domine: & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Memorare quæ ſit noſtra ſubſtantia: quia tu pater no-

ſter eſ, quia tu Deus noſter eſ: ne irarſcaris factis, neque multitudinem viſcerum tuorum lupet nos contineas. Non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multas. Aufer a nobis iniquitates noſtras: & igne ſancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne noſtra: & da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te ſequatur, te perſequatur. Oramus Domine clementiam tuam, vt ſereno vultu familiarum tuam, ſacri tui nominis officia præſolantem, aſpicere digneris: & vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatione, tui nobis preces ſuggere, quas ipſe propitiuſ audire, & exaudire delecteris.

¶ Rogamus etiam te, Domine ſancte pater, & pro ſpirituibus fidelium deſunctorum: vt ſit illis ſalus, ſanitas, gaudium, & refrigerium, hoc magnum pietatis ſacramentum. Domine Deus meus, ſit illis hodie magnum & plenum conuiuium de te pane viuo, qui de cælo deſcendiſti, & das vitam mundo, de tua carne ſancta & benedicta, Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi, quæ de ſancto & glorioſo beata virginis Mariæ vtero eſt aſſumpta, & de ſpiritu ſancto concepta: ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo ſacraſſimo latere emanauit: vt exinde reſecti & ſatiati, refrigerati & conſolati exultent in laude & gloria tua. Peto clementiam tuam Domine, vt deſcendat ſuper panem tibi ſacrificandum plenitudo tuæ benedictionis, & ſanctificatio tuæ diuinitatis. Deſcendat etiam Domine illa ſancti Spiritus tui inuiſibilis incomprehenſibilique maietas, ſicut quondam in patrum hoſtias deſcendebat, qui & oblationes noſtras corpus & ſanguinem tuum efficiat, & me indignum ſacerdotem doceat tantum tractare myſterium cum cordis puritate, & lacrymarum deuotione, cum reuerentia & tremore, ita vt placide ac benigne ſuſcipias ſacrificium de manibus meis ad ſalutem omnium tam viuorum quam deſunctorum.

¶ Rogo etiam te Domine, per ipſum ſacraſanctum myſterium corporis & ſanguinis tui, quo quotidie in Eccleſia tua paſcimur & potamur, abluimur & ſanctificamur, atque vnus ſumme diuinitatis participes effici- mur, da mihi virtutes tuas ſanctas, quibus repletus, bona conſcientia ad altare tuū accedam, ita vt hæc cæleſtia ſacramenta efficiatur mihi ſalus & vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto & benedictō: Panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuēt in æternū. Panis dulciſſime, ſana palatum cordis mei, vt ſentia ſua- uitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore,

Feria iij.

Sabbato.

guore, vt nullam præter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum, & omnem saporem, qui nos semper reficis, & nunquam in te deficis: comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducet te Angelus ore pleno, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis vite, panis munde, qui descendisti de cælo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam, sana & munda me interius & exterius. Esto tutamen, & continua salus animæ & corporis mei. Repelle à me insidiantes mihi hostes: recedant procul à præsentia potentie tuæ, vt foris & intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perueniam, vbi non in mysterijs, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo & Patri, & erit Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate misericordie, ita vt nec efuriam, nec sitiam in æternum. Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu sancto viuus & regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio ante Missam.

AD mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere veteor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non caute custoditam. Ergo, ò pia Deitas, ò tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordie recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, Saluatorem habere suspiro. Tu Domine plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordie tuæ, Domine Iesu Christe, rex æternæ, Deus & homo crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miseris & peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam

manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & pretiose sanguinis, de vulneribus crucifixi Domini Iesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo sanguine redemisti. Pœnitent me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me, cle mentissime pater omnes iniquitates & peccata meæ: vt purificatus mente & corpore, digue degustare merear sancta sanctorum: & concede, vt sancta prælibatio Corporis & sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tutio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

OMnipotens sempiternus Deus, ecce accedo ad sacramentum vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi: accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordie, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cæli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: vt te panem Angelorum, Regem regum, & Dominum dominantium, tanta suscipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi quæso Domini corporis & sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem & virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuus & regnat in vnitæ Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ORATIONES

post celebrationem, & Communio-
nem dicenda.

Oratio S. Thomæ de Aquino.

Gratias tibi ago Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiarum tuarum satiare dignatus est pretioso corpore & sanguine filij tui Domini nostri Iesu Christi. Et precor, vt hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiatorum meorum euacuatio, concupiscentiarum & libidinis exterminatio, charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiarum, omniumque virtutum augmentatio: contra insidias inimicorum omnium, tam visibilibus, quam invisibilibus firma defensio: motuum meorum, tam carnalium, quam spiritualium, perfecta quietatio: in te vno ac vero Deo firma adhesio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile coniuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cum Filio tuo & Spiritu sancto, sanctis tuis es lux vera, savietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia Oratio S. Bonaventuræ.

Transfige, dulcissime Domine Iesu, medullas & viscera animæ meæ suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque & Apostolica sanctissima charitate, vt langueat & liqueat anima mea solo semper amore & desiderio tui, te concupiscat, & deficiat in arria tua, cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat, panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrum quotidianum supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem & saporem, & omne delectamentum suauitatis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera.

animæ meæ: te semper sitiât fontem vitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Deitæ semper ambiat, te quærat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui, cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseverantia vsque in finem: & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiarum mearum, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectionis mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa & firma & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Rithmus S. Thomæ ad sacram Eucharistiam.

ADoro te deuote latens Deitas,
Quæ sub his figuris vere latitas:
Tibi se cor meum totum subiecit,
Quia te contempnans, totum deficit.
Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto creditur.
Credo quidquid dixit Dei Filius.
Nil hoc verbo veritatis verius,
In Cruce latebat sola Deitas,
At hic latebat simul & humanitas:
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto quod petiuit latro poenitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vitæ, vitam præstans homini:
Præsta meæ menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pellicane Iesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine:
Cuius vna stilla saluum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio,
Vt te reuelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.



PROPRIVM

MISSARVM

DE TEMPORE.

DOMINICA PRIMA

Aduentus.

Statio ad S. Mariam maiorem.

Ad Missam. Introitus.



De te leuaui animam meam : Deus meus, in te confido, non erubescam : neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur.

Psal. 24.

Ebdē.

Psalms. Vias tuas Domine, demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & sepe: & in secula seculorum, Amen.

Quo finito repetitur, Ad te leuaui. vsque ad Psalmum.

Hic modus repetendi Introitum seruat per totum annum.

Non dicitur, Gloria in excelsis, ab hac Dominica, vsque ad Natiuitatem Domini, nisi in festis.

O remus. Oratio.

EXcita, quæsumus Domine, potentiam tuam, & veni: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberate saluari. Qui viuus & regnas cū Deo Patre in vnitae Spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Ab hac die vsque ad Vigiliam Natiuitatis Dñi, post Orationem diei dicitur Oratio. Deus qui de beata

M.N.R.

Mariæ, & Ecclesiæ tuæ, vel Deus omnium fidelium. vt infra.

Si autem facienda sit comemor. alicuius Festi simplicis occurrētis, post Orationē diei dicitur Oratio de Sancto, & tertia de S. Maria.

De sancta Maria. Oratio.

DEus, qui de beata Mariæ virgini nis vtero, Verbum tuū, angelo nūtiante, carnē suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt, q̄ vere eā genitricē Dei credimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur.

Cōtra persecutores Ecclesie. Oratio.

ECclesiæ tuę, q̄ sumus Dñe, preces placatus admitte: vt destruis aduersitatibus, & errorib⁹ vniuersis, secūra tibi seruiat libertate. Per Dñm nostrum Iesum Christū filiū tuū: Qui tecū viuūt & regnat in vnitae Spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Vel pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę præfesse voluisti, propitius respice: da ei quæsumus, verbo & exēplo, quibus præest, proficere, vt ad vitam vnā cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum.

Infra Hebdomadas Aduentus, quando dñr Missa de festo semiduplici, se cūda Oratio erit de Aduētū, tertia de S. Maria, quæ terminatur sic:

A

Per

Per eundem Dñm nostrum, &c.

Si autem dicatur Missa de Festo duplici, post Orationem Festi dicitur Oratio tantum de Aduentu.

De Festis simplicibus in Aduentu occurrentibus fit tantū commemor.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Rom. 13. **F**Ratres. Scientes quia hora est iā nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quā cū credidimus. Nox præcessit: dies autē appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum: & induāmur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus. Non in comestationibus, & ebrietatibus: nō in cubilibus, & impudicijs: non in cōtentione, & emulatione: sed induimini Dominum Iesum Christum.

Psal. 24. **Graduale.** Vniuersi, qui te expectant, nō confundentur, Domine.

Ps. 84. **V.** Vias tuas Dñe, notas fac mihi: & semitas tuas edoce me. **Alleluia, alleluia.** **V.** Ostēde nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. **Alleluia.**

In ferijs Aduētus, quādo per Hebdomadam resumitur Missa de Dominica, non dicitur Alleluia, nec

versus sequens, sed tantū Graduale.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 21. c. **I**N illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Erunt signa in sole, & luna, & stellis: & in terris pressura gentium, præ confusione, sonitus maris, & fluctuū: arescentibus hominibus præ timore, & expectatio ne, quæ superueniēt vniuerso orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna, & maiestate. His autem fieri incipiētibus, respicite, &

leuāte capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Vidēte ficulneam, & omnes arbores: cum producūt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas: Ita & vos, cū videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Amē dico vobis: quia nō præteribit generatio hæc donec omnia fiāt. Cælum & terra transibūt: verba autē mea nō transibūt. **dicitur Credo.**

Offertorium. Ad te leuaui animā meam: Deus meus, in te confido, non erubescam: neque irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur.

Secreta.

HÆc sacra nos Domine, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per Dominum.

De S. Maria. Secreta.

IN mentibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptū de virgine Deū verū, & hominem confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiā.

Si dicit vltimo loco, terminat sic, Per eundem Dominum.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Secreta.

PRôtege nos, Dñe, tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis rebus inhæretes, & corpore tibi famulēmur, & mente. Per Dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

OBlātis, quæsumus, Domine, placāre muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dñm.

Cōmunio. Dominus dabit benig-

gnitatem: & terra nostra dabit fructum suum. *Postcommunio.*

Suscipiamus, Domine, misericordiam tuam in medio templi tui: vt reparationis nostrae ventura solemniam, congruis honoribus praecedamus. Per Dominum.

De S. Maria. Postcommunio.

Gratiam tuam, quaesumus Domine, mentibus nostris infunde: vt qui, angelo nuntiante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Dominum. *fi dicatur vltimo loco.*

Contra persec. Ecclesiae. Postcom.

Quaesumus Domine Deus nos: vt quos diuina tribus participatione gaudere, humanis non sinas subiaccere periculis. Per Dominum nostrum.

Vel pro Papa. Postcommunio.

Haec nos, quaesumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiae tuae praesse voluisti, vnà cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dominum. *Dicitur, Benedicamus Domino.*

Et sic seruetur, quoties nō dicitur, Gloria in excelsis Deo.

Infra Hebdomadam si dicenda sit Missa de Feria, resumitur Missa de Dominica praecedenti, nisi propria Missa assignetur.

Cum vero in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Vigilijs, & Rogationibus dicitur Missa de Festo duplici, vel semiduplici occurrēte, semper fit commemoratio de Feria. Et pro commemoratio Feriarum Aduentus dicitur Oratio Dominica praecedētis: nisi sint Quatuor tempora, in quibus habetur Oratio propria.

DOMINICA SECVNDA

Aduentus.

Statio ad S. Crucem in Ierusalem.

Introitus.



Opulus Sion, ecce Dominus veniet ad saluandas gentes: & auditam faciet Dominus gloria vocis suae, in

II. 30.

laetitia cordis vestri. *Psal.* Qui regis Israel, intende: q̄ deducis, velut ouem, Ioseph. *Gl.* Gloria. *Non dicitur, Gloria in excelsis.* *Oratio.*

Psal. 79.

Excita Domine corda nostra ad praeparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum.

De S. Maria. Oratio.

Deus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero, Verbum tuum, angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiueamur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiae tuae praesse voluisti, propiti⁹ respice, da ei, quaesumus, verbo & exemplo, quibus praest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum. *Vel contra persecutores Ecclesiae. Oratio. Ecclesiae tuae, quaesumus, vt in Dominica praeterita. fol. I.*

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Quaecumq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeam⁹.

Rom. 15. 2

Deus autem patiētīæ & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrū secundum Iesum Christū: vt vnanimēs, vno ore honorificetis Deū, & patrem Dñi nostri Iesu Christi. Propter quod suscepit inuicē, sicut & Christus suscepit vos in honorē Dei. Dico enim, Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptū est. Propterea cōfitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eū omnes populi. Et rursū Isaias ait. Erit radix Iesse; & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autē spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundētis in spe, & virtute Spiritus sancti. **Graduale.**

Pfal.
49. **E**x Siō species decoris eius: Deus manifeste veniet. **ψ.** Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia.

Pfal.
121. **A**lleluia, alleluia. **ψ.** Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt.
23. **I**n illo tempore: Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittēs duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis. Eūtes renūtiatē Ioāni, quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulāt, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizātur. Et beatus est, qui non fuerit scan-

dalizatus in me. Illis autē abeūtīb^o, cæpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre? Arundinē vento agitātā? Sed quid existis vidēre? Hominem mollibus vestitum? Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regū sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quā prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est. Ecce, ego mitto angelum meum antefaciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. **C**redo.

Offertorium.

Deus tu conuertens viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te: ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutāre tuum dā nobis.

Secreta.

Placāre, quæsumus Domine, humilitatis nostræ precibus, & hostijs: & vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre præsidijs. Per Dominum.

De S. Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine Deum verum & hominem confitemur: pereius salutiferæ resurrectionis potentiā, ad æternam mereamur peruenire lætitiā.

Pro Papa Secreta.

Oblātis, quæsumus Dñe, placāre muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ. Secreta. Prôtege nos Domine.

vt in Dominica præcedenti. fol. 2.

Cōmunio. Ierusalem surge, & sta in excelsis: & vide iucunditatem, quæ veniet tibi à Deo tuo. Postcō.

Re-

Pfal.
84.

Baruc
4. & 5.

R Eplēti cibo spiritualis alimoniae, supplices te, Domine, deprecāmur: vt huius participatione mysterij, doceas nos terrena despiciere, & amare caelestia. Per Dñm.

De S. Maria. Postcommun.

G Ratiam tuam, quęsumus Domine, mētibus nostris infunde, vt qui, angelo nuntiāte, Christi filij tui incarnationē cognouim⁹: per passionem eius, & crucem, ad resurrectionis gloriā perducāmur.

Pro Papa. Postcommunio.

H Æc nos, quęsumus Dñe, diuini sacramēti perceptio prōtegit: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, vnā cum cōmisso sibi grege saluet sēper, & muniat. Per Dñm.
Vel contra persecutores Ecclesię. Postcōmu. Quęsumus Dñe Deus. vt in Dominica pręcedenti. fol. 3.

DOMINICA TERTIA
Aduentus.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

Audēte in Dño semper: iterum dico, gaudēte: modestia vestrā nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est: nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, petitiones vestrę innotescāt apud Deum. *Ps.*

Benedixisti, Domine, terram tuā: auertisti captiuitatē Iacob. *V.* Gloria Patri, & Filio. *Nondicitur, Gloria in excelsis Deo. Oratio.*

A Vrem tuam, quęsumus Domine, precibus nostris accōmoda: & mentis nostrę tenebras, gratia tuę visitationis illustra. Qui viuus & regnas cum Deo Patre in vnitāte Spiritus sancti Deus: per omnia sęcula sęculorum. Amen.

De S. Maria. Oratio.

D Eus, qui de beatę Marię virginis vtero, Verbum tuū, angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

E Cclesię tuę, quęsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa. Oratio.

L eus omnium fidelium pastor.

vt in prima Dominica. fol. 1.

L ectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Philippenes.

F Ratres. Gaudēte in Domino semper: iterum dico, gaudēte. Modestia vestrā nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actiōne, petitiones vestrę innotescāt apud Deū. Et pax Dei, quę exuperat omnē sensum, custodiat corda vestrā, & intelligentias vestrās: ī Christo Iesu Dño nostro. *Phil. 4. a*

*Graduale. Qui sedes, Domine, super Cherubim, excita potentiam tuam, & veni. *Ps.* 79.*

Q ui regis Israēl, intende: qui deducis, velut ouem, Ioseph. **A**lleluia, alleluia. **V.** Excita, Domine, potētiam tuam, & veni: vt saluos facias nos. Alleluia. *Ibid.*

S equentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

I N illo tempore: Miserunt Iudei ab Ierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannem, vt interrogarēt eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est: *Ioan. 1. c*

A 3 quia

Phil. 4.



Psal. 84.

quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu: Et dixit: Nō sum. Propheta es tu? Et respōdit: Non. Dixerunt ergo ei. Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viā Dñi, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerāt, erāt ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu nō es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respōdit eis Ioannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrū stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me vēturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, vt soluiam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. **Credo. Offertorium.**

Psal.
84.

Benedixisti Dñe terram tuā: auertisti captiuitatem Iacob: remisisti iniquitatem plebis tuæ. **Secreta.**
De uotionis nostrę tibi, quęsumus Dñe, hostia iugiter immoletur: quę & sacri peragat instituta mysterij, & salutare tuū in nobis mirabiliter operet. Per Dñm.

De S. Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quęsumus Domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui cōceptum de virgine Deum verum, & hominem confitemur: per eius salutiferę resurrectionis potentiā, ad æternam mereāmur peruenire latitiam.

Cōtra persecutores Eccl. Secreta.

Protege nos, Domine, tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulēmur, & mēte. Per Dominum.
Vel pro Papa. Secreta. Oblātis.

vt supra in **Dominica prima. f. 3.**

Cōm. Dicite, Pusillānimes cōfortamini, & nolite timere: ecce Dñs veniet, & saluabit nos. **Postcō.**

Isaiæ
35.

Imploramus Domine, clementiā tuam: vt hæc diuina subsidia a vitijs expiatos, ad festa ventura nos preparent. Per Dominum.

De S. Maria. Postcommun.

Gratiam tuam, quęsumus Domine, mētibus nostris infunde: vt qui, angelo nuntiāte, Christi filij tui incarnationē cognouim⁹: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriā perducāmur.

Cōtra persecutores Eccl. Postcō.

Quęsumus Domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per.

Vel pro Papa. Postcommun.

Hæc nos. vt in j. Dominica. fol. 3.

F E R I A Q V A R T A

Quatuor Temp. Aduentus.

Statio ad S. Mariam maiorem. Intr.



Orāte cęli desuper, & nubes pluant iustum: aperiat terra, & germinet Saluatorem. **Psalm.**

Isaiæ
45.

Cęli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Psal.
18.

v. Gloria Patri. post Kyrie eleis. immediate dicitur, Orēmus. Flectamus genua. & Leuate. Oratio.

Prestā, quęsumus omnipotens Deus: vt redemptionis nostrę ventūra solēnitas: & pręsentis nobis vitę subsidia conferat, & eterne beatitudinis p̄mia largiatur. Per.

LECTIO Isaię Prophetę.

In diebus illis: Dixit Isaias propheta. Erit in nouissimis diebus pręparatus mons domus Domini

Isaiæ
2. a

in

in vertice montium: & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes. Et ibūt populi multi, & dicent. Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbū Domini de Ierusalem. Et iudicabit gentes: & arguet populos multos. Et constabūt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebūtur vltra ad prēlium. Dominus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini Dei nostri.

Psal.
23.
Gradu. Tollite portas principes vestras: & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex glorię. *Ps.* Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde.

Hic dicitur. Dominus vobiscū. *Ps.* sine Flectamus genua. **Oratio.**

Festina, quesumus Domine, ne tardaueris: & auxiliū nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui consolationibus subleuentur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuus & regnas.

De S. Maria. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, Verbum tuum, angelo nūtiante, carnē suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt, q̄ vere eā genitricē Dei credimus, ei⁹ apud te intercessionib⁹ adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum **N** quem pastorem Ecclesię tuę præfesse voluisti, propitiū respice: da ei q̄sumus, verbo & exēplo, quibus præest, proficere, vt ad vitam vna cum grege sibi credito, perue-

niat sempiternam. Per Dominum. **Vel contra persecutores Ecclesię.** **Oratio.** Ecclesię tuę. vt in Dominica præterita. fol. 5.

Lectio Isaia propheta.

In diebus illis: Locutus est Dñs ^{Iſaie} ^{7. b} ad Achaz, dicēs. Pete tibi signū a Dño Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo Dñm. Et dixit. Audite ergo domus David. Nūquid parum vobis est, molestos esse hominib⁹, q̄ molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dñs ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filiū: & vocabit nomē eius Emmanuel. Butyrū & mel cōmedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Graduale. Prope est Dñs omnib⁹ ^{Pſal.} ^{144.} inuocantibus eū, omnibus, qui inuocāt eum in veritate. *Ps.* Laudem Dñi loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomen sanctū eius. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Missus est Angelus ^{Luc.} ^{1. c} Gabriel a Deo in ciuitatē Galilæę, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatā viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David: & nomen virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Ave gratia plena, Dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cū audisset, turbata est in sermone ei⁹: & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angel⁹ ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiā apud Deū. Ecce concipies in vtero, & paries filiū: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius Altissimi vocabit̄. Et dabit illi Dñs Deus sedē David patris ei⁹: & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni ei⁹ nō erit finis.

Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.

Ifaiz 35. **Orationem.** Confortamini, & iam nolite timere: ecce enim Deus noster retribuet iudicium: ipse veniet, & saluos nos faciet. **Secreta.**

Accepta tibi sint, quæsumus Domine, nostra ieiunia: quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad sempiterna promissa perducant. Per Dominum.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine Deum verum & hominem, confitemur: per eius salutis feræ resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiã.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, quæsumus Domine, placare muneribus: & famulum tuum quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernã. Per Dñm.

Vel contra persecutores Eccl. Secr.

Protege nos. *vt in Dñica prat. f. 6.*

Ifaiz 7.

Communio. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. *Postcommun.*

Salutaris tui, Domine, munere satiati, supplices deprecamur:

vt cuius lætamur gustu, renouemur effectu. Per Dominum.

De S. Maria. Postcommun.

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: vt qui, angelo nuntiãte, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnã cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dñm. *Vel contra persecutores Ecclesiæ, Postcõm. Quæsumus Dñe Deus, vt in Dominica iij. fol. 6.*

F E R I A S E X T A

Quatuor temporum Aduentus.

Statio ad SS. duodecim Apostolos.

Introitus.



Rope es tu Domine, & omnes vię tuę veritas: in initio cognoui de testimonijis tuis, quia in æternũ tu es. *Pl. B eati ibid,*

immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. *v. Gloria. Oñ.*

Excita, quæsumus Dñe, potētiam tuã, & veni: vt hi, qui in tua pietate cõfidũt, ab omni citius aduersitate liberent. Qui viuus & regnas.

De S. Maria. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, Verbum tuũ, angelo nuntiante, carnẽ suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt, quæ vere eã genitricẽ Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. *Cõtra persecutores Ecclesiæ. Oñ.*

Ecclesię tuę, quæsumus Dñe, preces placatus admitte: vt destructis

aduersitatibus; & erroribus vniuersis, secūra tibi seruiat libertate. Per.
Vel pro Papa. Oſo. Deus omnium.
vt in feria iiii. præcedenti. fol. 7.

Lectio Isaiaꝛ propheta.

Hæc dicit Dñs Deus. Egredie tur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus Dñi: spiritus sapiētiaꝛ, & intellectus: spiritus cōsiliij, & fortitudinis: spiritus sciētiaꝛ, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum indicabit: neque scundū auditum aurii arguet: sed indicabit in iustitia pauperes, & arguet in equitate pro mansuetis terræ. Et percutiet terrā virga oris sui: & spiritu labioꝝ suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renū eius.

Graduale. O stēde nobis, Dñe, misericordiam tuā: & salutare tuū da nobis. **V.** Benedixisti, Dñe, terrā tuam: auertisti captiuitatē Iacob. **Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.**

In illo tempore: Exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabēth. Et factū est, vt audiuit salutationem Marię Elisabēth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est Spiritu sācto Elisabēth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidisti: quoniam perficietur ea, quę di-

cta sunt tibi à Domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus in Deo salutari meo. **Offertorium.**

Deustu cōuertēs viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te: ostēde nobis Domine misericordiam tuā, & salutare tuū da nobis. **Secreta.**

Mvneribus nostris, quęsumus Domine, precibusque suscipitis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clemēter exaudi. Per Do.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quęsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine Deum verum & hominem, confitemur: per eius salutiferā resurrectionis potentiam, ad æternā mereamur peruenire lætitiā.

Contra persecutores Eccl. Secreta.

Protege nos, Domine, tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis reb⁹ inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

Vel pro Papa. Oblatis, quęsumus.
vt in feria iiii. præcedenti. fol. 8.

Commun. Ecce Dominus veniet, Zach; & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. **Postcommun.**

Tvi nos, Dñe, sacramēti libatio sancta restauret: & à vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire cōsortium. Per Dñm.

De S. Maria. Postcommun.

Gratiam tuam, quęsumus Domine, mētibus nostris infunde: vt qui, angelo nūtiante, Christi filij tui incarnationē cognouimus: per passionem eius & crucē, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Contra persecutores Eccl. Postcommun.

Quęsumus Dñe Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō si-

subiacere periculis Per Dominū.

Vel pro Papa. Postcommun.

Hæc nos. vt in feria iij. fol. 8.

S A B B A T O

Quatuor temporum Aduentus.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

Rf. 79.



Ibi. l.

Eni, & ostende nobis faciem tuam Domine, qui sedes super Cherubim: & salui erimus.

Psalmus. Qui regis Israël, intende: q̄ deducis, velut ouē, Ioseph. **V.** Gloria Patri. **Post Kyrie** eleison. **dicitur,** Oremus. Flectamus genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

Deus qui conspicias, quia ex nostra prauitate affligimur: concede propitius: vt ex tua visitatione consolēmur. Qui viuus.

Lectio Isaiā Prophetæ.

Maie 39. d.

In diebus illis: Clamabunt ad Dominum à facie tribulātis: & mittet eis Saluatorē, & propugnatorem, qui liberet eos. Et cognosce tur Dominus ab Ægypto; & cognoscēt Ægyptij Dñm in die illa, & colent eum in hostijs & muneribus: & vota vouebunt Dño & soluēt. Et percutiet Dñs Ægyptū plaga, & sanabit eam: & reuertētur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos Dominus Deus noster.

Fl. 18.

Graduale. A summo cælo egressio eius: & occurfus eius vsq. ad summū eius. **V.** Cæli enarrant gloriā Dei: & opera manuum eius annūtiat firmamentum. **Oremus.** Flectamus genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

Concede, q̄ sumus omnipotēs De⁹: vt q̄ sub peccati iugo, ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti Filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecū viuūt, & regnat ī vnitate Spūs s̄cti De⁹.

Lectio Isaiā prophetæ.

Hæc dicit Dominus. Latabit̄ ^{Isaiā 35.} deserta & inuia: & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinās germinabit: & exultabit letabūda, & laudās. Gloria Libani data est ei: decor Carmeli & Sarō; ipsi videbūt gloriā Domini: & decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas: & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Cōfortamini, & nolite timere. Ecce De⁹ noster vltionē adducet retributionis: De⁹ ipse veniet, & saluabit nos. Tūc aperientur oculi caecorum: & aures surdorū patebunt. Tunc saliet, sicut ceruus, claud⁹: & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aque, & torrētes in solitudine. Et q̄ erat arida, erit in stagnum: & sitiens, in fontes aquarum. Ait Dominus omnipotens.

Graduale. In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tamquam sp̄o ^{Fl. 18.} sus procedens de thalamo suo.

V. A summo cælo egressio eius: & occurfus eius vsque ad summum eius. **Oremus.** Flectamus genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

Indignos nos, q̄s Domine, famulos tuos, quos actionis propriæ culpa contristat: vnigeniti Filij tui aduentu lætificā. Qui tecum viuūt.

Lectio Isaiā Prophetæ.

Hæc dicit Dñs. Super montem ^{Isaiā 42. b.} excelsum ascēde tu, qui euāgelizas Siō: exalta in fortitudine vocem tuā, qui euāgelizas Ierusalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iuda: ecce Deus uester: ecce Dñs Deus in fortitudine veniet: & brachiū eius dominabitur. Ecce merces eius cū eo: & opus illius corā ipso. Sicut pastor, gregē suum pascet: in brachio suo cōgregabit

gabit agnos: & in sinu suo leuabit eos, Dñs Deus noster. **Graduale.**

Dñe Deus virtutū cōuerte nos: & ostēde faciē tuā, & salui erimus.

✠. Excita Dñe potentiā tuā, & veni: vt saluos facias nos. **O** remus. **Flectam**⁹ genua. **R.** Leuate. **Oro.**

Rēsta, quēsumus omnipotens Deus: vt Filij tui ventūra solēnitas, & prēsēntis nobis vitę remedia conferat, & prēmia ęterna concedat. Per eundem Dominum.

Lectio Iſaię propheta.

Hęc dicit Dñs christo meo Cyro: cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciē eius gentes, & dorsa regum vertam: & aperiam corā eo iānuas: & portę nō claudentur. Ego ante te ibo: & gloriosos terrę humiliabo. Portas ęreas conteram, & vęctes ferreos confringā. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias, quia ego Dñs, qui voco nō mē tuum, Deus Israēl: propter Iacob seruū meum; & Israēl electum meū: & vocaui te nomine tuo: affimilauī te, & non cognouisti me. Ego Dominus, & nō est amplius: extra me nō est De⁹. Accinxi te, & nō cognouisti me: vt sciant hi, qui abortu solis, & q̄ ab occidēte: quoniam absq̄. me non est Deus. Ego Dominus, & nō est alter: formans lucem, & creās tenebras: faciēs pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hęc. **Rorāte** cęli desuper, & nubes pluant iustū: aperiatur terra, & germinet Saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego Dominus creauī eum. **Graduale.**

Excita Dñe, potentiā tuā, & veni, vt saluos facias nos. **✠.** Qui regis Israēl, intēde: q̄ deducis, velut ouem, Ioseph: qui sedes super Che-

rubim, appāre corā Ephraim, Benjamin, & Manassē. **O** remus. **Flectamus** genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

Preces populi tui, quęsumus Domine, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pietatis tuę visitatione cōsolēmur. Qui viuīs & regnas.

Lectio Danielis Propheta.

In diebus illis: Angelus Dñi descendit cum Azaria, & socijs eius in fornācem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa, est super fornacē cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldejs ministros Regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quidquam molestię intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabāt, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes.

Hic nō respondetur, Deo gratias. **Hymnus.**

Benedictus es Domine Deus **ibid.** patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Et benedictum nomen glorię tuę, quod est sanctum. Et laudabile, & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in templo sancto glorię tuę. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuę. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedict⁹ es qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Bene-

Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Benedicant te cæli, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Et laudabili, & glorioso in sæcula.

Sicut erat in principio, & nunc, & sæper: & in sæcula sæculorū, Amen. Et laudabili, & glorioso in sæcula.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Hic dicitur Dominus vobiscum, sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nō exūrat flāma vitiorum. Per Dñm.

De S. Maria. Oratio.

Deus, qui de beatæ Mariæ virginis utero, Verbum tuum, angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem Dei credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, ppitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam, vnā cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum.

Vel contra persecutores Ecclesiæ.

Oratio. Ecclesiæ tuæ: vt in feria vj. præcedenti. fol. 8.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Fratres. Rogamus vos per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ cōgregationis in ipsum: vt nō cito moueamini a vestro sēsū, neque terreamini, neque per spiritū, neque per sermonem, neque per epistolā tamquam per nos missam, quasi instet dies Dñi. Ne quis vos seducat vllō modo: quoniam, nisi venerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus. Non retinetis, quòd cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat, scitis: vt reueletur in suo tempore. Nā mysteriū iam operatur iniquitatis: tātum vt qui tenet nūc, teneat, donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. *Tractus.*

Oui regis Israël, intēde: qui deducis, velut ouem, Iosēph. *v.* Qui sedes super Cherubim, appare corā Ephraim, Benjamin, & Manasse. *v.* Excita Domine potentiā tuam, & veni, vt saluos facias nos.

Euangelium. Anno quintodecimo. vt in Missa seq. Dominica. fol. 14.

Offertorium. Exulta fatis filia Sion, prædica filia Ierusalem: ecce rex tuus venit tibi sanctus, & saluator. *Zach. 9.*

Secreta.

Sacrificijs præsentibus, quæsumus Domine, placatus intēde: vt & deuotioni nostræ proficiant, & salutī. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

De

De S. Maria. *Secreta.*

IN mentibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine Deum verum, & hominē confitemur: per eius salutaræ resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiā.

Pro Papa. *Secreta.*

Oblatis, quæsumus, Domine, placare muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dominū. *Vel contra persecutores Ecclesiæ. Secreta. Prôtege nos Domine. vt in feria vj. præcedenti. fol. 9.*

Cōmunio. *Exultauit vt gigas ad currendam viam: à summo cælo egressio eius, & occurfus eius vsq. ad summum eius. Postcommun.*

Quæsumus Domine Deus noster: vt sacrosancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti: & præfens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum.

De S. Maria. *Postcommun.*

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mētibus nostris infunde: vt qui, angelo nuntiāte, Christi filij tui incarnationē cognouim⁹: per passionem eius & crucē, ad resurrectionis gloriam perducāmur.

Pro Papa. *Postcommunio.*

Hæc nos, quæsumus Dñe, diuini sacramēti perceptio protegat: & famulū tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnā cum cōmisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dñm.

Vel contra persecutores Ecclesiæ.

Postcommunio.

Quæsumus Domine Deus noster. *vt in feria vj. præcedenti. fol. 9.*

DOMINICA QVARTA

Aduentus.

Statio ad SS. duodecim Apostolos.

Introitus.



Orate cæli desuper, & I. 45.
nubes pluant iustum:
aperiatur terra, &
germinet Saluatorem.

Psal. Cæli enarrant Psal. 18.

gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

v. Gloria Patri. Oratio.

Excita, quæsumus Dñe, potentiam tuam, & veni, & magna nobis virtute succurre: vt per auxiliū gratiæ tuæ, quod nostra peccata p̄pediūt, indulgētia tuæ p̄pitiatio nis acceleret. Qui viuīs & regnas.

De S. Maria. *Oratio.*

Deus, qui de beatę Marię virgīnis vtero, Verbū tuum, angelo nuntiāte, carnē suscipere voluisti: præsta supplicib⁹ tuis, vt q̄ vere eā genitricē Dei credimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur.

Cōtra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

Ecclēsiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secūra tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa. Oratio. Deus omnium. vt in sabbaro præcedenti. fol. 12.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorū Dei. Hic iā quæritur inter dispensatores, vt fidelis q̄s inueniatur. Mihi autē pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsū iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificat⁹ sum.

I. Cor. 4. a

Qui

Qui autē iudicat me, Dñs est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū. Et tunc laus erit vnicuique a Deo.

psal.
144.

Graduale. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate.

V. Laudem Domini loquētur os meum: & benedicat oīs caro nomen sanctum eius. **A**lleluia, alleluia. **V.** Veni Dñe, & noli tardare: relaxa facinora plebis tuę Israēl. **A**lleluia. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc.
3.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herodæ, Philippo autē fratre eius tetrarcha Ituræ & Thraconitidis regionis, & Lyfania Abilinq̄ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium, in deserto. Et venit in omnē regionem Iordanis, prædicās baptismum penitentię in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. **C**redo.

Luc.
1.

Offertorium. **A**ue Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. **Secreta.**

Sacrificijs præsentibus, quæsumus Domine, placatus intēde: vt & deuotioni nostræ proficiant,

& saluti. Per Dominum nostrum.

De S. Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quæsumus Domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptū de virgine Deum verum & hominē confitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potentiam: ad æternam mereamur peruenire latitiam.

Contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos Domine, tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis rebus in hærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominū.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis, quæsumus Domine, vt in Sabbato præcedenti. fol. 13.

Communio. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. **Postcommunio.**

Sumptis muneribus, quæsumus Domine, vt cū frequentatione mysterij, crescat nostræ salutis effectus. Per Dominum nostrum.

De S. Maria. Postcommunio.

Gratiam tuā, quæsumus Dñe, mentibus nostris infunde: vt qui, angelo nuntiante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius & crucē, ad resurrectionis gloriam perducāmur.

Contra persecutores Ecclesię. Postcommunio.

Quæsumus Domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dñm nostrum Iesum Christum.

Vel pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos, quæsumus Domine, vt in Sabbato præcedenti. fol. 13. Si vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica, totū officium Missæ fit de Vigilia, cum commemorata-

moratione Dominica: sed non legitur eius Euangelium in fine.

I N V I G I L I A
Natiuitatis Domini.

Statio ad S. Mariā maiorē. **Introit.**

Odie sciētis, quia veniet Dominus, & saluabit nos: & mane videbitis gloriam eius. **Psalm.** Domini est terra,

& plenitudo eius: orbis terrarum, & vnuerſi qui habitant in eo. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui nos redēptionis nostræ annua expectatione letificas: præſta, vt Vnigenitum tuum, quem redemptorem læti suscipimus, venientem quoque iudicē securi videamus, Dñm nostrum Iesum Christū filium tuū. Qui tecū.

Et dicitur hæc oratio tantum, nisi Vigilia venerit in Dominica.

Iectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Euāgeliū Dei, quod ante promiserat p̄ prophetas suos in scripturis sãctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē: qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritū sanctificationis, ex resurrectione mortuorū Iesu Christi Dñi nostri. Per quē accepimus gratiam & apostolatū, ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius: in quibus estis & vos vocati Iesu Christi Domini nostri. **Graduale.**

Hodie sciētis, quia venit Dñs, & saluabit nos: & mane videbitis gloriam ei⁹. **V.** Qui regis Israël, intēde: qui dedūcis, velut ouē, Ioseph: q̄ se des super Cherubim, appāre corā

Ephraim, Beniamin, & Manasse. **Non dicitur Alleluia, cum sequēti Versu nisi hæc Vigilia venerit in Dominica.** Alleluia, alleluia.

V. Crastina die delebitur iniquitas terræ: & regnabit super nos Saluator mundi. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Cum esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph: antequam conuenirēt, inuenta est in vtero habens de Spiritu sãcto. Ioseph autē vir eius, cum esset iustus, & nollet eā tradūcere: voluit occulte dimittere eam. Hęc autem eę cogitante, ecce Angelus Dñi in somnis apparuit ei, dicens. Ioseph fili Dauid, noli timēre accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sãcto est. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluū faciet populum suum a peccatis eorum.

Offert. Tollite portas, principes, vestras, & eleuamini portę eternales, & introibit rex glorię. **Secreta.**

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt sicut adoranda Filij tui natalitia præuenimus: sic eius munera capiam⁹ sempiterna gaudētes. Qui tecū viuit, & regnat.

Communio. Reuelabitur gloria Domini: & videbit omnis caro salutare Dei nostri. **Postcommun.**

DA nobis, quæsumus Domine, Vnigeniti filij tui recēſita natiuitate respirare: cuius cælesti mysterio nascimur, & potāmur. Per eundem Dominum.

Sacerdos quoniam in die Natalis Domini celebrat tres Missas, in prima & secunda Missa non sumat purificationem, sed in tertia Missa tantum.



IN NATIUITATE

DOMINI,

Ad primam Missam in nocte.

Statio ad sanctam Mariam maiorem ad Praesepe. *Introtus.*

Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Ps.* Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania? *Gloria Patri. Ofo.*

Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da quaesumus: vt, cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius quoque gaudium viuunt & regnat.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Titum.

Charissime. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri oibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietate, & saecularia desideria: sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Haec loquere, & exhortare: in Christo Iesu Domino nostro.

Graduale. Tecum principium in die virtutis tuae: in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te. *V.* Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Alleluia, alleluia. *V.* Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Alleluia. *S*equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Exijt edictum a Caesare Augusto, vt describeret vniersus orbis. Haec descriptio prima, facta est a praefide Syriae Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur, singuli in suam ciuitate. Ascendit autem & Ioseph a Galilaea de ciuitate Nazaret, in Iudaeam, in ciuitatem Dauid, quae vocatur Bethleem: eo quod esset de domo, & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, praegnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum: & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepe: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos: & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum: & positum in praesepe. Et

subito facta est cum Angelo multitudine militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium. Gloria in Altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. **Credo.**

Ps. 95. Offertorium. Latentur cæli, & exultet terra ante faciem Domini: quoniam venit. **Secreta.**

Accepta tibi sit, Domine quesumus, hodiernæ festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiēte, per hæc sacrosancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum viuūt & regnat.

Præfatio. Quia per incarnati,

Et dicitur quotidie vsque ad Epiphaniam, præterquam in die Octaua sancti Ioannis. **Infra actionem.**

Communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes.

Et dicitur quotidie vsque ad octauam Natiuitatis inclusiue: sed in hac Missa tantum dicitur, noctem, deinceps vero diem.

Psal. 109. Communio. In splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. **Postcommunio.**

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster: vt qui natiuitatem Domini nostri Iesu Christi mysterijs nos frequentare gaudemus: dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire confortium. Qui tecum.

Debet Sacerdos etiam ante sequentes Missas confessionem dicere, & in fine cuiuslibet, populo benedicere, & Euangelium sancti Ioannis, in principio erat verbum, legere, vt infra. fol. 20.

Post tertiam vero Missam, loco prædicti Euangelij dicitur Euangelium, Cum natus esset Iesus, quod habetur in die Epiphaniæ. fol. 37.

A D SECUNDAM MISSAM

in Aurora.

Statio ad S. Anastasiam. Introitus.



Vx fulgebit hodie super nos: quia natus est nobis Dominus: & vocabitur admirabilis, Deus, princeps pacis, pater futuri sæculi: cuius regni non erit finis. **Psalm.** Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. **¶ Gloria Patri. Oratio.**

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt qui noua incarnati Verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem Dominum.

Pro comme. S. Anastasiæ. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus: vt qui beatæ Anastasiæ martyris tuæ solemnia colimus: eius apud te patrociniã setiamus. Per Dominum.

LECTIO Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Titum.

Charissime. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quæ effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ: in Christo Iesu Domino nostro.

Graduale. Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis. **¶ A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Alleluia, alleluia.**

¶ Do-

¶ Do-

¶ Do-

Pfal. 92. **✠** Dominus regnauit, decore induit: induit Dñs fortitudinem, & præcinxit se virtute. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 2, b. **I**n illo tempore: Pastores loquebantur ad inuicem. Trãseamus vsque Bethleem: & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et uenêrunt festinãtes: & inuenêrunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem, cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de púero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt de his, quæ dicta erãt à pastoribus ad ipsos. Maria autem cõseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sũt pastores, glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierãt, & uiderãt: sicut dictum est ad illos. **Credo.**

Pfal. 81. **O**rationum. **D**eus firmauit orbem terræ, qui nõ commouebitur: parata sedes tua, Deus, ex tunc, à sæculo tu es. **Secreta.**

Muina nostra, quæ sumus Domine, natiuitatis hodiernæ mysterijs apta proueniant, & pacem nobis semper infundant: ut sicut homogenitus idẽ refulsit & Deus; sic nobis hæc terrena substantia conferat quod diuinum est. Per eundem Dominum.

Pro S. Anastasia. Secreta.

Accepe, quæsumus Domine, munera dignanter oblata: & beatę Anastasię martyris tuę suffragantibus meritis, ad nostrę salutis auxiliũ prouenire cõcede. Per Do.

Præfatio, & Communicantes, ut supra in prima Missa.

Zach. 9. **C**ommunio. **E**xulta filia Sion, lauda filia Ierusalé: ecce Rex tuus ve-

nit sanctus, & saluator mundi.

Postcommunio.

Huius nos, Domine, sacramenti semper nouitas natalis instaret: cuius natiuitas singularis humanam repulit uerultatem. Per eundem Dominum nostrum.

Pro S. Anastasia. Postcommun.

Satiasti, Domine, familiã tuam smuneribus sacris: eius, quæsumus, interuẽctione nos refoue, cuius solẽnia celebrãmus. Per Dominũ.

AD TERTIAM MISSAM
indie Natiuitatis Domini.

Statio ad sanctam Mariam maiorem.

Introitus.



Ver natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super húmerum eius: & uocabitur nomen eius magni consilij angelus. **Psalms.**

Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. Per eundem Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Multifariã, multisque modis olim Deus loquẽs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: quem constituit heredem uniuersorum: per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splendor glorię, & figura substantiæ eius, portansque omnia uerbo uirtutis suæ: purgationem peccatorũ faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis

gelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursus. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit. Et adorant eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit angelos suos, spiritus, & ministros suos, flammam ignis. Ad filium autem: Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, De^o tuus, oleo exultationis præ participib⁹ tuis. Et, Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanēbis: & omnes vt vestimentū veterascēt. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autē idem ipse es, & anni tui non deficient.

Psal.
97.

Graduale. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri: iubilate Deo omnis terra. **V.** Notum fecit Dominus salutare suum: ante cōspectum gentium reuelauit iustitiam suam. **A**lleluia, alleluia.

V. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes, & adorate Dominum: quia hodie descendit lux magna super terram. Alleluia.

Initium sancti Euangelij secundum Ioannem.

Ioan.
1.2

In principio erat verbū: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbū. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ

eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre,) plenum gratiæ, & veritatis. **C**redo.

Hic
Gou.
Hic.
tur.

Offertorium. Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ.

Psal.
88.

Secreta.

Oblata Domine munera, noua Vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem Dominum nostrum.

Præratio, & Communicantes, vt supra in prima Missa.

Communio. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

Psal.
97.

Postcommunio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuunt & regnat.

IN FESTO SANCTI

Stephani Protomartyris.

Statio ad S. Stephanū in Cælio monte.

Introitus.

Edérunt principes, & aduersum me loquebantur: & iniqui persecuti sunt me: adiua me, Domine

Deus meus, quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus.

Psal.
118.

Ebdé.

Psalms. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

V. Gloria Patri. **Oratio.**

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quòd colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Et sic commemor. de Natiuit.

Oratio.

Concede, quæsumus omnipotēs De⁹: vt nos Vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. Per eundem Dominū.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis. Stephan⁹ plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidā de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterāt resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur. Audientes autem hæc, disccebantur cordibus suis: & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset Stephanus plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam

Ac.
6. bCap.
7. 51

Dei, & Iesum stantē à dextris virtutis Dei, & ait. Ecce video cælos apertos: & filium hominis stantē à dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas: & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eicientes eum extra ciuitatem, lapidabant. Et testes deposuerunt uestimēta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantē, & dicentem. Domine Iesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicens. Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino.

Graduale. Sedérunt principes, & aduersum me loquebantur: & iniqui persecuti sunt me. **V.** Adiua me Domine Deus meus: saluum me fac propter misericordiā tuā.

Psal.
118.

Alleluia, alleluia. **V.** Video cælos apertos, & Iesum stantē à dextris virtutis Dei. Alleluia.

Ac.
7.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotum. Ecce, ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas: & ex illis occidētis, & crucifigētis: & ex eis flagellabitis in synagogis uestris: & persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram: à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ, filij Barachiz, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos,

Matt.
23. d

qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quæadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas: & noluisti? Ecce, relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: nõ me videbitis á modo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Credo. **Offertorium.**

aa.7. **F**legérunt Apostoli Stephanũ leuitam, plenum fide & Spiritu sancto: quem lapidauerunt Iudæi orantem, & dicentem: Domine Iesu, accipe spiritum meum, alleluia.

Secreta.

Svscipe, Domine, múnera, pro tuorum commemoratione Sãctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per Dominum.

De Natiuitate Domini. Secreta.

Oblata Domine munera, noua Vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eundem Dominum nostrum.

aa.7. **Communio.** **V**ideo cõelos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei: Domine Iesu, accipe spiritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum. **Postcommun.**

Avxilientur nobis Domine, sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectione confirmet. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuít & regnat, & c.

De Natiuitate. Postcommun.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuít & regnat.

I N F E S T O S A N C T I

Ioannis Apostoli & Euang.

Statio ad sanctam Mariam maiorem.

Introitus.



N medio Ecclesię aperuit os eius: & impleuit eum Dñs spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriæ induit eum. **Psal. P**onum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. **v.** Gloria Patri. **Orõ.**

Eccliam tuam Domine benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui & Euangelistę illumina nata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominum.

De Natiuitate. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus, vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

De S. Stephano. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Lectio libri Sapientiæ.

Qui timet Deum, faciet bona: **Ecclesi. 15. a**
& qui continens est iustitiæ, apprehendet illam: & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & nõ cõfundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. In medio Ecclesiæ aperiet os eius: & implebit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intel-

telleat: & stolam gloriæ induet eum. Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super eum: & nomine æterno hereditabit illum, Dominus Deus noster. **Graduale.**

Exijt sermo inter fratres, quòd discipulus ille non moritur: & non dixit Iesus, non moritur. **¶** Sed sic eum volo manere, donec veniam: tu me sequere. **A**llel. allel. **¶** Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his: & scimus quia verum est testimonium eius. Allelu.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus Petro: Sequere me. Cõuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentẽ: qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Dñe, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu. Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus. Sic eum volo manere donec veniã: quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quòd discipulus ille nõ moritur. Et nõ dixit ei Iesus, quia non moritur: sed, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimonium eius. **C**redo.

Offertorium. **I**ustus vt palma florabit: sicut cedrus, que in Libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

Suscipe Domine munera, quæ in eius tibi solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

De Natiuitate. Secreta.
Oblata Domine munera, noua Vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum no-

strorum maculis emunda.

De S. Stephano. Secreta.

Suscipe Domine munerera, pro tuorum cõmemoratione Sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per Dominum.

Præfatio, & Communicantes,

De Natiuitate. Communio.

Exijt sermo inter fratres, quòd discipulus ille non moritur: & non dixit Iesus, Non moritur: sed, Sic eum volo manere, donec veniam.

Ioan. 21.

Postcommunio.

Refecti cibo potuque cœlesti, Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dominũ.

De Natiuitate. Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

De S. Stephano. Postcommunio.

Avxiatiõem nobis Domine, sũpta mysteria: & intercedete beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectiõne confirmet. Per Dominum nostrum.

IN FESTO SANCTORVM

Innocentius.

Statio ad sanctum Paulum.

Introrsus.



Xore infantium, Deus, **ps. 8.**
& lactentium perfecti laudem propter inimicos tuos. **Palm.**

Domine Dominus noster, quã admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra! **¶** Gloria Patri. **Nõ dicitur** Gloria in excelsis, **nec Alleluia, nec** Ite Missa est, **nisi**

Ibid.

Hoc festū venerit in Dominica: sed in Octaua semper dicuntur. *Oso.*

Deus, cui⁹ hodierna die preconiūm Innocētes martyres nō loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorū mala mortifica: vt fidem tuā, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

De Natiuitate. Oratio.

Concede quæsumus omnipotēs Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

De S. tephano. Oratio.

DA nobis quæsumus Domine, imitari quod cōlimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiā pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

De S. Ioanne. Oratio.

Ecclēsiā tuam, Domine, benignus illustra: vt beati Ioannis Apōstoli tui & Euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apōstoli.

Apoc.
14.

IN diebus illis. Vidi supra montē Sion agnum stantē, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomē patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cælo tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam vocem tonitruui magni. Et vocem quam audiui, sicut citharædorum citharizantium in citharis suis. Et cantabāt quasi cāticum nouum ante sedem Dei, & ante quatuor animalia, & seniores. Et nemo poterat dicere canticum,

nisi illa cētū quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enī sunt. Hi sequuntur agrum, quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno: & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei. *Graduale.*

Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium. *V.* Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum, & terram. **A**lleluia, alleluia. *V.* Laudate pūeri Dominum, laudate nomen Domini. **A**lleluia.

Psal.
113.

Psal.
112.

Traçtus subscriptus sēper dicitur, pretermisso Alleluia, & *v.* sequente, nisi hoc festū venerit in Dñica.

In Octaua vero numquam dicitur.

Traçtus. Effuderunt sanguinem sanctorum, velut aquam in circuitu Ierusalem. *V.* Et nō erat qui sepeliret. *V.* Vindica Domine, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est super terram.

Pr. 78

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens. Surge, & accipe pūerū, & matrem eius, & fuge in Ægyptū, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurū est enim, vt Heródes quærat pūerum ad perdendum eum. Qui consurgēs accepit pūerum, & matrem eius nocte: & secessit in Ægyptū. Et erat ibi vsque ad obitū Heródis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentē. Ex Ægypto vocaui filium meum. Tunc Heródes, videns quoniā illusus esset à Magis:

Mat.
2. 15

iratus

iratus est valde. Et mittens, occidit omnes púeros, qui erāt in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimátu & infra, secundum tempus quod exquiserat à Magis. Tūc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicētem. Vox in Rama audita est, plorātus & ululatus multus, Rachel plorās filios suos: & noluit cōsolari, quia non sunt. **Credo.** **Offertorium.**

Anima nostra, sicut passer, erēpta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. **Secreta.**

Sanctorum tuorum, Domine, nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

De Natiuitate. Secreta.

Oblata Domine munera, noua Vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nos que à peccatorum nostrorum maculis emunda.

De S. Stephano. Secreta.

Suscipe Domine munera, pro tuorum commemoratione Sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

De S. Ioanne. Secreta.

Suscipe Domine munera, quæ sin eius tibi solemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

Communio. **V**ox in Rama audita est, ploratus & ululatus, Rachel plorans filios suos: & noluit cōsolari, quia non sunt. **Postcommunio.**

Votiuā, Domine, dona percipimus: quæ Sanctorū nobis precibus, & præsentis quæsumus vitæ, pariter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dominum.

De Natiuitate. Postcommunio.

Presta, quæsumus omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

De S. Stephano. Postcommunio.

Avxilientur nobis Domine, sumpta mylteria: & intercedete beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectione cōfirmet.

De S. Ioanne. Postcommunio.

Refecti cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hæc commemoratione percipimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum.

Si festum sancti Thomæ venerit in Dominica, transfertur in sequentem diem.

I N F E S T O S A N C T I Thomæ Episcopi & martyris.

Introitus.

Audemus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beati Thomæ martyris: de cuius passione gaudent angeli, & collaudant filium Dei. **Psalm.** Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. **v. Gloria.**

Oratio.

Deus pro cuius Ecclesia gloriosus pontifex Thomas gladijs impiorum occubuit: presta quæsumus: vt omnes qui eius implorant auxilium, petitionis sue salutarem consequantur effectum. Per Dñm.

De Natiuitate. Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

De S. Stephano. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

De S. Ioanne. Oratio.

ECclesiam tuam Domine, benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui, & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

De SS. Innocentibus. Oratio.

DEus, cuius hodierna die præconium Innocētis martyres nō loquēdo, sed moriēdo confessi sunt: omnia in nobis vitiorū mala mortifica: vt fidē tuam, quam lingua nostra loquitur, etiā moribus vita fateatur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRatres. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in ijs, quæ sūt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiā pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pōtifex fieret: sed qui locutus est ad eū: Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Quæadmodū & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Graduale. Ece sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

V. Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. **A**lleluia, alleluia. **V.** Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tēpore: Dixit Iesus Pharisæis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius nō sunt oues propria, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autē fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem: & animā meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audiēt: & fiet vnū ouile, & vn⁹ pastor. **C**redo.

Offertoriū. P osuisti Dñe, in capite ei⁹ coronā de lapide pretioso: vitā petijt à te, & tribuisti ei, allel. **Secr.**

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Thoma martyre tuo arque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

De Natiuitate. Secreta.

Oblata Domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda.

De S. Stephano. Secreta.

Suscipe Domine munera, pro tuorum commemoratione Sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

De S. Ioanne. Secreta.

Suscipe Domine munera, quæ in eius tibi solemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.

De SS. Innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum, Domine, nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum.

Communio. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. **Postcommun.**

Hæc nos comunio Domine, purget à crimine: & intercedente beato Thoma martyre tuo atque potissime: celestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

De Natiuitate. Postcommun.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuine nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

De S. Stephano. Postcommun.

Avilietur nobis, Dñe, supra mysteria: & intercedete beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectione confirmet.

De S. Ioanne. Postcommun.

Refecti cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus.

De SS. Innocentibus. Postcommun.

Votiuam Domine, dona percipimus: quæ Sanctorum nobis precibus, & præsentis quæsumus vitæ, pariter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dominum.

Si festum Natiuitatis Domini, S. Stephani, S. Ioannis Euangelistæ, & SS. Innocentium venerit in Domi-

nica, ipsa die nihil fit de Dominica: sed die proximo post festum S. Thomæ martyris dicitur Missa de Dominica. Si autem festum S. Thomæ venerit in Dominica, dicitur Missa de Dominica, cum commemoratione aliarum Octauarum, & festum S. Thomæ transfertur in secundam feriam.

Si vero post festum S. Thomæ fuerit Sabbatum, ipsa die Sabbati dicitur Missa de Octaua Natiuitatis, cum commem. aliarum Octauarum: & in die S. Siluestri fit officium de eo cum commemoratione Dominicæ, & Octauarum.

DOMINICA INFRA OCT. Natiuit. Domini. Introit.



Vm medium silentium tenèret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Dñe, de cælis à regalibus sedibus venit.

Psal. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

v. Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, dirige actus nostros in beneficio tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eundem Dominum.

De Natiuitate. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus, vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

De S. Stephano. Oratio.

Da nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam

Sap.
18.

Psal.
92.

pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

De S. Ioanne. Oratio.

Eccliam tuam Domine, benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

De SS. Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quã lingua nostra loquitur, etiã moribus vita fateatur. Per Dominum.

Leçtio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas.

Fratres. Quãto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo, cū sit dominus omnium: sed sub tutoribus & auctoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruietes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: vt eos, qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem: Abba, pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius: & heres per Deum.

Graduale. Speciosus forma præ filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. **V.** Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ ve lociter scribetis. **Alleluia, alleluia.**

V. Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. **Alleluia.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Erant Ioseph, & Maria mater Iesu, mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce, positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël: & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius: vt reueletur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua usque ad annos octogintaquatuor: quæ non discedebat de templo, ieiunans, & obsecrationibus seruies nocte, ac die. Et hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israël. Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. **Credo.**

Offertorium. Deus firmavit orbem terræ, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus ex tunc, à sæculo tu es. **Secreta.**

Concede, quæsumus omnipotens Deus: vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis piæ deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dominum.

De Natiuitate. **Secreta.**

Oblata, Domine, munera noua Unigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda,

De

Gal.
4.

Psal.
94.

Psal.
92.

Pf.
92.

Luc
2.C

De S. Stephano. *Secreta.*

Suscipe Dñe múnera, pro tuorũ commemoratione Sanctorũ: vt sicut illos passio gloriosos efficit, ita nos deuotio reddat innocuos.

De S. Ioanne. *Secreta.*

Suscipe Domine munera, quæ in eius tibi solemnitate defærimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.

De SS. Innocentibus. *Secreta.*

Sanctorum tuorum Domine, nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra cõciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

Communio Tolle púerum, & matrem eius, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim qui quærebant animam púeri. *Postcommun.*

Per huius Domine, operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum.

De Natiuitate. *Postcommun.*

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

De S. Stephano. *Postcommun.*

Avxilientur nobis Dñe, sumpta mysteria: & intercedete beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectione confirment.

De S. Ioanne. *Postcommun.*

Refecti cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices deprecamur, vt in cuius hæc commemoratione percépimus, eius muniamur & precibus.

De SS. Innocentibus. *Postcomm.*

Votiuâ Domine, dona percépimus: quæ Sãctorum nobis precibus, & præsentis, quæsumus

vita, pariter & aternæ tribue conferre subsidium. Per Dominum.

MISSA DE OCTAVA
Natiuitatis Domini. *Introitus.*



Ver natus est nobis, & *La. 9.*
filius datus est nobis: cuius imperium super húmerum eius: & vocabitur nomen eius,

magni consilij angelus. *Psal. C.* *Ant.* *Ps. 27.*
tate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. & Gloria Patri, & Filio, & c. *Oratio.*

Concede, quæsumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem.

De S. Stephano. *Oratio.*

Da nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui no- uit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

De S. Ioanne. *Oratio.*

Ecclẽsiam tuam Domine, benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui, & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

De SS. Innocentibus. *Oratio.*

Deus, cuius hodierna die præconium Innocetes martyres nõ loquedo, sed moriedo confessi sunt: omnia in nobis vitiorũ mala mortifica; vt fidem tuam, quã lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Titum.

Charissime. Apparuit benigni *Tr. 3.*
tas, & humanitas Saluatoris nostri

noſtri Dei: non ex operibus iuſti-
tiæ, quæ fecimus nos: ſed ſecundū
ſuam miſericordiam ſaluos nos fe-
cit, per lauacrū regenerationis, &
renouationis Spiritus ſācti, quem
effudit in nos abunde per Ieſum
Chriſtum Saluatorem noſtrum: vt
iuſtificati gratia ipſius, heredes ſi-
mus ſecundum ſpem vitæ æternæ:
in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Pſal.
97.

Graduale. Viderunt omnes fines
terræ ſalutare Dei noſtri: iubilate
Deo omnis terra. *W* Notum fe-
cit Dominus ſalutare ſuum: ante
conſpectum gentium reuelauit iu-
ſtitiam ſuam. **A**lleluia, alleluia.

W Dies ſāctificatus illuxit nobis:
venite gentes, & adorate Domi-
num: quia hodie deſcendit lux ma-
gna ſuper terram. Alleluia.

*S*equentia ſancti Euangelij ſecun-
dum Lucam.

Luc.
2. b

In illo tempore: Paſtores loque-
bantur ad inuicem: Trāſeamus
vſque Bethleem, & videamus hoc
verbum, quod factum eſt, quod fe-
cit Dominus, & oſtendit nobis. Et
venērunt feſtinantes: & inuenē-
runt Mariam, & Ioseph, & infan-
tem poſitum in præſepio. Viden-
tes autem, cognouērunt de verbo,
quod dictū erat illis de pūero hoc.
Et omnes qui audiērunt, mirati
ſunt de his, quæ dicta erant à paſto-
ribus ad ipſos. Maria autem con-
ſeruabat omnia verba hæc, confe-
rens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt
paſtores, glorificantes, & laudātes
Deum in omnibus, quæ audierant
& viderant: ſicut dictum eſt ad il-
los. **C**redo. **O**fferitorium.

Pſal.
88.

Tui ſunt cæli, & tua eſt terra: orbē
terrarum, & plenitudinem eius tu
fundasti: iuſtitia & iudicium præ-
paratio ſedis tuæ. **S**ecreta.

Oblata Domine munera, nouā
Vnigeniti tui Natiuitate ſan-
ctifica: noſque à peccatorum no-
ſtrorum maculis emunda. Per
eundem Dominum.

De S. Stephano. **S**ecreta.

Suſcipe, Domine, munera pro
tuorum commemoratione San-
ctorum: vt ſicut illos paſſio glo-
riosos effecit: ita nos deuotio red-
dat innocuos.

De S. Ioanne. **S**ecreta.

Suſcipe, Dñe, munera, quæ in ei-
tibi ſolēnitare deſerimus, cuius
nos cōfidim⁹ patrociniō liberari.

De SS. Innocentibus. **S**ecreta.

Sanctorum tuorum, Domine,
nobis pia non deſit oratio: quæ
& munera noſtra cōciliet, & tuam
nobis indulgentiam ſemper obti-
neat Per Dominum.

Communio. Viderunt omnes fi-
nes terræ ſalutare Dei noſtri. Pſal.
97.

Postcommunio.

Præſta, quæſumus omnipotens
Deus: vt natus hodie Saluator
mundi, ſicut diuinæ nobis genera-
tionis eſt auctor: ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum
viiuit & regnat.

De S. Stephano. **P**ostcommunio.

Avxiſentur nobis, Dñe, ſum-
pta myſteria: & intercedēte
beato Stephano martyre tuo, ſem-
piterna protectione confirmet.

De S. Ioanne. **P**ostcommunio.

Reſecti cibo, potuque cæleſti,
Deus noſter, te ſupplices de-
precamur: vt in cuius hæc comme-
moratione percēpimus, eius mu-
niamur & precibus:

De SS. Innocentibus. **P**ostcomm.

Votiuā Domine, dona perce-
pimus: quæ Sanctorū nobis
precibus, & præſētis quæſumus vi-
tæ,

æ, pariter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dominum.

Si festum S. Siluestri venerit in Dominica, dicitur Missa de eo, cum cõmemorat. Dñicæ, & Octauarũ.

IN FESTO SANCTI Siluestri Papæ & confessoris.

Introitus.



Acerdotes tui, Domine, induant iustitiam, & sancti tui exultent: propter David seruũ tuum non auertas faciem Christi tui. **Psal. Memento, Domine, David: & omnis mansuetudinis eius. V. Gloria. Oratio.**

DA, quæsumus omnipotens Deus: vt beati Siluestri confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas: & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Do. **De Natiuitate. Oratio.**

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

De S. Stephano. Oratio.

DA nobis quæsumus Domine, imitari quod cõlimus, vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

De S. Ioanne. Oratio.

Eccliam tuam, Domine, benignus illustra: vt beati Ioannis Apostoli tui & Euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

De SS. Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres

nõ loquẽdo, sed moriẽdo confessi sunt: omnia in nobis vitiõrũ mala mortifica; vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominũ. **Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Timotheum.**

Charissime. Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbum, in sta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tẽpus, cum sanã doctrinam nõ sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quẽ auditum auerrent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labõra: opus fac euangelistę: ministerium tuũ imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus meę resolutionis instat. Bonum certamen certauĩ: cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitię: quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solum autẽ mihi: sed & his qui diligunt aduentum eius. **Graduale.**

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **V.** Nõ est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelli. **A**lleluia, alleluia.

V. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. **A**llelu. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi ardẽtes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectãtibus dñm suũ, quãdo reuertatur a nuptijs: vt cũ venerit, & pul-

2.
Tim. 4.

Ecc. 44.

Ps. 88.

Luce. 12. 4.

& pulsauerit, cōfessim aperiant ei. Beati serui illi, quos, cum uenerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniã si sciret pater familias, qua hora fur ueniret, uigilaret útique, & non fineret p̄fodi, domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora nō putatis, filius hominis ueniet. **C** redo.

¶ **Offertorium.** In ueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum cōfortabit eum.

Secreta.

Sancti tui nos, Domine quæsumus, ubique latificent: ut dum eorum merita recōlimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

De S. Stephano. Secreta.

Oblata Domine munera, noua Unigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda.

De S. Stephano. Secreta.

Suscipe Dñe mūnera, pro tuorū commemoratione Sanctorū: ut sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

De S. Ioanne. Secreta.

Suscipe Domine munera, quæ in eius tibi solemnitate defērimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

De SS. Innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum Domine, nobis pia non desit oratio: quæ & munera nostra cōciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

Communio. Beatus seruus, quem cum uenerit dominus, inuenerit uigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Siluestro confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

De Natiuitate. Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut natus hodie Saluator mundi, sicut diuinæ nobis generationis est auctor: ita & immortalitatis sit ipse largitor.

De S. Stephano. Postcommunio.

Auxilientur nobis Dñe, sumpta mysteria: & intercedente beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectione confirmet.

De S. Ioanne. Postcommunio.

Refecti cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices deprecamur: ut in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus.

De SS. Innocentibus. Postcommunio.

Votiuā Domine, dona percepimus: quæ Sāctorum nobis precibus, & præsentis quæsumus uitæ, pariter & æternæ tribue conferre subsidium. Per Dominum.

I N C I R C U M C I S I O N E

Domini, & Octaua Natiuitatis.
Statio ad S. Mariam trans Tyberim.

Introitus.



Per natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius: & uocabitur nomen eius, magni consilij angelus. **Plal. Cantate**

Isa. 9.

Pl. 97.

tate

tate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. **V.** Gloria Patri.

Oratio.

DEus, qui salutis aeternae, beatę Marię virginitate fecunda, hu mano generi premia prestisti: tribue quęsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctore vitę suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. **Qui tecum.**

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Titum.

Tit. 2.c. **C**harissime. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri oibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & secularia desideria: sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum glorię magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum, pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hęc loquere, & exhortare: in Christo Iesu Domino nostro.

Graduale. **V**iderunt omnes fines terrę salutare Dei nostri: iubilate Deo omnis terra. **V.** Notum fecit Dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. **A**lleluia, alleluia. **V.** Multifarie olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Alleluia. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus. Quod vocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur. **C**redo.

Offertorium. Tui sunt cęli, & tua

M. N. R.

est terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia & iudicium preparatio sedis tuę.

Secreta.

M Vneribus nostris, quęsumus Dñe, precibusq. susceptis: & celestibus nos munda misterijs, & clementer exaudi. Per Dominum. **Communio.** **V**iderunt omnes fines terrę salutare Dei nostri.

Postcommunio.

Hęc nos comunio, Domine, purget à crimine: & intercedente beata Virgine Dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse consortes. Per eundem Dominum.

Si aliqua ex sequentibus Octauis in Dominica venerit, dicitur Missa de Octaua: de Dominica vero nihil fit.

In Octaua sancti Stephani totum officium Missę dicitur sicut in die, præter Orationem, quę sequitur.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui primitias martyrum in beati leuitę Stephani sanguine dedicasti: tribue quęsumus, vt pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiã persecutoribus exorauit Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: **Qui tecum.**

Et fit commemoratio de Octaua S. Ioannis, & Innocentiũ. Dicitur Credo, & Præfatio de Natiuitate.

In Octaua sancti Ioannis Missa dicitur sicut in eius festo, cũ commemoratione de Innocentibus tantum. Et dicitur Credo, & Præfatio de Apostolis.

In Octaua sanctorum Innocentium officium Missę fit sicut in die, excepto quod Gloria in excelsis, Alleluia, & Ite Missa est, dicuntur: & non dicitur, Credo.

C

IN

IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

Introitus.

Sap
11

Um medium silentium tenent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine de cælis à regalibus sedibus venit. **Psal.** Dñs regnavit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Psal.
92.

Omnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti Filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eundem Dominum.

Pro commemorat. S. Thelesphori Papæ & martyris. Oratio.

Deus, q. nos beati Thelesphori martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius: ut cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus.

De S. Maria. Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ Virginitate secūda, hu mano generi præmia præstitisti: tribue q̄sumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctore vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas.

Gal.
4.

Fratres. Quāto tempore heres paruul^o est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, vsq. ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius erāmus seruitutes. At ubi venit plenitudo tempo-

ris, misit Deus filium suum, factū ex muliere, factum sub lege: ut eos, qui sub lege erant, redimeret: ut adoptionem filiorū reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamātem: Abba, pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius: & heres per Deum.

Graduale. Speciosus forma præ filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. **v.** Eruclauit cor meum

verbum bonū, dico ego opera regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribētis. **Alleluia, alleluia.**

v. Dominus regnavit, decorem induit: induit Dñs fortitudinem, & præcinxit se virtute. **Alleluia.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens. Surge, & accipe puerū, & matrem eius, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui que rebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israël. Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate, q̄ vocat Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur.

Offertorium. Deus firmavit orbem terræ, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus ex tunc, à saculo tu es.

Secreta.

Concede, quæsumus omnipotens Deus: ut oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis piæ deuotionis obtineat, & effe-

effectum beatę perennitatis acqui-
rat. Per Dominum.

De S. Thelesphoro. Secreta.

MVnera tibi Domine, dicata
sanctifica : & intercedente
beato Telesphoro martyre tuo, at-
que Pontifice : per eadem nos pla-
catus intende.

De S. Maria. Secreta.

MVneribus nostris, quæsu-
mus Domine, precibusque
susceptis : & cælestibus nos munda
mysterijs, & clementer exaudi.
Per Dominum nostrum.

Matt.
2. **Communio.** Tolle puerum, & ma-
trem eius, & vade in terram Israël:
defuncti sunt enim, qui querebant
animam pueri. *Postcommunio.*

Per huius Domine, operatio-
nem mysterij, & vitia nostra
purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum nostrum.

De S. Telesphoro Papa & mart.

Postcommunio.

Refecti participatione mune-
ris sacri, quæsumus Domine
Deus noster: vt, cuius exequimur
cultum, intercedente beato Tele-
sphoro martyre tuo atque Ponti-
fice, sentiamus effectum.

De S. Maria. Postcommunio.

Hæc nos communio Domi-
ne, purget à crimine : & in-
tercedente beata Virgine Dei ge-
nitricis Maria, cælestis remedij fa-
ciat esse consortes. Per eundem.





IN EPIPHANIA DOMINI.

Statio ad S. Petrum. **Introitus.**

Ma-
lac. 3.



Cce aduenit domina-
tor Domini: & re-
gnum in manu eius,
& potestas, & impe-
rium. **Pfal.** Deus iudi-
cium tuum Regi da: & iustitiam
tuā filio Regis. **v.** Gloria. **Oratio.**

Pfal.
71.

Deus, qui hodierna die Vnige-
nitum tuum gentibus stella
duce reuelasti: concede propitius:
vt qui iam te ex fide cognouimus,
vsque ad contemplandam speciem
tuā celsitudinis perducāmur. Per
eamdem Dominum.

Lectio Isaiaꝝ Prophetaꝝ.

Isaiaꝝ
60.

Svrge, illuminaꝛe Ierusalē: quia
venit lumen tuū, & gloria Domi-
ni super te orta est. Quia ecce
tenebraꝝ operient terram, & caligo
populos. Super te autem orietur
Dominus, & gloria eius in te vide-
bitur. Et ambulabunt gentes in lu-
mine tuo, & reges in splēdore ortꝝ
tui. Leua in circuitu oculos tuos,
& vide: omnes isti cōgregati sunt,
venērunt tibi. Filij tui de longe veni-
ent: & filię tuę de latere surgent.
Tunc videbis, & afflues: & mirabi-
tur, & dilatabitur cor tuum, quan-
do cōuersa fuerit ad te multitudo
maris, fortitudo gentium venerit
tibi. Inūdatio camelorum operiet
te, dromedarij Madian & Ephā.
Omnes de Saba venient, aurum &
thus deferentes & laudem Domi-
no annuntiantes. **Graduale.**

Abid.

Omnes de Saba venient, aurum &
thus deferentes: & laudē Domino

annuntiantes. **v.** Surge, & illumi-
nāre Ierusalem: quia gloria Domi-
ni super te orta est. **A**lleluia, alle-
luia. **v.** Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare Dominum. Alleluia.
Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

Matth.
2.

Cvm natꝝ esset Iesus in Bethleē
Iudæ, in diebꝝ Herodis regis:
ecce Magi ab oriente venērunt Ie-
rosolymam, dicentes. Vbi est, qui
natus est rex Iudæorum? Vidimus
enim stellam eius in oriente, & ve-
nimus adorare eum. Audiens autem
Iherosolyma cū illo. Et cōg-
regans omnes principes sacerdotū,
& scribas populi, sciscitabatur
ab eis, vbi Christus nasceretur. At
illi dixerunt ei: In Bethleem Iude-
e. Sic enim scriptum est per Prophe-
tā. Et tu Bethleem terra Iuda, ne-
quaquā minima es in principibus
Iuda: ex te enim exiet dux, qui re-
gat populum meum Israēl. Tunc
Herodes, clam vocatis Magis, dili-
gēter didicit ab eis tempus stellæ,
quę apparuit eis. Et mittēs illos in
Bethleem, dixit. Ite, & interrogate
diligenter de pūero: & cū inuene-
ritis, renuntiate mihi: vt & ego ve-
niens, adorem eum. **Qui** cū audif-
sent regem, abierūt. Et ecce stella,
quā viderant in oriente, antecede-
bat eos, vsque dū veniens staret su-
pra vbi erat puer. Videntes autem
stellam, gauisi sunt gaudio magno
valde. Et intrantes domū, inuenē-

Matth.
2. 2.

C 3 runt

Hic
genu-
flexi-
tur.

rūt puerum cū Maria matre eius ?
& precipientes, adorauerūt eū: Et
aperitis thesauris suis, obtulerunt
ei munera: aurū, thus, & myrrhā.
Et respōso accepto in sōnis, ne re-
dirēt ad Herodē: per aliam viā re-
uerfi sūt in regionē suam. **C**redo.

Psal.
71.

Offertorium. Reges Tharsis & in-
sulā munera offerent: reges Ara-
bū & Saba dona adducent: & ado-
rabunt eū omnes reges terrā, om-
nes gentes seruient ei. **Secreta.**

Ecclēsiā tuā, quęsumus Domi-
ne, dona propiti⁹ intuere: qui-
bus non iam aurum, thus, & myr-
ra profertur: sed quod eisdē mu-
neribus declaratur, immolatur &
sumitur, Iesus Christus filius tuus
Dominus noster. Qui tecum.

Præratio. Quia cū Vnigenit⁹ tuus.

Infra actionem. Communicantes,
& diem sacratissimum &c. vt in
Præfationib⁹. Et dñr per totā Oā.

Matt.
2.

Communio. Vidimus stellam eius
in oriente: & venimus cum mune-
ribus adorare Dominum.

Postcommunio.

Præsta, quęsumus omnipotens
Deus: vt quę solemnī celebra-
mus officio, purificatā mētis intel-
ligentia consequamur. Per Dñm.

**Intra oct. Epiphanię fit idem offi-
ciū, quod in die. & post Oratiōē
dñi dñr Osones Deus qui salutis.
& Ecclēsiā tuā. Vel pro Papa,
Deus omniū fidelium. vt infra in
Dominica ij. post Epiph. fol. 42.**

**De festis duplicib⁹, & semiduplici-
bus, quę infra Oct. veniūt, nihil
tunc agitur, (nisi tantum de Patro-
no vel Titulari Ecclēsiā, & de De-
dicatione eiusdē, in propria Ecclē-
sia, non tamen in die Octaua) sed
peracta Oct. celebrātur: de simpli-
cibus vero fit tantum commemor.**

**In Dominica infra Octauam Mis-
sa dicitur vt infra. Quod si Epi-
phaniā venerit Dominica, ipsa
Missa Dominicę dicitur in Sabba-
to infra p̄ta nam, & in die Octaua
nihil fit de Dominica.**

DOMINICA INFRA Oā. Epiph. Introitus.



N excelsō throno vidi
sedere virum, quem
adorat multitudo an-
gelorum pfallentes in
vnum: ecce cuius im-
perij nomen est in æternum. **Psal.**

Iubilate Deo omnis terra: seruite **Psal.**
Dño in lætitia. **Gloria. Oratio.** 99.

Vota, quęsumus Domine, sup-
plicātis populi cælesti pieta-
te proséquere: vt, & quę agenda
sunt, videant, & ad implenda quę
viderint, conualescant. Per Dñm.

**Et fit commemoratio de octaua
Epiphanię. Oratio.**

Deus, qui hodierna die Vnige-
nitum tuum gentibus stella
duce reuelasti: cōcede propiti⁹: vt
qui iā te ex fide cognouimus, vsq̄
ad contēplandam speciem tuę cel-
situdinis perducamur. Per eūdem.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli
ad Romanos.

Fratres. Obsecro vos per mise- **Rom.**
ricordiā Dei, vt exhibeatis cor- **12.**
pora vestra hostiam viuētem, san-
ctam, Deo placentem, rationale
obsequium vestrum. Et nolite con-
formari huic sæculo: sed reforma-
mini in nouitate sensus vestri, vt
probetis q̄ sit volūtas Dei bona, &
beneplacēs, & perfecta. Dico enim
per gratiam quę data est mihi, om-
nibus qui sunt inter vos: Nō plus
sapere, quā oportet sapere, sed sa-
pere ad sobrietatē: & unicuique si-
cut

cut Deus diuifit menfuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, finguli autem alter alterius membra: in Christo Iesu Domino nostro.

Ps. 71. **Graduale.** Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus a seculo. **V.** Suscipiant montes pacem populo tuo: & colles iustitiam. **A.** lleluia, alleluia. **V.** Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in letitia. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. 2. f. **C**um factus esset Iesus annorum duodecim, ascenditibus illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei: & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est: post triduum inuenierunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est, quod me querebatis? Nesciebatis, quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo. Et Iesus p-

ficiebat sapientia, & etate, & gratia apud Deum & homines. **C**redo.

Offertorium. Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in letitia: in trahite in conspectu eius in exultatione, quia Dominus ipse est Deus. **Secr.**

Oblatum tibi Domine, sacrificium viuificet nos semper, & muniat. Per Dominum.

De Epiphania. Secreta.

Ecclisae tuae, quae sumus Domine, dona propitius intueri: quibus non iam aurum; thus, & myrrha profertur: sed quo eisdem muneribus declaratur, immolatur & sumitur Iesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecum.

Communio. Fili, quid fecisti nobis sic? ego & pater tuus dolentes querebamus te. Et quid est, quod me querebatis? nesciebatis, quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse? **Postcommunio.**

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut quos tuis reficis sacramentis, & tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

De Epiphania. Postcommunio.

Praesta quae sumus omnipotens Deus: ut quae solemniter celebramus officio, purificatae mentis intelligentia consequamur. Per Dominum.

IN OCTAUA EPIPHANIAE.

Introitus.

Cce aduenit dominator Dominus: & regnum in manu eius, & potestas, & imperium. **Psalm.**

Deus iudicium tuum Regi da: & iustitiam tuam filio Regis. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, cuius Unigenitus in sublimitate nostrae carnis apparuit:

C 4 pra-



præsta quæsumus: vt per eum, quē
similē nobis foris agnouimus, int^o
reformari mereamur. Qui tecum.

L. ecclio Isaia propheta.

11. 60.

Surget, illuminare Ierusalē: quia
venit lumen tuū, & gloria Do-
mini super te orta est. Quia ecce te
nebræ operiet terram, & caligo po-
pulos. Super te autem orietur Do-
minus, & gloria eius in te videbitur.
Et ambulabunt gentes in lumi-
ne tuo, & reges in splendore ortus
tui. Leua in circuitu oculostuos, &
vide: omnes isti cōgregati sunt, ve-
nerunt tibi. Filij tui de longe ve-
nient: & filia tuę de latere surgent.
Tunc videbis, & afflues: & mirabi-
tur, & dilatabitur cor tuum, quan-
do cōuersa fuerit ad te multitudo
maris, fortitudo gentium uenerit
tibi. Inundatio camelorum ope-
riet te, dromedarij Madian &
Epha. Omnes de Saba uenient,
aurum & thus deferentes: & laudē
Domino annuntiantes. **Graduale.**

11. 61.

Omnes de Sabba uenient, aurū &
thus deferentes, & laudē Domino
annuntiantes. **Surge**, & illumi-
nare Ierusalem: quia gloria Domi-
ni super te orta est. **Alleluia, allel.**

Matt.

2.

Vidimus stellam eius in oriēte:
& uenimus cum muneribus adora-
re Dominum. **Alleluia.**

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Ioannem.

Ioan.

1. d.

In illo tēpore: Vidit Ioānes Ie-
sum ueniētem ad se, & ait. Ecce
agnus Dei: ecce qui tollit peccata
mūdi. Hic est, de quo dixi: Post me
uenit uir, q̄ ante me factus est: quia
prior me erat, & ego nesciebam
eum. Sed vt manifestetur in Israēl,
propterea ueni ego in aqua bap-
tizās. Et testimoniū perhibuit Ioan-
nes, dicens. Quia uidi Spiritū de-

scendentem quasi columbam de
cælo, & mansit super eum. Et ego
nesciebam eum: sed qui misit me
baptizare in aqua, ille mihi dixit:
Super quem uideris spiritū descē-
dentem, & manentem super eum,
hic est q̄ baptizat in Spiritu s̄cto.
Et ego uidi, & testimoniū perhi-
bui: quia hic est filius Dei. **Credo.**

Offertorium. Reges Tharsis, & in-

rc. 7

fula muna offerent: reges Ara-
bum, & Saba dona adducent: &
adorabūt eum omnes reges terræ,
omnes gentes seruient ei. **Secreta.**

Hostias tibi Dñe, pro nati Filij
tui apparitione deferim^o, sup-
pliciter exorantes: vt sicut ipse no-
strorum auctor est munerū: ita ut
ipse misericors, & susceptor, Iesus
Christus Dñs noster. **Qui tecum.**

Communio. Vidimus stellā eius in
oriēte: & uenimus cū muneribus
adorare Dominum. **Postcomm.**

Matt.

2.

Cælesti lumine, quæsumus Do-
mine, semper, & ubique nos
participes esse uoluisti, & pur-
cer namus intuitu, & digno perapi-
mus affectu. **Per Dominum.**

**Ab Octaua Epiphaniae usque ad
Purificationem, nisi fuerit duplex,
post Orationem diei dicuntur istæ
Orationes, De^o qui salutem eterne.
& Ecclesie tuæ, uel De^o omniū
fidelium. ut infra in Dominica se-
cunda post Epiphaniam.**

**Si tempus breue fuerit, b Octaua
Epiphaniae usque ad septuagesimam,
ita ut officia sequantur Do-
minicarum nō possint compleri suis
diebus, officia illarum quæ super-
sunt post Dominica, j. post Epi-
phaniā, eo anno omittuntur, & re-
sumuntur (quo ad Orationē, Epi-
stolam, & Euangelium dumtaxat)**

post

post Dominicam xxij. post Pentecosten, vt ibi dicitur in rubrica.

Si Dominica Septuagesimæ venit sequenti Dominica post Octauam Epiphania, in præcedenti Sabbato, si non est impeditum festo semiduplici, dicitur Missa de Dominica ij. post Epiphaniam, cum commemoratione festi simplicis in ea occurrentis. Si vero Sabbatum fuerit impeditum festo semiduplici, tunc prima die post Octauam Epiphaniæ, in qua non sit festum duplex, dicitur Missa de ij. Dominica, & festum semiduplex in ea occurrens, transfertur in primam diem similiter non impeditam.

DOMINICA SECUNDA
post Epiphaniam. Introit.



Mnis terra adoret te.

Deus, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo altissime. *Psal.*

Tubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. *v.* Gloria Patri. *G*loria in excelsis.

In Dominicis vsque ad Septuagesimam exclusiue: in festiuis vero diebus, quando resumitur Missa de Dominica præcedente, non dicitur. *Quod seruetur & post Pentecosten.*

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui caelestia simul & terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum nostrum.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis eterne, beatæ Mariæ virginitate secunda, humano generi premia prestitisti: tribue quesumus: vt ipsam pro nobis

intercedere sentiamus, per quam me ruimus auctorem vite suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. *Qui tecum.*

Contra persecutores Ecclesiæ. Oratio.

Ecclēsia tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secunda tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præfesse voluisti, propitius respice: da ei quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere, vt ad vitam vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Habentes donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundum rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit in simplicitate: qui præest, in sollicitudine: qui miseretur, in hilaritate. *Dilectio sine simulatione.* Odiētes malum: adhærentes bono. Charitate fraternitatis inuicem diligētes: honore inuicem præueniētes. Sollicitudine non pigri: spiritu feruētes: Domino seruiētes: spe gaudētes: in tribulatione patiētes: orationi instantes: necessitatibus sanctorum communicātes: hospitalitatē sectantes. *Benedicite* persequentibus vos: benedicite, & nolite male dicere. Gaudere cum gaudētibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Romæ 11, b

pGal.
1.6.

Graduale. Misit Dominus verbū suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitu eorum. *v.* Cōstentur Domino misericordix eius: & mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alleluia. *v.* Laudate Dominum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Alleluia. **Sic dicitur Alleluia cum Versu post Graduale, ab Octa. Epiphaniæ vsque ad Septuag. & ab Octana Pentecostes vsque ad Aduertum, etiam infra Hebdomadam, quando resumitur Missa de Dominica.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

pGal.
2.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficienti vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcūque dixerit vobis, facite. Erāt autem ibi lapidæ hydriæ sex positæ, secundū purificationē Iudæorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus. Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autē sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo, primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tūc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit glo-

riam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius. **Credo.**

Offertoriū. Iubilāte Deo vniuersa terra: psalmū dicite nomini eius: venite, & audite, & narrabo vobis: omnes qui timetis Deū quanta fecit Dñs animæ meæ, alleluia. **Secr.**

Oblāta Domine munera sanctiifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostrum.

De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, quæsum⁹ Domine, precibusque suscipis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

Cōtra persecutores Ecclesiæ. Secr.

Protege nos, Dñe, tuis mysterijs seruiētes: vt diuinis rebus inharētes, & corpore tibi famulēmur, & mente. Per Dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblātis, quæsumus, Domine, placāre muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dñm.

Communio. Dicit Dominus implete hydrias aqua, & ferte architriclino; dū gustasset architriclin⁹ aquam vinum factam, dicit spōso: seruasti bonum vinum vsq. adhuc: hoc signū fecit Iesus primum coram discipulis suis. **Postcomm.**

Avgeatur in nobis, quæsumus Domine, tuæ virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramentis, ad eorū promissa capiēda, tuo mūnere præparēmur. Per Dñm.

De sancta Maria. Postcōmunio.

Hæc nos communio, Domine, purget à crimine: & intercedente beata Virgine Dei genitricem Maria, cælestis remedij faciat esse consortes.

Contra persecutores Ecclesie.

Postcommunio.

Quæsumus Domine Deus nos-
ter: vt quos diuina tribus
participatione gaudere, humanis
non finas subiicere periculis. Per
Dñm nostrum Iesum Christum.

Pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos, quæsumus Domine,
diuini sacramenti percep-
tio protégat: & famulum tuum
N. quem pastorem Ecclesie tuæ
præesse voluisti, vnâ cum commis-
so sibi grege saluet semper, & mu-
niat. Per Dominum nostrum.

DOMINICA TERTIA

post Epiphaniam. Introit.



Dorate Deum omnes
Angeli eius: audiuit,
& lætata est Sion, &
exultauerunt filie Iu-
dæ. *Ps. Dominus reg-
nauit, exultet terra: lætentur insu-
læ multæ. Gloria Patri. Oratio.*

Omnipotēs sempiternæ Deus,
infirmi-
tatem nostram propi-
tius respice: atque ad protegendū
nos, dexteram tuā maiestatis ex-
tende. Per Dominum nostrum.

De S. Maria. Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, beatæ
Mariæ virginitate fecūda, hu-
mano generi præstitisti: tri-
bue quæsumus: vt ipsam pro nobis
intercedere sentiamus, per quā me-
ruimus auctorem vitæ suscipere,
Dominum nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum. Qui tecum.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor
& rector: famulum tuum N.
quem pastorem Ecclesie tuæ præesse
voluisti, propitius respice, da ei,
quæsumus, verbo & exemplo, qui-

bus præest, proficere: vt ad vitam,
vnâ cum grege sibi credito, perue-
niat sempiternam. Per Dominum.

vel contra persecutores Ecc. Oro.
Ecclesie tuæ, quæsumus Domine.
vt in Dominica præcedenti. f. 41.

Iec. Epist. B. Pauli Apost. ad Ro.

Fratres. Nolite esse prudentes Rom. 12. d

apud vosmetipsos. Nulli ma-
lū pro malo reddentes. Prouiden-
tes bona non tantum coram Deo,
sed etiam coram omnibus homini-
bus. Si fieri potest, quod ex vobis
est, cum omnibus hominibus pacē
habentes. Non vosmetipsos defen-
dentes, charissimi: sed date locum
iræ. Scriptum est enim. Mihi vin-
dicta, & ego retribuā, dicit Domi-
nus. Sed si esurierit inimicus tuus,
ciba illum: si sitit, potum da illi.
Hoc enim faciens, carbones ignis
cōgeres super caput ei⁹. Noli vin-
ci a malo: sed vince in bono malū.

Graduale. Timebunt gentes no-
men tuum Domine, & omnes re-
ges terræ gloriam tuam. *V.* Quo-
niam ædificauit Dominus Sion, &
& videbitur in maiestate sua. *A*lle-
luia, alleluia. *V.* Dominus regna-
uit, exultet terra: lætentur insulæ
multæ. Alleluia. Psal. 101.

Sequentia sancti Evangelij secun-
dum Matthæum.

In illo tempore: Cum descēdis-
set Iesus de mōte, secutę sunt eū
turba multæ. Et ecce leprosus ve-
niens, adorabat eum, dicens. Do-
mine, si vis, potes me mundare. Et
extendens manū Iesus, tetigit eū,
dicēs. Volo: mundare. Et cōfestim
mundata est lepra eius. Et ait illi
Iesus. Vide, nemini dixeris: sed va-
de, ostēde te sacerdoti, & offer mu-
n⁹, qđ præcepit Moyses, in testimo-
nium illis. Cum autē introisset Ca-
phar-

Matt. 8. a

Psal. 95.

pharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait. Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habes sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israél. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno celorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. **Credo.**

Psal.
117.

Offertorium. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. **Secreta.**

Hæc hostia, Domine quaesumus, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum.

De S. Maria. Secreta.

Mvneribus nostris, quaesumus Domine, precibusque susceptis: & caelestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, quaesumus, Domine, placare muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiae tuae praesesse voluisti, assidua

petitione gubernat. Per Dominum. **Vel contra persecutores Ecclesiae. Sec. Protege nos Dñe. ut in Dominica praeterita. fol. 42. Communio.** Mirabatur omnes de his, quae procedebant de ore Dei. **Postcomm.**

Qvos tantis, Domine, largiris uti mysterijs: quaesumus, ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per Dominum.

De sancta Maria. Postcommunio.

Hæc nos communio, Domine, purget a crimine: & intercedente beata Virgine Deigenitrice Maria, caelestis remedij faciat esse consortes.

Pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos, quaesumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiae tuae praesesse voluisti, vna cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dñm.

Vel contra persecutores Ecclesiae. Postcommunio. Quaesumus Domine. fol. 43.

DOMINICA QUARTA post Epiphaniam. **Introit**



Dorate Deum omnes Angeli eius: audiuit, & levata est Sion: & exultauerunt filiae Iudae.

Psal. Dominus regnavit, exultet terra: latentur insulae multae. **v. Gloria Patri. Oratio.**

Deus qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis: ut ea quae pro peccatis nostris patimur, te adiuvante vincamus. **Per.**

De S. Maria. Oratio.

Deus, qui salutis aeternae, beatae Mariae virginitate fecunda, hunc

mand generi premia praestitisti: tri-
bue quaesumus: vt ipsam pro nobis
intercedere sentiamus, per quam
meruimus auctorem vitae suscipere,
& suscitauerunt eum, dicentes. Dñe,
salua nos, perimus. Et dicit eis.
Quid timidi estis, modicae fidei?
Tunc surgens imperauit ventis &
mari: & facta est tranquillitas ma-
gna. Porro homines mirati sunt,
dicentes. Qualis est hic, quia ven-
ti & mare obediunt ei. **Credo.**

Contra persecutores Ecclesie. Oratio.

Ecclēsiā tuā, quaesumus Domi-
ne, preces placatus admitte:
vt destructis aduersitatibus & er-
roribus vniuersis, secura tibi ser-
uiat libertate. Per Dominum.

**Vel pro Papa. Deus omnium. vt
in Dominica precedenti. fol. 43.**

**Si autem haec Dominica venerit
post festum Purificationis, dicitur
secunda Oratio, A cunctis. vt in-
sta in Dominica seq. fol. 46. & ter-
tia ad libitum sacerdotis.**

**Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli
ad Romanos.**

Fratres. Nemini quidquam de-
beat: nisi vt inuicē diligatis.
Qui enim diligit proximū, legem
impleuit. Nam, Non adulterabis:
non occides: nō furaberis: non fal-
sum testimonium dices: non concu-
piscēs: & si quod est aliud man-
datum, in hoc verbo instauratur:
Diliges proximum tuum sicut te-
ipsum. Dilectio proximi, malum
non operatur. Plenitudo ergo leg-
is, est dilectio. **Graduale.**

Timebunt gentes nomen tuū Do-
mine, & omnes reges terrae gloriā
tuam. **V.** Quoniam aedificauit Do-
minus Sion, & videbitur in maie-
state sua. **Alleluia, alleluia. V.** Do-
minus regnauit, exultet terra: læ-
tentur insulae multae. **Alleluia.**

**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthaeum.**

In illo tempore: Ascēdente Iesu
in nauiculam, secuti sunt eū di-
scipuli eius. Et ecce motus magnus

factus est in mari, ita vt nauicula
operiretur fluctibus. Ipse vero dor-
miebat. Et accesserunt discipuli ei,
& suscitauerunt eum, dicentes. Dñe,
salua nos, perimus. Et dicit eis.
Quid timidi estis, modicae fidei?
Tunc surgens imperauit ventis &
mari: & facta est tranquillitas ma-
gna. Porro homines mirati sunt,
dicentes. Qualis est hic, quia ven-
ti & mare obediunt ei. **Credo.**

Offertorium. Dextera Domini fe-
cit virtutem, dextera Domini exal-
tauit me: non moriar, sed viuā, &
narrabo opera Domini. **Secreta.**

Concede, quaesumus omnipotens
Deus: vt huius sacrificij
munus oblatum, fragilitatem no-
stram ab omni malo purget sem-
per, & muniat. Per Dominum.

De S. Maria. Secreta.

Muneribus nostris, quaesumus
Domine, precibusque susce-
ptis: & caelestibus nos munda my-
sterijs, & clementer exaudi.

Contra persecutores Ecclesie. Sec.

Protege nos, Domine, tuis my-
sterijs seruientes: vt diuinis rebus
inhærentes, & corpore tibi famu-
lemur, & mente. Per Dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis, quaesumus Dñe. **vt in Do-
minica praeced. fol. 44. Cōmunio.**

Mirabatur omnes de his, quae pro-
cedebant de ore Dei. **Postcomm. 4^a**

Muera tua nos Deus a dele-
tationibus terrenis expedi-
ant: & caelestibus semper instau-
rent alimentis. Per Dominum.

De S. Maria. Postcommunio.

Haec nos communio Domi-
ne, purget a crimine: & in-
tercedente beata virgine Dei ge-
nitricē Maria, caelestis remedij fa-
ciat esse consortes.

Contra persecutores Ecclesia.

Postcommunio.

Quæsumus Domine Deus nos-
ter: vt quos diuina tribuis
participatione gaudere, humanis
non sinas subiaccere periculis. Per
Dominum nostrum.

Vel pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos, quæsumus Domine,
vt in Dominica præterita. fol. 44.

DOMINICA QUINTA
post Epiphaniam. Inuitus.

Præl.
90.



Dorate Deū oēs Ange-
li eius: audiuit, & læ-
tata est Sion: & exul-
tauerunt filiæ Iudæ.

Ibi.

Palm. Dñs regnauit;
exultet terra: lætentur in sulcā mul-
tæ. **Ps.** Gloria Patri. **Oratio.**

Familiam tuam, quæsumus Do-
mine, continua pietate custodi:
vt quæ in sola spe gratiæ cælestis
innititur, tua semper protectione
muniatur. Per Dominum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.
Oratio.

Acunctis nos, quæsumus Do-
mine, mentis & corporis de-
fende periculis: & intercedete bea-
ta & gloriosa semper Virgine Dei
genitrice Maria, cū beatis aposto-
lis tuis Petro & Paulo, atque bea-
to **N.** & omnibus sanctis, salutem
nobis tribue benignus & pacem:
vt destructis aduersitatibus & er-
roribus vniuersis, Ecclesia tua se-
cura tibi seruiat libertate.

Tertia Oratio dicitur ad libitum
sacerdotis.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
ad Colossenses.

Colo.
3. b

Fratres. Induite vos sicut electi
Dei, sancti & dilecti, viscera mi-
sericordiæ, benignitatem, humili-

tatē, modestiam, patientiam: sup-
portantes inuicem, & donantes vo-
bismetipsis, si quis aduersus ali-
quem habet querelā. Sicut & Dñs
donauit vobis, ita & vos. Super
omnia autem hæc, charitatem ha-
bete, quod est vinculum perfectio-
nis. Et pax Christi exultet in cordi-
bus vestris, in qua & vocati estis in
vno corpore: & grati estote. Verbum
Christi habitet in vobis abundanter,
in omni sapientia: docentes & cō-
moneutes vosmetipsos psalmis,
hymnis, & canticis spiritualibus, in
gratia cātantes in cordibus vestris
Deo. Omne quodcumque facitis,
in verbo aut in opere: omnia in no-
mine Domini nostri Iesu Christi,
gratias agētes Deo & Patri, per Ie-
sum Christū Dominum nostrum.

Graduale. Timebunt gentes no-
mentuum Domine, & omnes re-
ges terræ gloriam tuam. **Ps.** Quo-
niam ædificauit Dominus Sion, &
videbitur in maiestate sua. **A**lle-
luia, alleluia. **Ps.** Dominus regna-
uit, exultet terra: lætentur in sulcā
multæ. Alleluia.

Præl
104.

Præl
96.

**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.**

In illo tempore: Dixit Iesus tur-
bis parabolam hanc. Simile fa-
ctum est regnum cælorum homi-
ni, qui seminauit bonum semen in
agro suo. Cum autem dormirent
homines, venit inimicus eius, &
super seminauit zizania in medio
tritici, & abiit. Cum autē creuisset
herba, & fructum fecisset: tunc ap-
paruerunt & zizania. Accedentes
autē serui patris familias, dixerunt
ei. Domine, nonne bonum semen
seminasti in agro tuo? Vnde ergo
habet zizania? Et ait illis. Inimicus
homo hoc fecit. Serui autem di-
xerunt

Ma
13. c

xerunt ei. Vis, imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis simul & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem: & in tempore messis dicam mesoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Credo.

Offertorium. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. **Secreta.**

Hostias tibi, Domine, placatio nis offerimus: ut & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dominum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.
Secreta

Exaudi nos Deus salutaris noster, ut per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in presenti, & gloriam in futuro.

Tertia ad libitum.

Communio. Mirabantur omnes de his, que procedebant de ore Dei.

Postcommunio.

Quesumus omnipotens Deus: ut illius salutaris capiamus effectum, cuius per hac mysteria pignus accepimus. Per Dominum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.
Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quaesumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitricis Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos redat & peruersitatibus expiatis, & aduersitatibus expeditos.

Tertia ad libitum.

DOMINICA SEXTA
post Epiphaniam. Introit.



Dorate Deum omnes ^{Prat.}
Angeli eius: audiuit, ^{96.}
& letata est Sion: &
exultauerunt filiae Iuda.
Psalmus. Domi- ^{thia.}

nus regnauit, exultet terra: letetur insula multa. **V.** Gloria Pat. **Oro.**

Praesta, quaesumus omnipotens Deus: ut semper rationabilia meditantes, quaesumus tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dominum.

Ad poscenda Suffragia Sanctorum.
Oratio.

Acunctis nos, quaesumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata gloriosa semper virgine Dei genitricis Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: ut destruentibus aduersitatibus & erroribus uincere, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia ad libitum.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Frateres. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis: memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestrae, & laboris, & charitatis, & sustinentiae spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & patrem nostrum. Scientes, fratres dilecti, a Deo electionem vestram: quia euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa: sicut scitis, quales fuerimus in vobis

i. Thef. sa. i. b

nobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini: excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti: ita vt facti sitis forma oibus creditibus in Macedonia, & i Achaia. A vobis enim diffusatus est sermo Domini: non solum in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco, fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita vt nõ sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant, qualem introitũ habuerimus ad vos: & quo modo conuersi estis ad Deum a simulacris, seruire Deo viuo & vero, & expectare filium eius de cælis, quem suscitauit ex mortuis Iesum qui eripuit nos ab ira ventura.

Pa. 301.

Gradu. **T**imebunt gentes nomen tuũ Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. **V.** Quoniã ædificauit Dominus Siõ, & videbitur in maiestate sua. **A**lleluia, alleluia.

Pl. 96

V. Dominus regnauit, exultet terra: lætentur in insule multæ. Alleluia. **S**equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Mat. 13. c.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiẽs homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus feminibus. Cum autem creuerit, & maius est omnibus olẽribus: & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farinae fatis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis nõ loquebatur eis: vt impleret quod

dictum est per Prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eruẽt abscoudita a constitutione mundi. **C**redo.

Offertorium. **D**extera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: nõ moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. **Secreta.**

Hæc nos oblatio, Deus, mundet quæsumus, & renouet, gubernet, & protegat. Per Dñm.

Alia Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt phuius sacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiã tribuẽs in præsentia, & gloriam in futuro.

Tertis ad libitum. Communio.

Mirabatur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. **Postcomm.**

Luc. 4.

Cælestibus Dñe, pasti delictijs; quæsumus, vt semper eadem per quã veraciter viuimus, appetamus. Per Dominum.

Alia Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quæsumus Dñe, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedete beata Virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & oibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruefitatibus expiatis, & aduersitatibus expeditos. **Tertis ad libitum.**

D O M I N I C A

in Septuagesima.

Statio ad S. Laurẽtium extra muros.

Introitus.



Ircumdedere me gemitus mortis, dolores inferni circumdederunt me: & in tribulatione mea inuocaui Dñm, & exaudiuit de templo sancto suo vocẽ meam.

Ps. 117.

id. meam. **Psal.** Diligam te Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. **V.** Gloria Patri.

Non dicitur, Gloria in excelsis, ab hac Dominica vsque ad Pascha, exceptis feria quinta in Cœna Domini, & Sabbato sancto, & quando dicitur Missa de festo. Oratio.

PReces populi tui, quæsumus Dñe, clementer exaudi: vt, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria miserè corditer liberemur. Per Dominũ. **Ad poscenda suffragia Sanctorum.**

Oratio.

ACunctis nos, quæsumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedete beata & gloriosa sēper virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq. beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacē: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secūra tibi seruiat libertate. Per eundem.

Si dicenda est vltimo loco. Tertia ad libitum sacerdotis.

Sic dicitur secunda & tertia Oratio à festo Purificationis vsque ad feriam iij. Cinerũ exclusiue, quando non est duplex: nisi Dominica Septuagesimæ venerit ante festum Purificationis, vel in ipsa die Purificationis quia tũc dicuntur Orationes sicut in Dñica ij. post Epiphaniam, de S. Maria, & contra persecutores Ecclesiæ, vel pro Papa.

Simili modo fiat in Sexagesima, & Quinquagesima.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres. Nescitis, quòd hi, qui in stadio currunt, omnes quidē M.N.R.

currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autē, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, vt corruptibile coronam accipiant: nos autem incorruptā. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte, cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ^{Cap. 10.} ignorare fratres: quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autē de spiritali, consequēte eos petra: petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.

Graduale. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, speret in te, qui nouerunt te: quoniam non derelinquis quærentes te Domine. ^{Ps. 91.}

V. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patiētia pauperũ nõ peribit in aeternum: exurge Domine, non præualeat homo. **Tractus.**

De profundis clamaui ad te Dñe, Domine exaudi vocem meam. ^{Ps. 119.}

V. Fiant aures tuæ intendentes in orationem serui tui. **V.** Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? **V.** Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te Domine.

A Septuagesima vsque ad feriam quartam Cinerũ, Tractus dicitur tantum in Dominicis, & festis: in ferijs autē, quando repetitur Missa de Dominica, non dicitur, sed tantum Graduale.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

Matt.
20. **I**N illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cælorum homini patri familias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suā. Et egressus circa horam tertiā, vidit alios stātes in foro otiosos, & dixit illis. Ite & vos in vineā meam: & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios stātes, & dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiēs à nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimā horam vènerant, accepērunt singulos denarios. Venientes autem & primi arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: accepērunt autē & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabāt aduersus patrem familias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & estus? At ille respōdens, vni eorum dixit. Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum. Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic

erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi enim sunt vocāti: pauci vero electi. **C**redo.

Offertorium. Bonum est confitēri Domino, & psallere nomini tuo, Altissime. **Secreta.**

MVneribus nostris quæsumus Domine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi, Per Dominum nostrum.

Si Dominica Septuagesimæ venerit ante festum Purificationis, vel ipsa die Purificationis, Secreta de sancta Maria erit, Tua Domine. vt in eiusdem Missa votiuā.

Alia Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster, vt per huius sacramēti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsentī, & gloriam in futuro. **Tertia ad libitum.**

Communio. Illumina faciem tuā super seruum tuum, & saluum me fac in tua misericordia: Domine non confundar, quoniam inuocaui te. **Postcommunio.**

Fideles tui, Deus, per tua dona firmentur: vt eadem & percipiēdo requirant, & quæredō sine fine percipiant. Per Dominum.

Alia Postcommunio.

MVndet & muniat nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti munus oblātum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiātos, & aduersitatibus expeditos.

Tertia ad libitum.

Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

D O M I N I C A

in Sexagesima.

Statio ad S. Paulum. Introitus.



EXurge, quare obdormis Domine? Exurge, & ne repellas in finē: quare faciem tuā auertis, obliuisceris tribulationem nostram? adhæsit in terra venter noster: exurge Domine, adiua nos, & libera nos. *Psalm.*

Deus, auribus nostris audiui mus: patres nostri annuntiauerunt nobis. *v. Gloria Patri. Oratio.*

Deus, qui cōspicis, quia ex nula nostra acione cōfidimus: cōcede propitius: vt contra aduersa omnia, doctoris gentium protectione muniamur. Per Dominum.

Ad precanda suffragia Sanctorum. Oratio.

Acunctis nos, que sumus Dñe, mētis & corporis defende periculis: & intercedēte beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secūra tibi seruiat libertate. *Tertia ad libitum.*

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Libenter suffertis infipientes, cum fitis ipsi sapiētes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutē redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cedit. Secundū ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuimus in hac parte. In quo quis audet, (in insipientia dico) audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israëlita sunt:

& ego. Semen Abrahæ sunt: & ego. Ministri Christi sunt: (vt minus sapiens dico) plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abudatius, in plagis supra modū, in mortibus frequenter. A Iudeis quies, quæ dragenas, vna min^o, accēpi. Ter virgis cæsus sū, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sepe, periculis fluminū, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore & ærūna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Præter illa, quæ extrinsecus sunt: instātia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi, quæ est benedictus in secula, scit quod non mētior. Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorū, vt me comprehenderet: & per fenestrā in porta demissus sum per murū, & sic effūgi manus eius. Si gloriari oportet, non expedit quidē. Veniam autē ad visiones & reuelationes Dñi. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim: siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: raptū huiusmodi vsq. ad tertiū celū. Et scio huiusmodi hominē, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: quoniā raptus est in paradisu, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.

Cap. 12.

Nam & si uoluerogloriari, nō ero inſipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem: ne quis me exiſtinet ſupra id, qđ videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis mee, angelus ſatanæ qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, vt diſcederet à me: & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nā virtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chriſti.

Pſal. 82. **Graduale.** Sciant gētes, quoniam nomē tibi Deus: tu ſolus Altiffim⁹ ſuper omnē terrā. **V.** Deus meus, pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. **Tractus.**

Pſal. 59. **C**ommouisti Domineterram, & cōturbasti eā. **V.** Sana cōtritiones eius, quia mota eſt. **V.** Vt fugiāt à facie arcus: vt liberētur electi tui. **Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.**

Luc. 8. a **I**n illo tempore: Cum turba plura cōueniret, & de ciuitatib⁹ properarēt ad Ieſum, dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam: & conculcatum eſt, & volucres cæli comedērunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram: & natū aruit, quia non habebat humorē. Et aliud cecidit ſuper ſpinas: & ſimul exortæ ſpīe ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortū, fecit fructum centuplum. Hæc dicēs, clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum diſcipuli eius, quæ eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: ceteris autē in parabola-

lis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Eſt autem hæc parabola. Semen, eſt verbum Dei. Quod autem ſecus viam: hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbū de corde eorum, ne credentes ſalui ſiant. Nam quod ſupra petram: hi ſunt, qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbū: & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinas cecidit: hi ſunt, qui audierūt, & à ſollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatib⁹ vite, euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam: hi ſunt, qui in corde bono & optimo, audietes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. **Credo.** **Offertorium.** Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te Domine.

Secreta.
Oblatum tibi Domine, ſacrificium viuificet nos ſemper, & muniat. Per Dominum.

Alia Secreta.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramēti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuens in præſenti, & gloriam in futuro. **Tertia ad libitum.**

Communio. Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. **Postcommunio.**

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: vt quos tuis reſicis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per Dominum.

Alia

Alia postcommunio.

Mundet & muniat nos, quęsumus Dñe, diuini sacramenti munus oblātum: & intercedēte beata Virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq. beato **N.** & omnib⁹ sāctis: a cūctis nos reddat & puerfitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos. *Tertia ad libitum.*
Benedicamus Domino.

D O M I N I C A
in Quinquagesima.

Statio ad S. Petrum. Introitus.



Sto mihi in Deū protectōrem, & in locum refugij, vt saluum me facias: quoniam firma mentum meum, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. *Psal. 1* n te Domine sperāui, nō confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.

v. Gloria Patri. Oratio.

Preces nostras, quęsumus Domine, clementer exaudi: atque a peccatorum vinculis absolūtos, ab omni nos aduersitate custōdi. Per Dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.

Oratio.

Acunctis nos, quęsumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedēte beata & gloriosa semper Virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua securā tibi seruiat libertate.

Tertia ad libitum.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres. Si linguis hominū loquar & angelorū, charitatem autem non habeam: factus sum velut æsonās, aut cymbalū tinnies. Et si habūero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem sciētiam: & si habūero omnem fidem, ita vt montes transferā, charitatem autem non habūero nihil sum. Et si distribūero in cibos pauperū omnes facultates meas: & si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā, charitatem autē non habūero: nihil mihi prodest. Caritas patiens est: benigna est. Caritas nō amulātur, non agit pēperam: nō inflatur, non est ambitiosa: non quęrit quę sua sunt: non irritatur: non cogitat malum: nō gaudet super iniquitate, cōgaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, oīa sperat, oīa sustinet. Caritas numquam excidit: siue prophetiā euacuabūtur, siue linguę cessabūt, siue scientia destruētur. Ex parte enim cognoscim⁹, & ex parte prophetāmus. Cum autē venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Cū essem paruul⁹, loquebar vt paruulus, sapiebā vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quādo autem factus sum vir, euacuauī quę erant paruuli. Vidēmus nunc per speculum in ænigmate: tūc autem facie ad faciem. Nūc cognosco ex parte: tūc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nūc autē manēt, fides, spes, charitas, tria hęc: maior autē horū est charitas. *Graduale.*

Tues Deus, qui facis mirabilia solus: notā fecisti in gētibus virtutē tuam. *v.* Liberasti in brachio tuo populū tuū, filios Israhel & Ioseph.

Psal. 30.

Eid.

1^a Cor. 13.

Psal. 76.

Psal.
99.

Trahitus. **I**ubilate Deo omnis terra: seruite Dño in lætitia. **v.** Intrate in conspectu eius in exultatione: scitote, quòd Dominus ipse est Deus. **v.** Ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc.
18, c

In illo tēpore: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, & ait illis. Ecce ascendimus Ierosolymam, & cōsummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradētur enim gētibus, & illudētur, & flagellabitur, & conspuētur. Et postquā flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbū istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedēbat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerūt autem ei, quòd Iesus Nazareus trāsiret. Et clamauit, dicēs. Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præbant, increpabant eū, vt tacēret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illū addūci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illū, dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine, vt videam. Et dixit illi Iesus. Respice: fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & sequebatur illū, magnificans Deū. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. **C**redo. **O**fferitorium.

Psal.
118.

Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronuntiaui oīa iudicia oris tui.

Secreta.

Hæc hostia Dñe quæ sumus, emūdet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum.

Alia Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramēti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in præsentī, & gloriam in futuro. **T**ertīa ad libitum.

Communio. **M**anducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis Dominus: non sunt fraudati à desiderio suo. **P**sal. 77.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotēs Deus: vt qui cęlestia alimēta percipimus, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

Alia postcommunio.

Mundet & muniat nos, quęsumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq. beato **N.** & oīb⁹ sanctis: à cūctis nos reddat & peruersitatibus expiātos, & aduersitatibus expeditos. **T**ertīa ad libitū.

Benedicamus Domino.

FERIA III. **C**INERVM.
Ante Missam benedicuntur cineres facti de ramis oliuarum, siue aliarum arborum, præcedēti anno benedictis, hoc modo. Finita Nona, Sacerdos indutus pluuiali violacco, vel sine casula, cū ministris similiter indutis, procedit ad benedicendū cineres in vase aliquo super altari positos. Et primo cātatur à Choro sequens Antiphona.

Exau.

r. 68.



Exaudi nos Dñe, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinē miserationum tuarū re-

bidē. *Spice nos Domine. Psalm. 5* aluum me fac Deus: quoniam intrauerūt aqua vsque ad animam meam.

V. Gloria. Repetit. Exaudi nos.

Deinde Sacerdos in choro Epistola non vertens se ad populū, dicit.

Dominus vobiscum. *R. Et cum spiritu tuo. O remus. Oratio.*

Omnipotēs sempiternē Deus, parce penitētibus, propitiare supplicātibus: & mittere dignēris sanctum angelum tuum de cælis, qui bene ✠ dicat, & sancti ✠ ficet hos cineres, vt sint remedium salubre omnibus, nomē sanctum tuum humiliter implorātibus, ac semetipsos, pro peccatiā delictorum suorum accusantibus, ante conspectum diuinæ clementiæ tuæ facinora sua deplorantibus, vel serenissimā pietatem tuā suppliciter obnixaque flagitantibus: & p̄sta per inuocationē sanctissimi nominis tui: vt quicumq. eos super se asperserint, pro redemptione peccatorū suorū, corporis sanitatē, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dñm nostrum. *R. Amē. O remus.*

Deus, qui non mortem, sed penitētiā desideras peccatorum: fragilitatem conditionis humanæ benignissime respice, & hos cineres, quos causa proferēda humilitatis, atque promerēda veniæ, capitibus nostris imponi decernimus, bene ✠ dicere pro tua pietate dignare: vt, qui nos cinerem esse, & ob prauitatis nostrę meritum in puluērē reuersuros cognoscimus: peccatorum omnium veniam, &

præmia penitentibus repromissa, misericorditer cōsequi mereamur. Per Christum Dominū nostrum.

R. Amen. O remus.

Deus, qui humiliatione flecteris, & satisfactione placaris: aurē tuæ pietatis inclina precibus nostris: & capitibus seruorū tuorum, horum cinerum aspersione attactis, effunde propitiū gratiā tuæ benedictionis: vt eos & spiritu compunctionis repleas, & quæ iuste postulauerint, efficaciter tribuas: & concessa perpetua stabilitate, intactos manere decernas. Per Christum Dominum nostrū.

R. Amen. O remus.

Omnipotēs sempiternē Deus, qui Niniustis in cinere & cilicio penitentibus, indulgentiæ tuę remedia præstitisti: concede propitiū: vt sic eos imitēmur habitu, quatenus veniæ prosequamur obtentu. Per Dominum.

Postea Celebrans imposito incenso in tribus, ter aspergit cineres aqua benedicta, dicendo Antiphonam, Asperges, sine cantu & sine Psalmo, & ter adolet incenso. Deinde dignior sacerdos ex choro accedens ad altare, imponit Cinere Celebranti non genuflexo. Si vero non adsit alius sacerdos, et semet Celebrans, genibus flexis in terram altari sibi ipse cineres imponat in capite, nihil dicens: & postea statim a choro Antiphonam.

Immutemur habitu, in cinere & cilicio: ieiunemus, & ploremus ante Dominum: quia multum misericors est dimittere peccata nostra Deus noster.

Alia Antiph. 12.

Inter vestibulū, & altare plorabūt sacerdotes ministri Dñi, & dicent:

D 4 Par-

Esai. 13. 17. 2. Parce Dñe, parce populo tuo: & ne claudas ora canentium te Dñe.

Sequitur R. E mēdemus in melius, quæ ignorāter peccāuimus: ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium penitentia, & inuenire non possumus. Attēde Domine, & miserere quia peccāuimus tibi. **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Domine libera nos. Attende Domine. **V.** Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Attende.

Psal. 78.

Sacerdos vero, dum cantantur an̄g, & responsoriū, primo imponit cineres digniori sacerdoti, à quo ipse accepit, deinde ministris paratis, genibus flexis corā altari, dicēs.

Gen. 3. Memento homo, quia pulvis es, & in puluerem reuertēris.

Postea veniunt alij, primo clerus per ordinē, deinde populus: & genibus flexis ante altare singulatum recipiūt cineres à Sacerdote, vt dictum est de ministris. Completa cinerū impositione Sacerdos dicit. Dominus vobiscum. O remus.

Concede nobis Dñe, præsidia militiæ Christianæ sanctis inchoare ieiunijs: vt contra spirituales nequitas pugnaturi, continentia muniamur auxilijs. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde dicitur Missa.

Statio ad S. Sabinam. Introitus.



Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam, & parcens illis: quia tu es Dominus Deus noster. **Psal.** Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Sap. 11.

Psal. 56.

V. Gloria Patri. **Oratio.**

Præsta Domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda solemnia, & congrua pietate suscipiant, & secūra deuotione percurrant. Per Dominum.

Ab hac die vsque ad Dominicam de Passione, post Orationem diei dicuntur duæ sequentes Orationes. Ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quos sumus Dñe, mētis & corporis defende periculis: & intercedente beata gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secūra tibi seruiat libertate.

Pro viuis & defunctis, Oratio.

Omnipotēs sempiternus Deus, qui viuorū dominaris simul & mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide & opere futuros esse prænocis: te supplices exoramus: vt, pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscipit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ clemētia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum.

x. ecclio Ioelis propheta.

Hæc dicit Dominus. Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimēta vestra. Et conuertimini ad Dominum Deum vestrū, quia benignus & misericors est: patiens, & multæ misericordie, & prestabilis super malitia. Quis scit, si conuer-

Ioel 2. b

uer-

uertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionē, sacrificiū & libāmen Domino Deo nostro? Canite tuba in Sion: sanctificate ieiunium: vocate cœtum: congregate populum: sanctificate Ecclesiam: coadunate senes: congregate paruulos, & sugentes vbera. Egrediatur sp̄sūs de cubili suo: & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabūt sacerdotes ministri Dñi, & dicent. Parce Domine, parce populo tuo: & ne des hereditatē tuā in opprobriū, vt dominētur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est Deus eorum? Zelatus est Dominus terram suā: & pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce, ego mittā vobis frumentum, & vinum, & oleum: & replebimini in eis: & nō dabo vos vltra opprobriū in gentibus: dicit Dominus omnipotens.

56. **Graduale.** Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. **V.** Misit de cœlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

al. 2. **Tractus.** Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Domine, ne me mineris iniquitatum nostrarū antiquarum: cito anticipēt nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

ad inc. 8c. sic. **Supradictus Tractus ab hac die dicitur feria ij. iij. & vj. vsque ad feriam quartam maioris hebdomadæ, nisi propitius assignetur.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite, tristes. Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amē dico vobis: receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunās: sed patri tuo, qui est in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autē vobis thesauros in cælo: vbi neque erugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi est enim thesaurus tuus: ibi est & cor tuum.

Offertoriū. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Dñe clamaui ad te, & sanasti me. **Secr.**

Fac nos, quæsumus Dñe, his muneribus offerendis conueniēter aptari: quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordium. Per Dominum.

Alię Secrete, vsque ad Dominicam Passionis.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramēti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiā tribuēs in presenti, & gloriā in futuro.

Deus, cui soli cōgnitus est numerus electorum in superna felicitate locādu: tribue quæsumus, vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, & omnium fidelium nomina, bea-

ta predestinationis liber adscripta retineat. Per Dominum.

Præfatio. Qui corporali ieiunio. Et dicit quotidie vsque ad Dominicam Passionis, etiam in festis, si in eis propria non habeat. Commun.

Pr. Qui meditabitur in lege Domini die ac nocte, dabit fructum suum in tempore suo. **Postcommun.**

Precepta nobis Domine, præbeant sacramenta subsidium: ut tibi grata sint nostra ieiunia, & nobis proficiant ad medellam. Per Dominum.

Alia postcommun.

Mundet & muniat nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata Virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatis, & aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quæsumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta quæ sumpimus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis, præsta: ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragillium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per Dominum.

Deinde sacerdos absolute dicit, **O**remus. Et diaconus (si in officio diaconatus seruiat) versus ad populum iunctis manibus dicit: **H**umiliate capita vestra Deo. **A**lioquin ipse sacerdos, stans in eodem loco ante librum, & non vertens se ad populum. **Oratio.**

Incclinantes se Domine, maiestati tuæ, propitiatus intende: ut quæ

diuino munere sunt resecuti, celestibus semper nutriantur auxilijs. Per. Et hic modus dicendi Orationem super populum seruatur tantummodo in Missis de feria vsque ad quartam feriam maioris hebdomadæ. Deinde **B**enedicamus Domino. **R.** Deo gratias.

F E R I A Q V I N T A.

Statio ad Sanctum Georgium.

Introitus.

Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi: & humiliavit eos, qui

est ante sæcula, & manet in æternum: iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. **Psal.** Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. **G**loria Pat. **Oro.**

Deus qui culpa offenderis penitentia placaris: preces populi tui supplicatis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte. Per Dominum nostrum.

Alia Orationes, ut supra in feria quarta Cinerum. fol. 56.

Lectio Isaia propheta.

In diebus illis. Egrotauit Ezechias vsque ad mortem: & introiit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei. Hæc dicit Dominus. Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit. Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto: & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno.

gno. Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens. Vade, & dic Ezechie. Hec dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam: & vidi lacrymas tuas. Ecce, ego adiciam super dies tuos quindecim annos: & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam: & protegame eam, ait Dominus omnipotens. **Graduale.**

Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. **Ps.** Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam: & curabo eum. Et respondens Centurio, ait. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alio, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est: & sequens se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno caelorum: filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. **Offert.** Ad te Domine, leuavi animam meam: Deus meus in te confido,

non erubescam: neque irrideant inimici mei: etenim vniversi, qui te expectant non confundentur. **Sec.**

Sacrificijs presentibus, Domine quæsumus, intercede placatus: vt & deuotioni nostræ proficiant, & saluti. Per Dominum.

Alia Secreta, vt in feria quarta Cinerum. fol. 57. Communio.

Acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, super altare tuum Domine. **Postcommunio.**

Cælestis doni benedictione percepta, supplices te Deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit, & salutis. Per Dominum nostrum.

Alia postcomm. vt in feria quarta Cinerum. fol. 58.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Parce Domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus in tua miseratione respiciat. Per Dominum nostrum.

F E R I A S E X T A.

Statio ad SS. Ioannem & Paulum.

Introitus.



Vdiuit Dominus & mihi factus est adiutor meus. **Psal. 29.**

Psal. Exaltabo te Domine, quoniam

susccepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. **Ps.** **Glor. Oro.**

Inchoata ieiunia, quæsumus Domine, benigno fauore prosequere: vt obseruantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per Dñm.

Alie Orones vt in fe. iij. Cim. f. 56.

Lectio Isaiæ Propheta.

Hec dicit Dñs Deus. Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem

vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quæ iustitiā fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogāt me iudicia iustitię: & appropinquare Deo volūt. Quare ieiunauimus, & nō aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repētitis. Ecce, ad lites, & cōtētionē ieiunātis: & percūtitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hāc diem, vt audiatur in excelsis clamor vester. Numquid tale est ieiunium quod elēgi, per diem affligere hominem animam suam? Numquid, contor quasi circum caput suum, & sacco & cinerem sternere? Numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis ieiunium, quod elēgi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos, qui cōfracti sunt, liberos: & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum: & egēnos, vagosq. induc in domū tuā. Cum videris nudū, ōperi eum: & carnem tuam ne despēxeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius oriētur: & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tūc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamābis, & dicet, Ecce adsum. Quia misericors sum, Dñs Deus tuus.

Psal.
26.

Graduale. V nam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. V. Vt videam voluptatem Domini: & p̄tegar à templo sancto eius.

Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipet nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui Domine, libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomē tuum. S. equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Audistis, quia dictū est antiquis: Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui odērunt vos: & orāte pro persecutētibz & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciūt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est. Attendite, ne iustitiā vestrā faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est. Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis: recepērunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynā, nesciat sinistra tua, quid faciat

ciat dextera tua: vt sit eleemofyna tua in abscondito. Et pater tu⁹, qui videt in abscondito, reddet tibi.

Offertorium. Domine, viuifica me secundum eloquiū tuum: vt sciam testimonia tua.

Secreta.

Sacrificium Domine, obseruantię quadragesimalis, quod offerimus, præsta quæsumus, vt tibi & mentes nostras reddat acceptas, & continentię promptioris nobis tribuat facultatem. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alię Secretę, vt in fe. iiii. Cin. f. 57.

Communio. Seruite Domino in timore, & exultate ei cū tremore: apprehendite disciplinam, ne peccatis de via iusta. **Postcommun.**

Spiritum nobis Dñe, tuę charitatis infunde: vt, quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate cōcordes. Per Dominū. in vnitatem eiusdem Spiritus sancti Deus, &c.

Alię postco. vt in fer. iiii. Cin. f. 58.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. **Ofo.**

Tvere Domine, populū tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocēbit aduersitas, si nulla ei dominētur iniquitas. Per Dominum.

S A B B A T O.

Statio ad sanctum Tryphonem.

Introitus.



Vdiuit Dominus, & misertus est mihi: Dominus factus ad adiutor meus. **Psal.** Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. **Ps.** Gloria Patri.

Oratio.

Adesto Domine supplicationibus nostris, & concede: vt

hoc solemne ieiunium, quod animis corporibusque curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebrēmus. Per Dominum. **Alię Orationes, vt in feria quarta Cinerum. fol. 56.**

Lectio Isaiaę propheta.

Hæc dicit Dominus Deus. Si ^{1 Isaie 58. c} abstuleris de medio tui catenā, & desieris extendere digitū, & loqui quod non prodest: cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erunt sicut meridies. Et requiē dabit tibi Dñs Deus tuus semper: & implebit splendoribus animam tuam: & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarū, cuius non deficient aquę. Et ædificabuntur in te deserta sæculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium, auertens semitas in quietem. Si auerteris à sabbato pedem tuū, facere voluntatem tuam in die sancto meo: & vocaueris sabbatum delicatū & sanctum Domini gloriosum: & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: tūc delectaberis super Domino: & sustollā te super altitudinē terrę: & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum est.

Grad. V nam petij à Domino, hęc ^{Psal. 26.} requiram, vt inhabitem in domo Dñi. **V.** Vt videam voluptatē Dñi: & prōtegar à templo sancto eius.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

In illo tēpore: Cū sero esset factū, erat nauis in medio mari, & ^{Mar. 6. i} Iesus sol⁹ in terra. Et vidit discipulos

los suos laborātes in remigando. Erat enim ventus cōtrarius eis. Et circa quartā vigiliā noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat pręterire eos. At illi, vt viderūt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerūt. Omnes enim eum vidērunt: & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: & dixit illis. Confidite: ego sum: nolite timere. Et ascēdit ad illos in nauim: & celsiuit vētus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerūt de panibus: erat enim cor illorum obcæcātum. Et cum transfretassent, venērunt in terram Genesareth: & applicuerūt. Cumq. egressi essent de nauim, continuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersam regionem illam, cepērunt in grabātis, eos qui se male habebant, circumferre, vbi audiebāt eū esse. Et quocumq. introibat, in vicos, vel in villas, aut in ciuitates: in plateis ponebāt infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tāgebant eum, salui fiebant.

Oratorium. Domine, viuifica me secundum eloquiū tuum: vt sciam testimonia tua.

Secreta.

Suscipe Domine sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: pręsta quęsumus: vt huius operatione mundati beneplacitum tibi nostrę mentis offeramus affectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia Secreta, vt in feria quarta Cinerum. fol. 57.

Cōmuniō. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinā, ne pereatis de via iusta. **Postcommunio.**

Cęlestis vitę munere vegetati, quęsumus Domine: vt quod est nobis in presenti vita mysterium, fiat æternitatis auxiliū. Per Dominum nostrum.

Alia postcomm. vt in feria quarta Cinerum. fol. 58.

Super populum. O remus. Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Fideles tui, Deus, per tua dona firmentur: vt eadē & percipiendo requirant, & quęrendo sine fine percipiant. Per Dominum.

DOMINICA PRIMA in Quadragesima.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus.



Nuocabit me, & ego ^{pra} exaudiam eum: eripia ^{90.} eū, & glorificabo eū: lōgitudine dierū adimplebo eum. **Psal.**

Qui habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei cęli cōmorabitur. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui Ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: pręsta familię tuę: vt, quod ā te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exquatur. Per Dominum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.

Oratio.

Acunctis nos, quęsumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacē, vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secūra tibi seruiat libertate.

Pro

Pro viujs & defunctis. Oratio.

OMnipotēs sempiternē Deus, qui viuorū domināris simul & mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exorāmus: vt, pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscipit; intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuę clemētia, omnium delictorū suorum veniam consequantur. Per Dominū nostrum Iesum Christum.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres. Hortamur vos, ne in vacuum gratiā Dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiui te. Ecce, nunc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Nemini dātes ullam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeam nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patiētia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in simplicitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in uirtute Dei: per arma iustitię a dextris & a sinistris: per gloriā, & ignobilitatē: per infamiā, & bonam famam: vt seductōres, & ueraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce uiuimus: vt castigati, & nō mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egētes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Graduale. Angelis suis Deus mādauit de te, vt custodiant te in omnibus uijs tuis. **V.** In manibus portabunt te ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. **Tractus.**

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cęli cōmorabitur. V. Dicit Domino, susceptor meus tu, & refugium meū, Deus meus: sperabo in eum. **V.** Quā ipse liberauit me de laqueo uenātū, & a uerbo aspero. **V.** Scapulis suis obrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. **V.** Scuto circūdabit te ueritas ei: nō timebis a timore nocturno. **V.** A sagitta uolāte per diem, a negotio perambulante in tenebris, a ruina, & dæmonio meridiano.

V. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: tibi autē nō appropinquabit. **V.** Quoniam angelis suis mādauit de te, vt custodiant te in omnibus uijs tuis. **V.** In manibus portabūt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. **V.** Super aspidē & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. **V.** Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegā eū, quoniam cognouit nomen meum. **V.** Inuocabit me, & ego exaudiam eum: cū ipso sum in tribulatione. **V.** Eripiam eum, & glorificabo eū: longitudine dierū adimplebo eū, & ostendam illi salutare meum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Ductus est Iesus in desertum a spiritu, vt tēta-
retur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit. Scri-
ptum

ptum est: Non in solo pane uiuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis madauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidē pedem tuum. Ait illi Iesus. Rursum scriptum est: Nō tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eū diabolus in montem excelsum ualde: & offendit ei omnia regna mūdi, & gloriam eorum, & dixit illi. Hæc omnia tibi dabo, si cadēs adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus. Va de satana: scriptum est enim: Dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. **C**redo.

Offertoriū. Scapulis suis obūbrabit tibi Dominus, & sub pennis eius sperabis: scuto circumdabit te ueritas eius. **Secreta.**

Sacrificiū quadragesimalis initij solēniter immolamus, te Domine deprecantes: vt cum epularū restrictione carnaliū, à noxijs quoque uoluptatibus tēperemus. Per.

Alia Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt p huius sacramēti uirtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostib⁹ tuearis: gratiā tribuens in præsentī, & gloriam in futuro.

Deus, cui soli cōgnitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quæsumus, vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, uiuiformm, quos in oratione commendatos suscipimus, & omnium fidelium nomina,

beatæ prædestinationis liber adscripta retineat. Per Dominum.

Communio. Scapulis suis obūbrabit tibi Dominus, & sub pennis eius sperabis, scuto circumdabit te ueritas eius. **Postcommunio.**

Tu uinos, Dñe, sacramenti libatio sancta restauret: & à ueritate purgatos, in mysterijs salutaris facias transire consortium. Per.

Alia Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti munus oblātum: & intercedente beata uirgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiātos, & aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quæsumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta quæ sumpsimus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis, præsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnā, sed intercessio salutaris ad ueniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliū, sit cōtra omnia mundi pericula firmamentum, sit uiuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per Dom.

F E R I A S E C V N D A .

Statio ad S. Petrum ad uincula.

Introitus.



Icūt oculus seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculus noster ad Dominum Deū nostrum, donec miseretur nobis: miserere nobis Domine, miserere nobis. **Psal.** Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in caelis. **v. Gloria.** **Oratio.**

Con-

Conuerte nos De^o salutaris no-
ster: & vt nobis ieiuniū qua-
dragesimale proficiat, mentes no-
stras cælestibus intrare disciplinis.
Per Dominum.

**Alie Oraciones, vt in Dominica
precedenti. fol. 62.**

Lectio Ezechielis propheta.

Hæc dicit Dominus Deus. Ec-
ce, ego ipse requiram oues
meas, & visitabo illas. Sicut visitat
pastor gregem suum in die quando
fuerit in medio ouium suarum dis-
sipatarum: sic visitabo oues meas,
& liberabo eas de omnib⁹ locis, in
quibus dispersæ fuerat in die nubis
& caliginis. Et educam eas de popu-
lis, & congregabo eas de terris:
& inducam eas in terram suam: &
pascam eas in montibus Israël, in
riuibus, & in cunctis sedibus terræ. In
pascuis vberimis pascam eas: & in
montibus excelsis Israël erunt pas-
cua earum. Ibi requiescent in her-
bis virentibus: & in pascuis pingui-
bus pascentur super montes Israël.
Ego pascam oues meas: & ego eas
accubare faciam, dicit Dominus
Deus. Quod perierat, requiram: &
quod abiectum erat, reducam: &
quod confRACTUM fuerat, alligabo:
& quod infirmum fuerat, consoli-
dabo: & quod pingue & forte, cu-
stodiã. Et pascam illas in iudicio,
dicit Dominus omnipotens.

Graduale. Protector noster aspice
Deus, & respice super seruos tuos.
V. Domine Deus virtutum, exaudi
preces seruorum tuorum.

Tractus. Domine, non secundum
peccata nostra quæ fecimus nos:
neque secundum iniquitates nostras
retribuas nobis. V. Domine, ne me
mineris iniquitatum nostrarum an-
tiquarum: cito anticipent nos mi-

sericordiarum tuarum, quia pauperes facti
sumus nimis. V. Adiua nos Deus
salutaris noster: & propter gloria
nominis tui Domine libera nos: &
propitius esto peccatis nostris, pro-
pter nomen tuum.

His
geni-
t. 62.
114.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus di-
scipulis suis. Cum venerit filius
hominis in maiestate sua, & omnes
angeli eius cum eo: tunc sedebit su-
per sedem maiestatis sue. Et con-
gregabuntur ante eum omnes gen-
tes: & separabit eos ab inuicem, si-
cut pastor segregat oues ab hædis.
Et statuet oues quidem a dextris
suis: hædos autem a sinistris. Tunc
dicit rex his, qui a dextris ei⁹ erunt.
Venite benedicti patris mei: possi-
dete paratum vobis regnum a con-
stitutione mundi. Esuriui enim, &
dedistis mihi manducare: sitiui, &
dedistis mihi bibere: hospes eram,
& collegistis me: nudus, & operui-
stis me: infirmus, & visitastis me:
in carcere eram, & venistis ad me.
Tunc respondebunt ei iusti, dicen-
tes. Domine, quando te vidimus
esurientem, & pauimus te: sitien-
tem, & dedimus tibi potum? Quan-
do autem te vidimus hospitem, &
collegimus te: aut nudum, &
cooperuimus te? Aut quando te
vidimus infirmum, aut in carcere:
& venimus ad te? Et respondens
rex, dicit illis. Amen dico vobis:
quamdiu fecistis vni ex his fratri-
bus meis minimis, mihi fecistis.
Tunc dicit & his, qui a sinistris eius
erunt. Discedite a me maledicti in
ignem æternum, qui paratus est
diabolo, & angelis eius. Esuriui
enim, & non dedistis mihi man-
ducare: sitiui, & non dedistis mihi

Matt.
25.

potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere: & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens. Amen dico vobis: quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

Offertoriū. *Psal.* *118.* **Leuabo oculos meos,** & considerabo mirabilia tua Domine, vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectum, & discam mandata tua. **Secreta.**

MVnera tibi Domine oblata sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 64. **Communio.**

Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venerate benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum ab initio sæculi. **Postcommunio.**

Salutaris tui Domine, munere satiati, supplices exoramus: vt cuius lætamur gustu, renouemur effectu. Per Dominum.

Alia postcommun. vt in Dominica præcedenti. fol. 64.

Super populum. **Oremus.**

Humiliate capita vestra Deo.

Oratio.

Absolve quæsumus Domine, nostrorum vincula peccatorum: & quidquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

F E R I A T E R T I A.
Statio ad S. Anastasiam. **Introitus.**



Domine, refugium factus es nobis a generatione & progenie: a sæculo & in sæculum tu es. **Psalms. Prius.** *Ibidem.*

quam montes fieret, aut formaretur terra & orbis: a sæculo & vsque in sæculum tu es Deus. **V. Gloria Patri.** **Oratio.**

Respice Domine familiam tuam, & præsta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. **Per Dominum.**

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 62.

Lectio Isaia propheta.

In diebus illis: Locutus est Isaia propheta, dicens. Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocante eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius: & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestrae: neque via vestra, via meæ, dicit Dominus. Quia sicut exaltatur cæli a terra: sic exaltata sunt via meæ a vijs vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semē ferenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcūque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud: ait Dominus omnipotens.

Gra.

Psal. **Graduale.** **D**irigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, Domine. **V.** Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. **S**equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt. **I**n illo tempore: Cum intrasset Iesus Ierosolymā, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebāt. Hic est Iesus ppheta, à Nazareth Galileę. Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiciebat omnes vendentes, & ementes in tēplo: & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium colūbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronū. Et accesserūt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotū & Scribæ, mirabilia quæ fecit, & púeros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna filio Dauid: indignati sūt, & dixerunt ei. Audis, quid isti dicūt? Iesus autē dixit eis: Vtique. Numquā legistis, quia ex ore infantiū & lactentiū perfecisti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatē in Bethaniam: ibiq. mansit.

Isaia **Offertorium.** **I**n te speraui Domine: dixi tues Deus meus, in manibus tuis tempora mea. **Secreta.**

Oblátis, quæsumus Domine, placare muneribus: & à cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 64.

Ps. 4. **Communio.** **C**um inuocarem te, exaudisti me, Deus iustitiæ meę: in tribulatione dilatasti me: miserere mihi Domine, & exaudi orationem meam. **Postcommun.**

Quæsumus omnipotens Deus: vt illius salutāris capiam⁹ effectum, cuius per hæc mysteria pignus accepimus. Per Dominum.

Alia postcommun. vt in fol. 64.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo. Ofo.

Ascendant ad te Domine, preces nostræ: & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per Dominum nostrum.

F E R I A Q V A R T A

Quatuor temp. Quadrag.

Statio ad sanctam Mariam maiorem.

Introitus.



Eminiscere miserationum tuarum Dñe, & misericordiæ tuæ, quæ à sæculo sunt: ne vniquam dominantur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israël ex omnib⁹ angustijs nostris. **Psal.**

Pf. Ad te Domine leuauit animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. **V.** Gloria Patri. **Post Kyrie eleis. dicitur, Oremus.**

Flectamus genua. **R.** Leuate. **Ofo.**

Preces nostras, quæsumus Dñe, clemēter exaudi: & contra cuncta nobis aduersantia, dexterā tuā maiestatis extēde. Per Dominum.

Iectio libri Exodi.

In diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen. Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas: & legem, ac mandata, quæ scripsi: vt doceas filios Israël. Surrexerunt Moyses, & Josue minister eius: ascendensque Moyses in mōtem Dei, senioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habētis Aaron & Hur vobiscum. Si quid natum fuerit quæstionis, referētis ad eos. Cūque

E 2 ascen-

ascendisset Moyses, operuit nubes montem: & habitauit gloria Domini super Sinai, tegēs illum nube sex diebus. Septimo autē die vocauit eum Dominus de medio caliginis. Erat autē species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorū Israël. Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. **Graduale.**

Psal.
24.
Tribulationes cordis mei dilatatae sunt: de necessitatibus meis eripe me Domine. **V.** Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea.

Hic non dicitur. Flectamus genua. **sed V.** Dominus vobiscum.

O remus. Oratio.

De uotionem populi tui, quaesumus Domine, benignus intendere: ut, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Dominum.

Alia Oratio. ut in Dominica precedenti. fol. 62.

Lectio libri Regum.

5. Re.
19.
In diebus illis: Venit Elias in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum: & perrexit in desertum, viam unius diei. Cumque venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ ut moreretur: & ait. Sufficit mihi Domine: tolle animam meam. Neque enim melior sum, quam patres mei. Proiecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce, angelus Domini tetigit eum, dixitque illi. Surge, & comedede. Et respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo & bibit: & rursus obdormiuit. Reuersusque est ange-

lus Domini secundo, & tetigit eum, dixitque illi. Surge, comedede: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vsque ad motum Dei Horeb.

Tractus. De necessitatibus meis **Psal.**
24.

eripe me Domine: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. **V.** Ad te Domine leuaui animam meam. Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. **V.** Etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Acceperunt ad **Matt.**
12.
Iesum Scribæ & Pharisei, dicentes. Magister, volumus a te signum videre. Qui respondens, ait illis. Generatio mala & adultera signum querit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione Ionæ. Et ecce, plus quam Regina Aultri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quam imundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, **scopis**

scopis mūdātā, & ornatā. Tūc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrātes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimā. Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce mater eius & fratres stabant foris, quārentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quērentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quē est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manū in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea: & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.

Offertorium.

Psal.
118. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuābo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. *Secr.*

Hostias tibi Domine, placatio nis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutātia corda tu dirigas. Per Dominum.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 64. *Communio.*

Eccl. **I**ntellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus: quoniam ad te orabo Domine. *Postcommunio.*

Tvi Domine, perceptione sacramenti, & a nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per Dominum.

Alia postco. vt in Diuina præc. f. 64. *Super populum.* O remus.

Humiliate capita vestra Deo.

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus Domine lumine tuæ claritatis illustra: vt videre possimus, quæ agenda sunt: & quæ recta sunt, agere valeamus. Per Dominum.

F E R I A Q V I N T A .

Statio ad S. Laurentiū in Paneperna.

Introitus.



Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. *Psal.* *Cant.*

Ibidē. tate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.

V. Gloria Patri. *Oratio.*

Deuotionem populi tui, quæsumus Domine, benignus intendente: vt, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 62.

LECTIO Ezechielis propheta.

IN diebus illis: Factus est sermo Domini ad me, dicēs. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbiū istud in terra Israël, dicentes. Patres comedērūt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego, dicit Dominus Deus: si erit vobis vltra parabola hæc in prouerbiū in Israël. Ecce, omnes animæ, meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij, mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudiciū & iustitiam: in montibus nō comederit, & oculos suos non leuauerit ad idōla domus Israël: & vxorē proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam nō accēsserit: & hominem non contristauerit: pi gnus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panē suum esurienti dederit, nudum operuerit vestimento: ad vsuram non commodaauerit, & amplius non acceperit: ab

iniquitate auerterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: hic iustus est. Vita viuet, ait Dominus omnipotens.

Graduale.

Custodi me, Domine, vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. *Ps.* De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tẽpore: Egressus Iesus fecerit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chanaea à finibus illis egressa clamauit, dicens ei. Mi ferer mei Domine, fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eũ, dicẽtes. Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierũt, domus Israël. At illa venit, & adorauit eum, dicens. Domine, adiuua me. Qui respondens, ait. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam Domine: nam & cætellid edunt de micis, quæ cadũt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Offertorium.

Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.

Secreta.

Sacrificia, Domine quæsumus, propitijs ista nos saluent, quæ medicinalibus sunt instituta ieiunij. Per Dominum.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 64. **Communio.**

Panis, quem ego dẽdero, caro mea est pro sæculi vita. *Ioan. 6.* **Postcommunio.**

Tvorum nos Domine, largitate donorum, & temporalibus attolle præsidij, & renoua sempiternis. Per Dominum.

Alia postcõ. vt in Dñica præc. f. 64. **Super populum.** O remus.

Humiliate capita veltra Deo. *Ps.*

DA, quæsumus Domine, populis Christianis, & quæ profitentur agnoscere: & celeste munus diligere, quod frequentant. Per Dominum nostrum.

FERIA SEXTA

Quatuor temp. Quadrag.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos.

Introitus.

DE necessitatibus meis eripe me, Domine: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. *Psalmus.* A d te Domine, leuau animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. *Psal. 24.*

Psal. 24. Gloria Patri. **Oratio.**

Esto Domine, propitijs plebituæ: & quam tibi facis esse deuotam, benigno refoue miseratus auxilio. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 62.

Lectio Ezechielis propheta.

Hæc dicit Dñs Deus. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: & pater nõ portabit iniquitatem filij. Iniustitia iustli super eum erit: & impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus

ratus est, & custodierit vniuersa præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, nō recordabor. In iustitia sua, quam operatus est, viuet. Nūquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē secundum omnes abominationes, quas operari solet impius: nūquid viuet? Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. In præuaricatione, qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis: Non est æqua via Domini. Audite ergo domus Israël. Numquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis. In iniustitia, quā operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipsa animam suam viuificabit. Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est: vita viuet, & non morietur, ait Dominus omnipotens.

Graduale. Saluum fac seruū tuum Deus meus sperantē in te. *ψ.* Auribus percipe Dñe orationem meā.

Tractus. Domine, non secundum peccata nostra quæ fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras retribuas nobis. *ψ.* Domine, ne me mineris iniquitatum nostrarū antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. *ψ.* Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriā

nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequētia S. Euang. secundū Ioāne.

In illo tempore: Erat dies festus ^{Ioan.} Iudæorum: & ascendit Iesus Ierosolymā. Est autem Ierosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethesda, quinque porticus habēs. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorū, expectantium aquæ motū. Angelus autem Dñi secundum tempus descende-
bat in piscinā: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinā post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidā homo ibi, triginta & octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem: & cognouisset, quia iam multum tempus haberet, dixit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei lāguidus. Domine, hominem non habeo, vt cū turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus. Surge: tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudæi, illi, qui sanatus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuū. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerūt ergo eum. Quis est ille homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus autē declinauit à turba constituta in loco. Postea inuenit eū Iesus in templo,

& dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne detérior tibi aliquid cōtingat. Abijt ille homo, & nuntiavit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.

Pfal.
102. **Offertorium.** Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabitur sicut aquilæ, iuuentus tua. **Secreta.**
Suscipe quæsumus Domine, munera nostris oblata seruitijs: & tua propitius dona sanctifica. Per Dominum.

Pfal.
66. **Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 64. Communio.**
Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei: auertatur retrorsum, & erubescant valde velociter.

Postcommun.

Per huius Domine, operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum.

Alie postcō. vt in Dñica p̄ced. f. 64.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo.

Oratio.

Exaudi nos misericors Deus: & mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per Dominum.

S A B B A T O

Quatuor temp. Quadrages.

Statio ad S. Petrum. Introitus.

Pfal.
87.



Inret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuam ad precē meam, Domine. *Pfal.*

Ibid.

Domine Deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte corā te. **V.** Gloria Patri. **Post Kyrie eleison. dicitur, O remus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.**

Populum tuum, quæsumus Domine, propitius respice: atque

ab eo flagella tuæ iracūdiæ clementer auerte. Per Dominum.

Lectio libri Deuteronomij.

In diebus illis. Locutus est Moy *Deut*
26. c. ses ad populū, dicens. Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarū, loqueris in conspectu Domini Dei tui. Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud leuitæ, & aduenæ, & pupillo ac viduæ, sicut iussisti mihi: nō præteriuui mandata tua, nec sum oblitus imperij tui: Obediuui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. Respice Domine de sanctuario tuo, & de excelso cælorū habitaculo: & benedic populo tuo Israēl, & terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ, lacte & melle mananti. Audi Israēl. Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi, vt facias mādata ei, atque iudicia: & custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, vt sis tibi Deus: & ambules in vijs eius, & custodias cæremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. Et Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi: & custodias omnia præcepta illius, & faciat te excellentiorem cunctis gentibus quas creauit, in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est tibi. **Graduale.**

Propiti⁹ esto Dñe peccatis nostris: ne quādo dicāt gētes, vbi est Deus eorū? **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorē nominis tui Dñe, libera nos. **O remus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.**

Protector noster aspice Deus, vt, qui malorum nostrorum

ponderare primumur, percepta misericordia, libera tibi mente famulémur. Per Dominum.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis: Dixit Moyses filijs Israëli. Si custodiéritis mādāta, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dñm Deum vestrum, & ambulétis in omnibus vijs eius, adhærentes ei: disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestrā, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores vobis sūt. Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & Libano, a flumine magno Euphrāte, vsque ad mare occidentale, erūt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram, quam calcaturi estis: sicut locutus est vobis, Dominus Deus vester.

Graduale. Protector noster aspice Deus, & respice super seruos tuos.

V. Domine Deus virtutū, exaudi preces seruorum tuorum. **Orem.** Flectamus genua. **R.** Leuate. **Ofo.**

Adesto quæsumus Domine, supplicationib⁹ nostris: vt esse, te largiente, mereamur & inter prospera humiles, & inter aduersa fecuri. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Machabæorum.

IN diebus illis: Orationem faciebant sacerdotes, dū offerrent sacrificium pro populo Israëli, Ionatha inchoante, ceteris autem respōdentibus, & dicentibus. Domine Deus omnium creator, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, solus præstans, solus iustus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Israëli de omni malo, qui fecisti patres electos

& sanctificasti eos: accipe sacrificium pro vniuerso populo tuo Israëli: & custodi partem tuam, & sanctifica: vt sciant gentes, quia tu es Deus noster.

Graduale.

Conuértere Domine aliquantulum, & deprecare super seruos tuos.

V. Domine, refugium factus es nobis a generatione & progenie.

Oremus. Flectamus genua.

R. Leuāte.

Oratio.

Preces populi tui, quæsum⁹ Domine, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria miserè corditer liberémur. Per Dominū.

Lectio libri Sapientia.

Miserere nostri Deus omnium, & respice nos: ostende nobis lucem miserationum tuarum:

& immitte timorem tuum super gentes, quæ non exquisierunt te: vt cognoscant, quia non est Deus, nisi tu: & enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas: vt videant potentiam tuā. Sicut enim in conspectu eorū sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quoniam non est Deus præter te, Domine. Innoua signa, & immūta mirabilia. Glorifica manum, & brachium dextrum. Ex cita furorem, & effunde iram. Tolle aduersarium, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis: vt enarrent mirabilia tua, Domine Deus noster.

Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo,

Domine. **V.** Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. **Oremus.** Flectamus genua.

R. Leuāte.

Oratio.

Actio.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Dominum.

Lectio Danielis Prophetæ.

Dan.
3.c

In diebus illis: Angelus Dñi descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacē cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldejs ministros Regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabāt, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes.

Hic nō respondetur, Deo gratias.

Hymnus.

Ibid.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Et benedictum nomen glorię tuę, quod est sanctum. Et laudabile, & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in templo sancto glorię tuę. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuę. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum, & super vndas

maris. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Benedicant te cæli, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Gloria Ptri, & Filio: & Spūi sancto. Et laudabili, & glorioso in sæcula.

Sicut erat in principio, & nunc, & sēper: & in scæcula scæculorū, Amen. Et laudabili, & glorioso in sæcula.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in scæcula. **Hic nō dicitur.** Fleamus genua. **sed v.** Dominus vobiscum. **O** remus. **Oratio.**

Deus, qui tribus pueris mitigaisti flammam ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitiorum. Per Dñm.

Aliæ Orationes, vt in Dominica præcedenti, fol. 62.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Fratres. Rogamus vos, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est scētaminum in inuicem, & in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spèrnere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete. Ab oī specie mala abstinete vos. Ipse autē Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & corp⁹ sine querela, in aduētū Dñi nostri Iesu Christi seruet.

Tractus. Laudate Dominū omnes gentes: & collaudate eū omnes populi. **v.** Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in aeternum.

Euangelium. In illo tēpore: Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum.

vt in sequenti Dominica. fol. 76.

Offertorium. Domine Deus salutis meae, in die clamauī, & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine. **Secreta.**

Praesentibus sacrificijs, quaesumus Domine, ieiunia nostra sanctifica: vt, quod obseruantia nostra proficitur extrinsecus, interius operetur. Per Dominum.

Alia Secreta, vt in Dominica praecedenti. fol. 64. **Communio.**

Domine Deus meus in te speraui, libera me ab omnibus persequētibus me, & eripe me. **Postcomm.**

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia nostra curen tur, & remedia nobis aeterna proueniant. Per Dominum nostrum.

Alia postcō. vt in Dnica prec. f. 64.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Fideles tuos Deus, benedictio desiderata cōfirmet: quae eos & a tua voluntate numquam faciat discrepare, & tuis sēper indulgeat beneficijs gratulari. Per Dominū.

DOMINICA SECUNDA
in Quadragesima.

Statio ad S. Mariam in Domnica.

Introitus.



Reminiscere miserationū tuarum Dñe, & misericordiae tuae, quae a saeculo sunt: ne vnquam dominantur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israël

ex oībus angustijs nostris. **Ps. Ad** te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. **Gloria Patri. Oratio.**

Deus qui conspicias omni nos virtute destitui: interius, exteriusque custodi: vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, & a prauis cogitationibus mundēmur in mente. Per Dñm.

Ad postcō. suffragia SS. Oratio.

Acunctis nos, quaesumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedēte beata & gloriosa sēper virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq. beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacē: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Pro viuīs & defunctīs. Oratio.

Omnipotēs sempiternae Deus, qui viuorū domināris simul & mortuorum, omnīūque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus: vt, p quibus effundere preces decreuimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuae clemētia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

Fratres. Rogamus vos, & obsecramus in Domino Iesu: vt quemadmodum accepistis a nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo: sic & ambulētis, vt abundētis magis. Scitis enim, quae praepcepta derim

derim vobis per Dominum Iesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione: vt sciat vnusquisque vestrum, vas suum possidère in sanctificatione & honore: non in passione desiderij, sicut & gentes, quæ ignorant Deum. Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem: in Christo Iesu Domino nostro.

Psal.
24.

Graduale. Tribulationes cordis mei dilatæ sunt: de necessitatibus meis eripe me Domine. **V.** Vide humilitatē meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea.

Psal.
165.

Tractus. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. **V.** Quis loquētur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes eius? **R.** Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. **V.** Memento nostri Domine, in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt.
17.

In illo tēpore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioānem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et respendit facies eius sicut sol: vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquētes. Respondēs autē Petrus, dixit ad Iesum. Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacu-

la: tibi vnum, Moyse vnum, & Eliæ vnū. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque. Surgite, & nolite timere. Leuantes autē oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat. **Credo.**

Offertorium. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. **Secreta.**

Sacrificijs presentibus, Domine quæsumus, intende placatus: vt & deuotioni nostræ proficiant, & salutem. Per Dñm. **Alia Secreta.**

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos metis & corporis hostibus tuearis: gratiā tribuēs in præsentem, & gloriam in futuro.

Deus, cui soli cōgnitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quæsumus, vt intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, & omnium fidelium nomina, beatæ prædestinationis liber adscripta retineat. Per Dominum.

Communio. Intellige clamorem meum, intēde voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus: quoniā ad te orabo Domine. **Postcommunio.**

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: vt quos tuis reficis sacramētis, tibi etiam placitis moribus

ribus dignanter deseruire concedas. Per Dominum.

Alia Postcommun.

MVndet & muniat nos, quęsumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitricę Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis: a cunctis nos redat & peruersitatibus expiātos, & aduersitatibus expeditos.

PVrificent nos, quęsumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta quę sumpsimus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis, præsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliũ, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per Dñm.

F E R I A S E C V N D A.

Statio ad S. Clementem. Intro.

Redime me Domine, & miserere mei: pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs benedicam Dominũ.

Psal. Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans, nõ infirmabor. **v.** Gloria Patri. *Oratio.*

Praesta quęsumus omnipotens Deus: vt familia tua, quę se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet: seclando iustitiam, a culpa ieiunet. Per Dominum.

Alie Ofones, vt i Dñica præc. f. 75.

Lectio Danielis prophetę.

IN diebus illis: Oravit Daniel Dñm, dicens. Dñe Deus noster,

qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus. Domine, in omnem iustitiã tuam, auertatur obsecro ira tua & furor tuus a ciuitate tua Ierusalem, & a monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorũ, Ierusalẽ & populus tuus in opprobriũ sũt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Domine Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuã super sanctuariũ tuum, quod desertũ est. Propter te ipsum inclina Deus meus aurem tuã, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostrã, & ciuitatem, super quam inuocatum est nomen tuum. Neque enim in iustificacionibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam: sed in miseracionibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine: attẽde, & fac. Ne moreris propter te ipsum, Deus meus: quia nomen tuũ inuocatum est super ciuitatẽ, & super populum tuũ, Domine Deus noster.

Grad. Adiuutor meus, & liberator me⁹ esto: Dñe ne tardaueris. **v.** Cõfundantur, & reuerantur inimici mei, qui quærunt animam meam. ^{Psal. 69.}

Tritus. Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: ^{Psal. 102.}

neque secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. **v.** Domine, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiã tuã, quia pauperes facti sumus nimis. **v.** Adiuua nos ^{Psal. 78.}

Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. ^{Hic genuflexio.}

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

ican.
8.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorū. Ego vado, & quæretis me: & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi. Numquid interficiet semetipsum, quia dicit: quò ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsū estis: ego de supernis sū. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus. Principium, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare. Sed qui misit me, verax est: & ego, quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrē eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis filiū hominis, tūc cognoscetis, quia ego sum, & à me ipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. *Offertorium.*

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. *Secreta.*

Hæc hostia, Domine, placationis & laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia Secreta, vt in Dominica precedenti. fol. 76.

Commun. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! *Postcōm.*

HÆc nos communio, Domine, purget à crimine: & caelestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

Alia postcommun. vt in Dominica precedenti. fol. 77.

Super populum. Oramus.

Humiliate capita vestra Deo. *Oio.*

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandę pietatis indulges: consuetae misericordię tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum.

F E R I A T E R T I A .

Statio ad sanctam Balbinam.

Introitus.



Ibi dixit cor meū, quæ ^{Pfā} ^{26.} fuit vultum tuum, vultum tuum Domine requiram: ne auertas faciē tuam à me. *Pf. Dñs* ^{Ibid.}

illuminatio mea, & salus mea: quē timebo? *v. Gloria Patri. Oratio.*

Perfice, quæsumus Domine, benignus in nobis obseruatiae sanctę subsidium: vt, quę te auctore faciēda cognouimus, te operante impleamus. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in Dominica precedenti. fol. 75.

Iectio libri Regum.

IN diebus illis: Factus est sermo Domini ad Eliam Thesbitē, dicens. Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi. Præcepit enim ibi mulieri viduę, vt pascat te. Surrexit, & abiit in Sarephta. Cumque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna: & vocauit eam, dixitque ei. Da mihi paululum aquę in vase, vt bibam. Cumque illa pegeret vt afferret, clamauit post tergum

tergum eius, dicēs. Affer mihi, obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit. Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillum capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lécytho. En colligo duo ligna: vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo: vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait. Noli timere: sed vade, & fac sicut dixisti. Verumtamē mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autē & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit Dominus Deus Israël. Hydria farinæ non deficiet, nec lécythus olei minuetur, vsque ad diem in qua daturus est Dominus pluuiam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbū Eliæ. Et comēdit ipse, & illa, & domus eius. Et ex illa die, hydria farinæ non defecit, & lécythus olei nō est imminutus, iuxta verbū Domini: quod locutus fuerat in manu Eliæ.

Graduale. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.

V. Dum clamarem ad Dominum, exaudiui vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos, dicens. Super cathedrā Moysi sedērunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruâte & facite: secundum opera vero eorum nolite facere. Dicūt enim, & nō faciunt. Alligant enim onera grauiā & importabilia, & imponunt in hūmeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt, vt

videantur ab hominibus. Dilatant enim phylactēria sua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recūbitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in cælis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester, vnus est, Christus. Qui maior est vestrū, erit minor vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.

Offertorium. Miserere mei Domine, secundum magnam misericordiam tuam: dele, Domine, iniquitatem meam. **Secreta.**

Sanctificationem tuā nobis Domine, his mysterijs operāte placatus: quæ nos a terrenis purget vitijs, & ad cælestia dona perducas. Per Dominum.

Alia Secreta: vt in Dominica præcedenti. fol. 76.

Commi. Narrabo omnia mirabilia tua: lætabor & exultabo in te: psallā nomini tuo, Altissime. **Postcōm.**

VT sacris Dñe, reddamur digni muneribus, fac nos tuis quæsumus, semper obedire mandatis. Per Dominum nostrum.

Alia postcommunis, vt in Dominica præcedenti. fol. 77.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Propitiare, Domine, supplicationib' nostris, & animarū nostrarum medere languoribus: vt remissione percepta, in tuā sēper benedictione lætemur. Per Dñm.

FERIA QVARTA.

Statio ad S. Ceciliam. *Introit.*

Pl. 37.



NE derelinquas me Domine Deus meus, ne discēdas à me: intende in adiutorium meum, Domine virtus salutis

Ebdē.

meæ. *Psalmus.* Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. *V. Gloria. Oŕo.*

POpulum tuum, quęsumus Domine, propiti⁹ respice: & quos ab escis carnalibus præcipis abstinere, à noxijs quoque vitijs cessare concēde. Per Dominum.

Alię Orationes, vt in Dominica præcedenti. folio 75.

I. lectio libri Esther.

E. n. h. 23. c.

IN diebus illis: Orauit Mardocheus ad Dominū, dicens. Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuę resistere voluntati, si decreueris saluare nos. Tu fecisti cælum & terram, & quidquid cæli ambitu continetur. Dominus omnium tu es: nec est qui resistat maiestati tuę. Et nunc Domine, rex regum, Deus Abraham, miserebere populo tuo: quia volunt nos inimici nostri perdere, & hereditatem tuam delere. Ne despicias partem tuā, quam redemisti tibi: sed exaudi deprecationem nostrā, & propiti⁹ esto forti & funiculo hereditatis tuę. Et conuerte luctū nostrum in gaudiū: vt viuētes, laudemus nomen tuum: & ne claudas ora canentiū te, Dñe Deus noster.

Pl. 27.

Graduale. Saluum fac populū tuū Domine, & benedic hereditati tuę. *V.* Ad te Domine clamaui, Deus meus ne fileas à me, & ero similis descendentibus in lacum.

Traçtus. Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras retribuas nobis. *V.* Domine, ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. *V.* Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propiti⁹ esto peccatis nostris, propter numen tuum.

*S*equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duo decim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Ierosolymā, & filius hominis tradetur principi bus sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendū, & flagellandum, & crucifigendū: & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filijs suis, adorans & petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis. Calicem quidem meū bibētis: sedere autē ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratū est à Patre meo. Et audientes decem, indignati sūt de duob⁹ fratribus. Iesus autē vocauit eos ad se, & ait. Scitis, quia principes gentiū dominantur eorū: & qui maiores sūt, potestatem exercēt in eos? Nō ita erit inter vos. Sed quicumque voluerit inter vos maior fieri,

feri, vt sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari: sed ministrare, & dare animam suam, redemptionem pro multis.

Offertorium.

24. **A**d te Domine, leuavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideat me inimici mei: etenim vnuerſi, qui te expectant, non confundentur.

Secreta.

Hostias, Domine, quas tibi offerimus, propitius respice: & per hæc sancta commercia, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 76.

Communio.

1. **I**ustus Dominus, & iustitiam dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

Postcommunio.

Sumptis Dñe sacramentis, ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiamus augmentum. Per Do.

Alia Postcommunio, vt in Dominica præcedenti. fol. 77.

Super populum. **O**remus.

Humiliate capita vestra Deo.

Oratio.

Deus innocentia restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda seruatorum: vt spiritus tui seruo re concepto, & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Per Dominum, in vnitatem eiusdem.

F E R I A Q V I N T A.

Statio ad S. Mariam trans Tyberim.

Introitus.

9. **D**eus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina: confundantur & reuerentur inimici mei, qui quærunt animam

M. N. R.

meam. **1. sal.** **A**uertatur retrorsum ^{ibid.} & erubescant: qui cogitant mihi mala. **Ps.** Gloria Patri. **Oratio.**

Presta nobis, quæsumus Domine, auxilium gratiæ tuæ: vt ieiunij & orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis & corporis. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 75.

Lectio Ieremiæ propheta.

Hæc dicit Dominus Deus. ^{1ere.} ^{17.} **M**aledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum: & a Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra falsuginis, & inhabitabili. Benedictus vir, qui confidit in Domino: & erit Dñs fiducia eius. Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride: & in tempore siccitatis non erit follicitem: nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis, & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego Dñs scrutans cor, & probans renes: qui do vnique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum: dicit Dominus omnipotens.

Graduale. **P**ropitius esto Domine ^{1c. 78.} peccatis nostris, ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum?

V. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Domine, libera nos.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Homo quidam erat ^{Luc.} ^{16. d.} diues, & induebat purpura, & bys-

F so:

fo: & epulabat quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebat vlcera eius. Factum est autem, vt moreretur medicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans, dixit. Pater Abraham, miserere mei: & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham. Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint: neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres: vt testetur illis, ne & ipsi veniant in huc locum tormentorum. Et ait illi Abraham. Habet Moysen & Prophetas: audiât illos. At ille dixit. Nô, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent. Ait autem illi. Si Moysen & Prophetas nô audiunt: neque si quis ex mortuis resurrexerit, credet.

Offertorium. Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, & dixit: Quare Domine irasceris in populo tuo? parce iræ animæ tuæ: memento Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti dare terram

fluentem lac & mel. Et placatus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. **Secreta.**

Presenti sacrificio, nomini tuos, Domine, ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per Dominum.

Alia Secreta, vt in Dominica precedenti. fol. 76. **Communio.**

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, dicit Dominus. Ioan 6.

Postcommunio.

Gratia tua nos, quæsumus Domine, non derelinquat: quæ & sacræ nos deditos faciat seruituti, & tuam nobis opem semper acquirat. Per Dominum.

Alia Postcomun. vt in Dominica precedenti. fol. 77.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oso.**

Adesto Domine famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire postceteris: vt ijs, qui te auctore & gubernatore gloriantur, & congregata restitutes, & restaurata conferues. Per Dominum.

F E R I A S E X T A.

Statio ad S. Vitalem. **Introitus.**



Go autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua. **Psalms.**

Exaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationi meæ.

v. Gloria Patri. **Oratio.**

DA quæsumus omnipotens Deus: vt sacro nos purificante ieiunio: sinceris mentibus ad sancta vêtura facias peruenire. Per Dñm.

Alia Orationes, vt in fol. 75.

Lectio

Lectio libri Genesis.

Gen.
7.

IN diebus illis: Dixit Ioseph fratribus suis. Audite somniū meū quod vidi. Putabam nos ligāre manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum, & stare: vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulū meum. Responderunt fratres eius. Numquid rex noster eris: aut subiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorū atque sermonum, invidiæ & odij fomitem ministravit. Aliud quoque somniū vidit, quod narrans fratribus, ait. Vidi per somnium, quasi solem & lunam, & stellas vndecim adorare me. Quod cū patri suo & fratribus retulisset, increpavit eū pater, & dixit. Quid tibi vult hoc sōnium, qđ vidisti? Nū ego, & mater tua, & fratres tui adorabim⁹ te super terram? Inuidebant igitur ei fratres sui: pater vero rē tacitus cōsiderabat. Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israël. Fratres tui pascūt oves ī Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondēte, Presto sum, ait. Vade, & vide, si cuncta próspera sint erga fratres tuos, & pecora: & renuntia mihi, quid agas. Missus de valle Hebron, venit in Sichem. Inuenitq. eum vir errantē in agro: & interrogavit qđ quæreret. At ille respondit, Fratres meos q̄ro: indica mihi, vbi pascant greges. Dixitque ei vir. Receperunt de loco isto: audiui autē eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos: & inuenit eos in Dothain. Qui cum vidissent eum procul, antequam accēderet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuo loquebantur: Ecce somniator venit: venite, occidam⁹

eum, & mittamus in cisternam venterem: dicemusque, Fera pessima deuoravit eum. Et tūc apparebit, quid illi p̄sint somnia sua. Audiēs autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat. Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem: sed projicite eum in cisternā hanc, quæ est in solitudine: manusq. vestras seruāte innoxias. Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

Graduale. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Psal. 119.

Ps. Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa.

Tractus. Domine, non secundum peccata nostra quæ fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras retribuas nobis. Psal. 102.

Ps. Domine, ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarū: cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. **Ps.** Diuina nos Deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. Ps. 78.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus tuis Iudeorum parabolam hanc. Homo erat pater familias, qui plantauit vineā, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim: & locauit eā agricolis, & peregre profectus est. Cum autē tempus fructuū appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperēt fructus eius. Et agricolæ, apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, aliū occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt il-

Hic
genus
flectitur.

Matt.
21.

lis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suū, dicens. Verebuntur filium meum. Agricola autem videntes filium, dixerūt intra se. Hic est heres: venite, occidamus eū, & habebimus hereditatē eius. Et apprehensum eū, eiecērunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo uenerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiūt illi. Malos male perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddāt ei fructum tēporibus suis. Dicit illis Iesus. Numquā legistis in scripturis: Lapidem, quem reprobauerunt ædificātes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis: quia auferet a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidē istū, confringetur: super quē uero ceciderit, conteret eū. Et cū audissent principes sacerdotum & Pharisei parabolās eius: cognouerunt, quod de ipsis diceret. Et quærentes eū tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant. **Offertor.**

Psal.
29.

Domine, in auxilium meum respice: confundantur & reuereantur, qui querunt animam meam, vt auferant eam: Domine in auxilium meum respice. **Secreta.**

Hæc in nobis sacrificia Deus, & actiōe permaneāt, & operatione firmentur. Per Dominum. **Alia Secreta, vt in Dominica precedenti.** fol. 76.

Psal.
21.

Communiō. Tu Domine seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in æternum. **Postcommun.**

Fac nos, quæsumus Domine, accepto pignore salutis æternæ, scitendere congruenter: vt ad eā per-

uenire possimus. Per Dominum. **Alia Postcommun.** vt in Dominica precedenti. fol. 77.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vstra Deo. **Oro.**

DA quæsumus Domine, populo tuo salutem mentis & corporis: vt bonis operib⁹ inharēdo, tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi. Per Dominum.

S A B B A T O.

Statio ad S. Marcellinum & Petrum. **Introitus.**



Ex Domini irreprehensibilis, conuertens animas: testimonium Domini fidei, sapientiam præstans paruulis. **Pf.** Ibidē.

Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmiter. Gloria Patri. **Oratio.**

DA quæsumus Domine, nostris effectum ieiunij salutarem: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in Dominica precedenti. fol. 75.

Lectio libri Genesis.

IN diebus illis: Dixit Rebecca Gen. 27. filio suo Iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, vt comedam: & benedicam tibi coram Domino, antequam moriar. Nunc ergo, fili mi, acquiesce consilijs meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit. Nosti, quod Esau frater meus homo pilō-

pilosus sit, & ego læuis: si attrectauerit me pater meus, & senferit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere: & inducat super me maledictionē pro benedictione. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens, affer quæ dixi. Abijt & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut nouerat vel le patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasq. hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum: & panes, quos coxerat, tradidit. Quibus illātis, dixit. Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu, fili mi? Dixitque Jacob. Ego sum Esau primogenitus tuus: feci sicut præcepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filiū suum. Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit. Voluntas Dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitque Isaac. Accede huc, vt tangam te, fili mi: & probem, vtrum tu sis filius meus Esau, an nō. Accessit ille ad patrē: & palpato eo, dixit Isaac. Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et non cognouit eum: quia pilosę manus similitudinem maioris expresserāt. Benedicēs ergo illi, ait. Tu es filius meus Esau? Respondit: Ego sum. At ille. Affer, inquit, mihi cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblātos comedisset, obtulit ei etiam vinū. Quo hausto, dixit ad eum. Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Sta-

timque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicēs illi, ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine terrę, abundantiam frumenti, & vini, & olei. Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum: & incuruentur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau: coctosque de venatione cibos intulit patri, dicens, Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq. illi Isaac. Quis enim es tu? Qui respondit. Ego sū filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehemēti: & vltra quā credi potest, admirans, ait. Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & comēdi ex omnibus priusquam tu venires? benedixique ei, & erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno: & consternatus ait. Benedic etiā & mihi, pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulēter, & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste vocatum est nomē eius Iacob: supplāuit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: & nunc secūdo subripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem. Numquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? Respondit Isaac. Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illi subiugauit: frumento, vino, & oleo stabiliuē eum: & tibi post hæc, fili mi, vltra

quid faciã? Cui Esau. Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes, pater? Mihi quoq. obsecro, vt benedicas. Cumq. eiulãtu magno fleret, motus Isaac, dixit ad eum. In pinguedine terre, & in rore celi desuper erit benedictio tua.

Fl. 91. **Graduale.** **B**onum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. **V.** Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc.
15. **I**n illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolas hanc. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescẽtior ex illis patri. Pater, da mihi portionem substantiã, quã me contingit. Et diuisit illis substantiã. Et nõ post multos dies, cõgregatis omnibus, adolescẽtior filius peregre profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam viuẽdo luxuriose. Et postquam consummasset omnia, facta est fames valida in regione illa: & ipse cepit egere. Et abiit, & adhesit vni ciuiũ regionis illius. Et misit illum in villam suam, vt pãsceret porcos. Et cupiebat implere vẽtrem suum de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereor? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater, peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens, venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius: & misericordia motus est. Et accurrẽs cẽ-

cidit super collũ eius, & osculatus est eum. Dixitque ei filius. Pater, peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolã primam, & induite illũ: & date anulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulũ saginatum, & occidite, & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autẽ filius eius senior in agro. Et cũ veniret, & appropinquãret domui, audiuit symphoniã, & chorum. Et vocauit vnum de seruis: & interrogauit, quã hec essent. Isq. dixit illi. Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatũ, quia saluũ illum recepit. Indignatus est autẽ, & volebat introire. Pater ergo illi egressus, cõpẽt rogare eum. At ille respondens, dixit patri suo. Ecce tot annis seruo tibi, & mandatum tuum numquam preterui: & numquam dedisti mihi hõedum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquã filius tuus hic, qui deuorãuit substantiam suam cum meretricibus, venit: occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili, tu semper mecum es, & omnia mea, tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Offertorium.

Illumina oculos meos, ne vmquã ^{Pfal.} obdormiam in morte: ne quando ^{12.} dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum.

Secreta.

His sacrificijs, Domine, concede placãtus: vt, qui proprijs orãmus absolui delictis, non grauemur externis. Per Dominum.

Alia

Alia Secreta, vt in Dominica precedenti. fol. 76.

Communio. Oportet te, fili, gaudere, quia frater tuus mortu⁹ fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Postcommunio.

Sacramenti tui, Domine, diuina libatio, penetralia nostri cordis infundat: & sui nos participes potenter efficiat. Per Dominum.

Alia Postcommun. vt in Dominica precedenti. fol. 77.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Familiam tuam, qua sumus Domine, continua pietate custodi: vt, qua in sola spe gratiae caelestis innititur, caelesti etiam protectione muniatur. Per Dominum.

DOMINICA TERTIA

in Quadragesima.

Statio ad S. Laurentium extra muros.

Introitus.

Culi mei semper ad Dominum, quia ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me, & miserere mei, quonia vnicus, & pauper sum ego.

Psal. Ad te Domine leuavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. **v.** Gloria. **Oro.**

Quesumus omnipotens Deus, vota humiliu respice: atque ad defensionem nostram, dexteram tuae maiestatis extende. Per Dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.

Oratio.

Acunctis nos, quaesumus Dñe, metis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis

Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destruetis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Provius & defunctis. Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui viuoru dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus: vt, pro quib⁹ effundere preces decreuimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuae clementia, omnium delictoru suorum veniam consequantur. Per Dominu nostrum Iesum Christum.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

Fratres. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulat in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudine, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, qua ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes: quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter haec enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrae: nunc autem lux in Domino.

Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. **Graduale.**

Ps. 9. Exurge Domine, non praualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. **V.** In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt a facie tua. **Tractus.**

Psal. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in caelis. **V.** Ecce sicut oculi feruorum in manibus dominorum suorum. **V.** Et sicut oculi ancillae in manibus domine tuae: ita oculus nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. **V.** Misere re nobis Domine, misere re nobis. **Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.**

Luc. 11. b. **I**N illo tempore: Erat Iesus eiciens daemoneum: & illud erat mutum. Et cum eiecisset daemoneum, locutus est mutus: & admiratae sunt turbae. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe daemoneum eicit daemoneum. Et alij tentantes, signum de caelo quaerebant ab eo. Ipse autem, ut vidit cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius, quia dicitis, in Beelzebub eicere me daemoneum? Si autem ego in Beelzebub eicio daemoneum: filij vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi, indices vestri erunt. Porro si in digito Dei eicio daemoneum: profecto peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt omnia, quae possidet. Si autem fortior illo superueniens victrit eum: vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat: & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, con-

tra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quaerens requiem, & non inueniens, dicit. Reuertar in domum meam, unde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Et tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cum haec diceret, extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quae suxisti. At ille dixit. Qui nimmo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. **Credo.**

Offertorium. Iustitiae Domini rectae, iustificantes corda, & iudicia eius dulciora super mel & fauam: nam & seruus tuus custodit ea. **Secreta.**

HAec hostia, Domine quasumus, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum.

Alia Secreta.

EXaudi nos Deus salutaris noster: ut phius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis: gratiam tribuas in praesenti, & gloriam in futuro.

DEus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quasumus, ut intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, & omnium fidelium nomina, beate praedestinationis liber adscripta retineat. Per Dominum.

Communio. Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, ubi reponat pullos suos: altaria tua Domine virtutum,

rex meus, & Deus meus: beati qui habitant in domo tua, in sæculū sæculi laudabunt te. **Postcommun.**

A Cunctis nos, quæsumus Domine, reatibus & periculis propitiatus absolue: quos tãti mysterij tribuis esse participes. Per.

Alia postcommun.

M Vndet & muniat nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiãtos, & aduersitatibus expeditos.

P Vrificent nos, quæsumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta quæ sumpsimus, & intercedentibus omnibus sanctis tuis, præsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliū, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fideliū, remissio omnium delictorum. Per Dñm.

F E R I A S E C V N D A .

Statio ad S. Marcum. Introitus.



I N Deo laudabo verbum, in Dño laudabo sermonē: in Deo sperabo, nō timebo quid faciat mihi homo.

Psal. Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die belans tribulauit me. **v. Gloria. Oſo.**

C Ordibus nostris, quæsumus Dñe, gratiã tuã benignus infunde: vt, sicut ab escis carnalibus abstinemus: ita sensus quoque nostros à noxijs retrahamus excessi-

bus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 87.

Lectio libri Regum.

I N diebus illis: Naamã princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus. Per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ. Erat autē vir fortis, & diues: sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de terra Israël puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman: quæ ait ad dominam suam. Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria: profectio curasset eum à lepra, quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dñm suum, & nuntiauit ei, dicens. Sic & sic locuta est puella de terra Israël. Dixitq. ei rex Syriæ. Vade, & mittã litteras ad regem Israël. Qui cū profectus esset, & tulisset secū decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decē mutatoria vestimentorū: detulit litteras ad regem Israël in hæc verba. Cum accēperis epistolã hanc, scito q̄ miserim ad te Naamã seruum meum, vt cures eum à lepra sua. Cumq. legisset rex Israël litteras, scidit vestimēta sua, & ait. Nūquid Deus sum ego, vt occidere possim & viuificãre: quia iste mihi sit ad me, vt curem hominem à lepra sua? Animaduértite, & videte, quòd occasiones querat aduersum me. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israël vestimenta sua, misit ad eū, dicens. Cur scidisti vestimenta tua? Veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israël. Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostiū domus

4 Re-
gū 5.

domus Elisæi: misitq. ad eum Elisæus nuntium, dicens. Vade, & lauare septies in Iordane: & recipiet similitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman, recedebat, dicens. Putabam, quod egrederetur ad me: & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Numquid non meliores sunt Abana & Pharphar, fluij Damasci, omnibus aquis Israël, vt laueris eis, & munderis? Cum ergo vertisset se, & abiret indignans; accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei. Pater, & si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis, quia nunc dixit tibi. Lauare, & mundaberis? Descendit, & lauit in Iordane septies, iuxta sermonem viri Dei: & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est. Reuersusque ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, venit, & stetit corameo, & ait. Vere scio, quod non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israël.

Ps. 55. Graduale. Deus, vitam meam annuntiaui tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. **V.** Misere mei Dñe: quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me.

Psal. 302. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Domine, ne me mineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiam tuam, quia pauperes facti sumus nimis. **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Ps. 78. **Hic genuflectitur.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis. Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura te ipsum: Quanta audiimus facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est celum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sydoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Elisæo propheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecérunt eum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad superciliū montis, super quem ciuitas eorum erat ædificata, vt precipitaret eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. **Offertorium.**

Ps. 54. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. **Secr.**

M vnus, quod tibi Domine nostræ feruitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta, vt in Dominica precedenti. fol. 83.

Communio. Quis dabit ex Sion salutare Israël? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis sue, exultabit Iacob, & letabitur Israël. **Psal. 23.**

Postquam quæsumus omnipotens & misericors Deus: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum.

Alia

Alia postcommunio. vt in fol. 89.
Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**
Subueniat nobis, Domine misericordia tua: vt ab imminētibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per Dominum.

F E R I A T E R T I A .

Statio ad sanctam Pudentianam.

Introitus.

Deus clamauit quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: custodi me Domine, vt pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me. **Psal. Exaudi** Dñe iustitiam meā: intende deprecationem meam. **✠ Gloria. Oro.**
Exaudi nos omnipotens & misericors Deus: & continentia salutaris propitius nobis dona concede. Per Dominum nostrum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 87.

Lectio libri Regum.

In diebus illis: Mulier quædam clamabat ad Elisæum prophetā, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti, quia seruo tuus fuit timens Dominum. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Elisæus. Quid vis, vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo vngar. Cui ait. Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. Et ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in omnia va-

sa hæc; & cum plena fuerint, tolles. Iuit itaq. mulier, & clausit ostium super se, & super filios suos: illi of- ferebant vasa, & illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa, & indicauit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem & filij tui viuite de reliquo.

Graduale. Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo. **✠.** Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

Psal. 18.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si peccauerit in te frater tuus: vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum, vel duos; vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. **Quod** si non audierit eos: dice ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis: quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis cõsenserint super terram: de omni re, quamcunq. petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens ad eum Petrus dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimit-

Matt. 18, c

dimittam eī? Vsq̄ septies? Dicit illi Iesus. Nō dico tibi, vsq̄. septies: sed vsq̄e septuagies septies.

Pfal. **Offertorium.** Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: non moriar, sed viuam, & narrābo opera Domini. **Secreta.**

Per hęc veniat, quæsumus Domine sacramenta nostræ redēptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat semper excessibus: & ad salutaria dona perdūcat. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 88. **Communio.**

Pfal. **D**omine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.

Postcommunio.

Sacris, Domine, mysterijs expiāti: & veniam, quæsumus, consequamur, & gratiam. Per Dominū.

Alia postcommun. vt in Dominica præcedenti. fol. 89.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. **Ofo.**

Tva nos Domine, protectione defende: & ab omni semper iniquitate custodi. Per Dominum.

F E R I A Q V A R T A.

Statio ad sanctum Xystum.

Introitus.



Go autem in Domino sperabo: exultabo, & lætabor in tua misericordia: quia respexisti humilitatē meam. **Pf.**

Inte Domine speraui, non confundar in aternū: in iustitia tua libera me, & eripe me. **✠. Gloria. Ofo.**

Præsta nobis, quæsumus Domine: vt salutarib⁹ ieiunijs eruditi, à noxijs quoq. vitijs abstinētes,

propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 87.

Lectio libri Exodi.

Hæc dicit Dñs Deus. Honora ^{Ex} patrem tuū, & matrē tuam: ^{10.} vt sis longæuus super terrā, quam Dñs Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris cōtra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius: non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum: nec omnia, quæ illius sunt. Cūctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montēque fumigantē: & perterriti, ac pauore cōcussi, steterunt procul, dicentes Moyse. Loquere tu nobis, & audiem⁹. Nō loquatur nobis Dominus: ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum. Nolite timere. Vt enim probaret vos, venit Deus: & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus. Dixit præterea Dominus ad Moysen. Hęc dices filijs Israël. Vos vidistis, q̄ de celo locutus sim vobis. Nō facietis deos argēteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: & offerētis super illud holocausta, & pacifica vestra: oues vestras & boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei.

Graduale. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine. **✠.** Conturbata sunt omnia ossa mea: & anima mea turbata est valde. **Tractus.**

Domine, non secundū peccata nostra,

stra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiatuæ, quia pauperes facti sumus nimis. **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine, libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Accesserunt ad Iesum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisei, dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis. Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri: munus quodcumque est ex me, tibi prouiderit: & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens. Populus hic, labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Et conuocatis ad se turbas, dixit eis. Audite, & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei. Scis, quia Pharisei, audit uerbo hoc, scandalizati sunt? **A**t ille respondens, ait. Omnis plan-

tatio, quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos. Cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt: & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemias. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Orationum. **D**omine, fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum: quia suavis est misericordia tua. **Secreta.**

Suscipe, quesumus Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia Secreta, ut in Dominica præcedenti. fol. 88.

Comunio. **N**otas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitiis cum vultu tuo, Domine. **Postcommunio.**

Sanctificet nos, Domine, quia peccati sumus, mensa cælesti: & a cunctis erroribus expiatis, supernis promissionibus reddat acceptos. Per Dominum nostrum.

Alia postc. ut in Dñica præc. f. 89.

Super populum. **O**remus. Humiliate capita vestra Deo. **O**ro. **C**oncede quæ omnipotens Deus: ut qui protectionis tuæ gratiam

tiam, quærimus, liberati à malis omnibus, secûra tibi mente seruamus. Per Dominum nostrum.

F E R I A Q V I N T A.

Statio ad SS. Cosmam & Damianum.

Introitus.



Alus populi ego sum, dicit Dñs, de quacumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illo-

Psal.
77.

rum Dñs in perpetuum. **Psal.** A t-
tédite popule meus legem meam:
inclináte aurem vestram in verba
oris mei. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Magnificet te Domine, san-
ctorum tuorum Cosmæ &
Damiani beata solemnitas: qua &
illis gloriã sempiternam, & opem
nobis ineffabili prouidentia con-
tulisti. Per Dominum.

**Aliæ Orationes, vt in Dominica
præcedenti. fol. 87.**

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

Ier. 7.

IN diebus illis: Factum est ver-
bum Domini ad me, dicens. Sta
in porta domus Domini: & prædi-
ca tibi verbum istud, & dic. Audíte
verbum Domini omnis Iuda, qui
ingredimini per portas has, vt ado-
rétis Dominum. Hæc dicit Domi-
nus exercituũ, Deus Israël. Bonas
facite vias vestras, & studia vestra:
& habitabo vobiscum in loco isto.
Nolíte confidere in verbis menda-
cij, dicentes: Templum Domi-
ni, templum Domini, templum
Domini est. Quoniam si benedi-
xeritis vias vestras, & studia ve-
stra: si feceritis iudicium inter vi-
rum, & proximum eius: aduenã, &
pupillo, & viduã non feceritis ca-
lumniam: nec sanguinem innocen-
tem effuderitis in loco isto: & post

deos alienos non ambulaueritis in
malũ vobismetipsis: habitabo vo-
biscum in loco isto, in terra quam
dedi patribus vestris à sæculo & vs-
que in sæculũ: ait Dñs omnipotēs.

Graduale. O culi omnĩũ in te spe-
rant Domine: & tu das illis escam
in tempore opportuno. **v.** Aperis
tu manum tuam, & imples omne
animal benedictione.

**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Lucam.**

IN illo tempore: Surgens Iesus ^{Luc}
de synagoga introiuit in domũ ⁴⁸
Simonis. Socrus autem Simonis te-
nebatur magnis febribus. Et roga-
uerunt illum pro ea. Et stans super
illam, imperauit febr̃i: & dimisit il-
lam. Et continuo surgens ministra-
bat illis. Cum autem sol occidisset:
omnes, qui habebant infirmos
varijs languoribus, ducebant illos
ad Iesum. At ille singulis manus
imponens, curabat eos. Exibant
autem dæmonia à multis, claman-
tia & dicentia: Quia tu es filius
Dei. Et increpans non finebat ea
loqui: quia sciebãt ipsum esse Chri-
stum. Facta autẽ die, egressus ibat
in desertum locum: & turbæ requi-
rebant eum: & venérunt vsque ad
ipsum, & detinébant illũ, ne discē-
deret ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia &
alijs ciuitatib⁹ oportet me euãgeli-
zare regnũ Dei: quia ideo mis⁹ sũ.
Et erat p̃dicãs ĩ synagogis Galilæe.

Offert. Si ambulauero in medio tri-
bulationis, viuificabis me Dñe: &
super iram inimicorum meorum
extendes manum tuam, & saluum
me faciet dextera tua. **Secreta.**

IN tuorum, Domine, pretiosa
morte iustorũ sacrificium illud
offerimus, de quo martyrium sum-
psit omne, principium. Per Dñm.

Alia

Psal
144

Luc
48

Psa
157

Alia Secretæ, vt in Dominica
præcedenti. fol. 88.

Communio. T u mandasti, manda-
ta tua custodiri nimis: vtinam diri-
gantur viæ meæ ad custodiendas iu-
stificationes tuas. **Postcommunio.**

S It nobis Domine, sacramenti tui
certa saluatio: quæ cum beato-
rum martyrum tuorum Cosmæ &
Damiani meritis imploratur. Per
Dominum nostrum.

Alia Postcommun. vt in Domini-
ca præcedenti. fol. 89.

Super populum. O remus.
Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

S Vbiectum tibi populum, quæ su-
mus Domine, propitiatio cæle-
stis amplificet: & tuis sèper faciat
seruire mandatis. Per Dominum
nostrum Iesum Christum filium
tuum. Qui tecum.

F E R I A S E X T A .

Statio ad S. Laurentium in Lucina.

Introitus.

A C mecû, Dñe signum
in bonum: vt videant
qui me odérunt, & cõ-
fundantur: quoniã tu
Dñe adiuuisti me, &

consolatus es me. **Psalms.** Inclina
Domine aurem tuam, & exaudi
me: quoniam inops & pauper sum
ego. **v. Gloria Patri.** **Oratio.**

I Eiunia nostra, quesumus Domi-
ne, benigno fauore psequere: vt
sicut ab alimentis abstinemus in
corpore: ita à vitijs ieiunemus in
mente. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in fol. 87.

Lectio libri Numeri.

I N diebus illis. Conuenérunt fi-
lij Israël aduersus Moysen, &
Aaron: & versi in seditionem, dixé-
runt. Date nobis aquam, vt biba-

mus. Ingressique Moyses & Aarõ, ^{Exo. 17.}
dimissa multitudine, in tabernacu-
lum foederis, corruerunt proni in
terram: clamaueruntque ad Domi-
num, atque dixerunt. Dñe Deus,
exaudi clamorem populi huius: &
aperi eis thesaurum tuum fontem
aquæ viuæ, vt fatiati, cesset murmu-
ratio eorû. Et apparuit gloria Do-
mini super eos. Locutusque est Do-
minus ad Moysen, dicens. Tolle
virgam, & congrega populum tu-
& Aaron frater tuus: & loquimini
ad petram corameis, & illa dabit
aquas. Cumque eduxeris aquã de
petra, bibet omnis multitudo, &
iumenta eius. Tulit igitur Moyses
virgam, quæ erat in conspectu Do-
mini, sicut præceperat ei, congrega-
ta multitudine ante petram: dixit-
que eis. Audite rebelles, & increduli.
Num de petra hac vobis aquam
poterimus eicere? Cũque eleua-
set Moyses manum, percutiẽs vir-
ga bis filicem, egressæ sunt aquæ
largissimæ, ita vt populus biberet,
& iumenta. Dixitque Dominus
ad Moysen, & Aaron. Quia nõ cre-
didistis mihi, vt sanctificaretis me
coram filijs Israël: non introduce-
tis hos populus in terram, quã da-
bo eis. Hæc est aqua contradic-
tionis, vbi iurgati sunt filij Israël cõtra
Dominũ: & sanctificatus est in eis.

Graduale. In Deo sperauit cor
meum, & adiutus sum: & re floruit
caro mea, & ex voluntate mea con-
fitebor illi. **v.** Ad te Domine cla-
maui: Deus meus ne sileas, ne di-
scẽdas à me. **Tractus.**

Domine, non secundũ peccata no-
stra, quæ fecimus nos: neque secun-
dum iniquitates nostras retribuas
nobis. **v.** Dñe, ne memineris ini-
quitatũ nostrarũ antiquarum: cito
antici-

anticipent nos misericordiae tuæ ,
quia pauperes facti sumus nimis .
V. Adiuua nos Deus salutaris nos-
ter : & propter gloriam nominis
tui Domine libera nos : & propiti-
us esto peccatis nostris , propter
nomen tuum .

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Ioannem .

In illo tempore : Venit Iesus in
ciuitatem Samariæ , quæ dicitur
Sichar : iuxta prædium , quod de-
dit Iacob Ioseph filio suo . Erat au-
tem ibi fons Iacob . Iesus ergo fa-
tigatus ex itinere , sedebat sic supra
fontem . Hora erat quasi sexta .
Venit mulier de Samaria haurire
aquam . Dicit ei Iesus : Da mihi bi-
bere . Discipuli autem eius abierunt
in ciuitatem , vt cibos emerent . Di-
cit ergo ei mulier illa Samaritana .
Quomodo tu , Iudæus cum sis , bi-
bere à me possis , quæ sum mulier
Samaritana ? Non enim contun-
tur Iudæi Samaritanis . Respondit
Iesus , & dixit ei . Si scires donum
Dei , & quis est qui dicit tibi , Da
mihi bibere : tu forsitan petisses ab
eo , & dedisset tibi aquam viuam .
Dicit ei mulier . Domine , neque in
quo haurias , habes , & puteus al-
tus est : vnde ergo habes aquam
viuam ? Numquid tu maiores pa-
tre nostro Iacob , qui dedit nobis
puteum istum : & ipse ex eo bibit , &
filij eius , & pecora eius ? Respondit
Iesus , & dixit ei . Omnis , qui bibe-
rit ex aqua hac , sitiet iterum . Qui au-
tem biberit ex aqua , quam ego da-
bo ei , non sitiet in æternum : sed aqua
quam ego dabo ei , fiet in eo fons a-
quæ salientis in vitam æternam . Dicit
ad eum mulier , Domine , da mihi
hanc aquam : vt non sitiam , neque
veniam huc haurire . Dicit ei Iesus .

Vade , voca virum tuum , & veni huc .
Respondit mulier , & dixit . Non
habeo virum . Dicit ei Iesus . Bene
dixisti , quia non habeo virum . Quin-
quæ enim viros habuisti : & nunc
quem habes , non est tuus vir . Hoc
verè dixisti . Dicit ei mulier . Domi-
ne , vt video , propheta es tu . Patres
nostri in monte hoc adorauerunt :
& vos dicitis , quia Ierosolymis est
locus , vbi adorare oportet . Dicit
ei Iesus . Mulier , crede mihi , quia
venit hora , quando neque in mon-
te hoc , neque in Ierosolymis adora-
bitis Patrem . Vos adoratis , quod
nescitis : nos adoramus , quod sci-
mus : quia salus ex Iudæis est . Sed
venit hora , & nunc est , quando ve-
ri adoratores adorabunt patrem in
spiritu & veritate . Nam & pater
tales querit , qui adorent eum . Spiri-
tus est Deus : & eos qui adorant eum ,
in spiritu , & veritate oportet adora-
re . Dicit ei mulier . Scio , quia Mes-
sias venit , qui dicitur Christus .
Cum ergo venerit , ille nobis annu-
tiabit omnia . Dicit ei Iesus . Ego
sum , qui loquor tecum . Et cõtinuo
venerunt discipuli eius : & miraba-
tur , quia cum muliere loquebatur .
Nemo tamen dixit : Quid quæris ,
aut quid loqueris cum ea ? Reliquit
ergo hydriam suam mulier : & abiit
in ciuitatem , & dicit illis homini-
bus . Venite , & videte hominem , qui
dixit mihi omnia quæcumque fe-
ci . Numquid ipse est Christus ? Exie-
runt ergo de ciuitate : & veniebant
ad eum . Interea rogabant eum di-
scipuli , dicentes . Rabbi , manduca .
Ille autem dixit eis : Ego cibum
habeo manducare , quæ vos nescitis .
Dicebant ergo discipuli eius adin-
uicem . Numquid aliquis attulit ei man-
ducare ? Dicit ei Iesus . Meus cibus
est ,

est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me: vt perficiam opus eius. Nōne vos dicitis, quōd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: leuāte oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messē. Et qui metit, mercedem accipit, & cōgregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat, simul gaudeat & q̄ metit. In hoc enim est verbum verū: quia alius est qui seminat, & ali⁹ est qui metit. Ego misi vos mētere, quod vos nō laborastis: alij laborauerūt & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderūt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibētis: Quia dixit mihi omnia quęcumque feci. Cum venissent ergo ad illū Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi manēret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonē eius. Et mulieri dicebant: Quia non iam propter tuam loquēlam credimus. Ipsi enim audiuimus: & scimus, quia hic est vere saluator mundi.

5. **Offertoriū.** Intende voci orationis meę, rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo, Domine. **Secreta.**

Respice, quęsumus Domine, propitius ad munera, quę sacramus: vt tibi grata sint, & nobis salutaria sēper existant. Per Dñm.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 88. **Communio.**

6. **Q**ui biberit aquam, quam ego dabo ei, dicit Dominus, fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. **Postcommun.**

Huius nos Domine, perceptio sacramenti mundet à crimine: & ad cęlestia regna perducat. Per Dominum nostrum.

M. N. R.

Alia Postcommun. vt in Dominica præcedenti. fol. 89.

Super populum! O remus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oso.**

Prestā, quęsumus omnipotens Deus: vt qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis aduersantia, te adiuuante vincamus. Per Dominum.

S A B B A T O.

Statio ad sanctam Susannam.

Introitus.



Erba mea auribus percipe Domine, intende voci orationis meę, rex meus, & Deus meus. **Ps.** Quoniam ad te orabo **ibid.**
Domine: mane exaudies vocem meam. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Prestā quęsumus omnipotens Deus: vt qui se, affligendo carnem, ab alimentis abstinent: sectando iustitiam, à culpa ieiuent. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 87.

Lectio Danielis prophetę.

In diebus illis: Erat vir in Babilōne, & nomen eius Ioachim. Et accēpit vxorem nomine Susannam, filiam Helcię, pulchram nimis, & timentem Deum. Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moyfi. Erat autem Ioachim diues valde: & erat ei pomariū vicinum domui suę. Et ad ipsum confluebant Iudęi, eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo, de quibus locutus est Dominus: Quia egressa est iniquitas de Babilōne à seniorib⁹ iudicibus, q̄

G vide-

videbantur régere populum. Isti frequentabant domū Ioachim: & veniebunt ad eos omnes, qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam fenés quotidie ingrediētem, & deambulantem: & exarsērunt in concupiscentiam eius. Et euertērunt sensum suum, & declinauerūt oculos suos, vt non vidērent cælū, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Factum est autem, cum obseruarent diem aptum, quando eam possent inuenire solā: ingressa est aliquando, sicut heri & nudius tertius, cū duab⁹ solis puellis: voluitq. lauāri in pomario. Ætius quippe erat. Et non erat ibi quisquam, præter duos fenés absconditos, & contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Asserte mihi oleum & smigmata: & ostia pomarij claudite, vt lauer. Cum autem egressæ essent puellæ: surrexerunt duo fenés, & accurrerunt ad eam: & dixerūt. Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & in concupiscentia tui sumus: quamobrē assentire nobis, & commiscere nobiscum. Quod si nolueris, dicemus testimonium contra te, quod fuerit tecum iuuenis: & ob hanc causam emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait. Angustiæ mihi sunt undique. Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autem & fenés aduersus eam. Et cucurrit vnus, & aperuit ostia pomarij.

Cum autem audissent clamorem in pomario famuli domus, irruerunt per posticam, vt vidērent quidnam esset. Postquam autem fenés locuti sunt, erubuerunt serui vehemēter: quia numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumque venisset populus ad virū eius Ioachim, venerunt & duo seniores pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo. Mittite ad Susannam filiam Heliciæ, vxorem Ioachim. Et statim miserunt. Et venit cum parētibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui, & omnes qui noverant eam. Consurgentes autem duo seniores in medio populi, posuerūt manus suas super caput ei⁹. Quæ flens suspexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt seniores. Cum deambularem in pomario soli, ingressa est hæc cū duabus solis puellis: & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitque adolescens ad eam, qui erat absconditus: & concubuit cum ea. Porrò nos, cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat: & aperto ostio exiit. Hanc autem cum apprehendissemus, interrogauimus, quisnā esset adolescens: & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit ei multitudo quasi seniorib⁹ & iudicibus populi: & condemnauerunt eam ad mortē. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit. Deus æterne, qui abscondito-

rumes cognitor, qui nosti omnia antequam fiant: tu scis, quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiose composuerunt aduersum me. Exaudivit autem Dominus vocem eius. Cumque duceretur ad mortem, suscitavit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel: & exclamavit vocem magna, & dixit. Mündus ego sum à sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit. Quis est sermo iste, quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum, ait. Sic, fatui filij Israël, non iudicantes, neque quod verum est cognoscetes condemnastis filiam Israël? Reuertimini ad iudiciũ: quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixit ad eos Daniel. Separate eos ab iniuicem procul: & dijudicabo eos. Cũ ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum ex eis, & dixit ad eum. Inueterate dierum malorum, nunc venérunt peccata tua, quæ prius operabáris, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimēs, & dimittēs noxios, dicente Domino: Innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi? Qui ait: Sub schino. Dixit autem Daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus Domini, accepta sententia ab eo, scindet te medium. Et amóto eo, iussit venire alium, & dixit ei. Semen Chanaan, & non Iuda: species decépit te, & concupiscētia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Israël: & illæ timētes loquebantur

vobis. Sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait: Sub prino. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus Domini gladium habens, vt fecet te medium: & interficiat vos. Exclamavit itaque omnis cētus voce magna: & benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos seniores: (cōuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) feceruntque eis sicut male egerant aduersus proximum: & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. *Graduale.*

Si ambulem in medio vmbre mortis, non timebo mala: quoniam tu mecumes, Domine. *v.* Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Perrexit Iesus ^{Ioan: 8.} in montem Oliueti: & diluculo iterum venit in templum. Et omnis populus venit ad eum: & sedēs docebat eos. Adducūt autem Scribæ & Pharisæi mulierem deprehensam in adulterio: & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei. Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autē Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant, & tentantes eum: vt possent accusare eum. Iesus autem inclinās se deorsum, digito scribebat in terra. Cum autem perseverarent interrogantes eum: erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam

lapidem mittat. Et iterum inclinans se, scribebat in terra. Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus. Et remansit Iesus solus, & mulier in mestio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei. Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit. Nemo Domine. Dixit autem Iesus. Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. **Offertorium.**

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniustitia, Domine.

Secreta.

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt huius sacrificij munus oblátum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & muniat. Per Dominum.

Aliz Secretæ, vt in Dominica præcedenti. fol. 88. Communio.

Nemo te cõdemnauit, mulier? nemo Domine: nec ego te condemnabo: iam amplius noli peccare.

Postcommun.

Quæsumus omnipotens Deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori cõmunicamus, & sanguini. Qui tecum viuít & regnat.

Aliz Postcommun. vt in Dominica præcedenti. fol. 89.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo.

Oratio.

Pratende Domine, fidelibus tuis dexteram cælestis auxilij: vt te toto corde perquirant: & quæ digne postulant, cõsequi mereantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuít, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, &c.

DOMINICA QUARTA in Quadragesima.

Statio ad S. Crucem in Ierusalem.

Introitus.



Ætare Ierusalem: & ^{166.} conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum lætitia, qui in tristitia fuistis:

vt exultetis, & fatiemini ab vberibus consolationis vestre. **Psalms.**

Latatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. ^{121.}

v. Gloria Patri.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur, tuę gratiæ consolatione respiremus. Per Dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.

Oratio.

Acunctis nos, quæsumus Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedete beata & gloriosa semper Virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua securam tibi seruiat libertate.

Pro viuís & defunctis. Oratio.

Omnipotēs sempiternæ Deus, qui viuorū dominaris simul & mortuorum, omniumq. miseris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt, pro quibus effundere preces decreuimus, quosq. vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuę clemētia, omnium

nium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas.

Fratres. Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar, (Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem) & seruit cum filiis suis. Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est mater nostra. Scriptum est enim. Lætare sterilis, quæ non parit: erumpe & clama, quæ non parturit: quia multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet virum. Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? Eijce ancillam, & filium eius. Non enim erit heres filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberavit.

Graduale. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. **Ps.** Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Tractus. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem. **Ps.** Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Sequentia sancti Evangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabatur. Subijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha, dies festus Iudeorum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum. Vnde ememus panes, ut manducent hi? Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: ut vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuérunt ergo viri numero quasi quinq. millia. Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegérunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis, quæ superauerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant: quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent

eum regem: fugit iterum in mōtem
ipse solus. **Credo.** *Offertorium.*

psal.
34.

Laudate Dominū, quia benignus
est, pfallite nomini ei⁹, quoniam sua-
uis est: omnia quæcumque voluit,
fecit in celo & in terra. *Secreta.*

Sacrificijs præsentibus, Domine
quæsumus, intende placatus: vt
& deuotioni nostræ proficiant, &
saluti. Per Dominum.

Alia Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris no-
ster: vt p huius sacramēti virtu-
tem, à cunctis nos mētis & corpo-
ris hostibus tuearis: gratiā tribuēs
in præsentī, & gloriam in futuro.

Deus, cui soli cōgnitus est nu-
merus electorum in superna
felicitate locandus: tribue quæsu-
mus, vt intercedentibus omnibus
sanctis tuis, vniuersorum, quos in
oratione commendatos suscepi-
mus, & omnium fidelium nomina,
beatæ prædestinationis liber ad-
scripta retineat. Per Dominum.

psal.
121.

Communio. **I**erusalē, quæ ædifica-
tur vt ciuitas, cui⁹ participatio ei⁹
in idipsum: illuc enim ascenderunt
tribus, tribus Dñi, ad cōfitendum
nomini tuo, Domine. *Postcomm.*

DA nobis, quæsumus misericors
Deus: vt sancta tua, quib⁹ in-
cessanter explēmur, sinceris tractē-
mus obsequijs, & fideli semper mē-
te sumāmus. Per Dominum.

Alia postcommun.

Mvndet & muniat nos, quæsu-
mus Domine, diuini sacra-
menti munus oblatum: & interce-
dente beata virgine Dei genitrice
Maria, cum beatis apostolis tuis
Petro & Paulo, atque beato **N.** &
omnibus sanctis: à cunctis nos red-
dat & peruersitatibus expiātos, &
aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quæsumus omni-
potens & misericors Deus, sa-
cramenta quæ sumpimus, & inter-
cedentibus omnibus sanctis tuis,
præsta: vt hoc tuum sacramentum
non sit nobis reatus ad poenam, sed
intercessio salutaris ad veniam: sit
ablutio scelerum, sit fortitudo fra-
giliū, sit contra omnia mundi peri-
cula firmamentum, sit viuorum at-
que mortuorum fidelium, remissio
omnium delictorum. Per Dñm.

F E R I A S E C V N D A .

Statio ad sanctos quatuor Coronatos.

Introitus.

Deus in nomine tuo sal- ^{psal.}
uum me fac, & in vir- ^{33.}
tute tua libera me:
Deus exaudi oratio-
nem meam: auribus

percipe verba oris mei. *Psal. Quo-* ^{ibid.}
niam alieni insurrexerunt in me: &
fortes quæsierunt animam meam.

v. Gloria Patri. Oratio.

Ræsta, quæsumus omnipotens
Deus: vt obseruationes sacras
annua deuotione recolentes, &
corpore tibi placeamus, & mente.
Per Dominum.

*Alia Oraciones, vt in Dominica
præcedenti. fol. 100.*

LECTIO libri Regum.

In diebus illis: Venērūt duę mu- ^{3. Reg.}
lieres meretrices ad regem Salo- ^{3. c.}
monem: steteruntque corameo.
Quarū vna ait. Obsecro mi domi-
ne, ego & mulier hæc habitabamus
in domo vna: & peperī apud eā in
cubiculo. Tertia vero die, postquā
ego péperi, peperit & hæc. Et era-
mus simul, nullusq. alius in domo
nobiscum, exceptis nobis duabus.
Mortuus est autem filius mulieris
huius nocte: dormiens quippe op-
pressit

preffit eum. Et confurgens in tempeſta noctis ſilentis, tulit filium meũ de latere meo ancilla tuę dormientis, & collocauit in ſinu ſuo: ſuum autẽ filiũ, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo. Cumque ſurrexiſſem mane, vt darẽ lac filio meo: apparuit mortuus. Quẽ diligẽtius intuens clara luce, deprehendẽ nõ eſſe meum, quem genueram. Reſponditque altera mulier. Non eſt ita, vt dicis: ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris: filius quippe ræus viuuit, & filius tuus mortuus eſt. Atque in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait. Hęc dicit: Filius meus viuuit, & filius tuus mortuus eſt: & iſta reſpõdet, Non, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autẽ viuuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cumque attuliſſent gladium coram rege: Diuidite, inquit, infantem viuũ in duas partes: & date dimidiam partem vni, & dimidiam partẽ alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regẽ: (commota ſunt quippe viſcera eius ſup filio ſuo.) Obſecro domine, date illi infantẽ viuũ, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi, nectibi: ſed diuidatur. Reſpondit rex, & ait. Date huic infantem viuũ, & non occidatur: hęc eſt enim mater eius. Audiuit itaque omnis Iſraël iudicium, quod iudicaſſet rex: & timuerunt regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium. **Graduale.**

Eſto mihi in Deum proteſtorem, & in locum refugij: vt ſaluum me facias. **V.** Deus in te ſperaui: Domine, non confundar in æternum.

Tractus. Domine, non ſecundum

peccata noſtra quæ fecimus nos: neque ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. **V.** Domine, ne me PG. 78. mineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. **V.** Aduua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriã nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

In illo tempore: Prope erat paſcha Iudæorum, & aſcẽdit Ieſus Ieroſolyam. Et inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas, & nummularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculus, omnes eiecit de templo, oues quoque, & boues: & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit. Auferte iſta hinc: & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comedit me. Reſpondẽrunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Quod ſignum oſtendis nobis, quia hęc facis? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de tẽplo corporis ſui. Cum ergo reſurrexiſſet a mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat. Et crediderũt ſcripturæ, & ſermoni quem dixit Ieſus. Cum autem eſſet Ieroſolyms in paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes eius

signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus nõ credebatur semetipsum eis, eo quod ipse nosset oēs: & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine.

Offertorium. Iubilare Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia: intrate in conspectu eius in exultatione: quia Dominus ipse est Deus.

Secrera.

Oblatum tibi Domine, sacrificium viuificet nos semper, & muniat. Per Dominum.

Alia Secrera, vt in Dominica præcedenti. fol. 102. **Communio.**

Ps. 18. Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo.

Postcommun.

Sumptis Domine, salutaribus sacramentis: ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiamus augmentum. Per Dominum.

Alia postcommun. vt in Dominica præcedenti. fol. 102.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. **Ofo.**

Deprecationem nostram, quæsumus Domine, benignus exaudi: & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per Dominum.

F E R I A T E R T I A.
Statio ad S. Laurentium in Damaso.

Introitus.

Psal.
14.



Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me & exaudi me. **Psalmus.**

Ibid. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Sacræ nobis, quæsumus Domine, obseruationis ieiunia: & pia conuersationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præstent auxilium. Per Dominum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 100.

LECTIO libri Exodi.

In diebus illis: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens. Descende de monte: quia peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti. Receperunt cito de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt. Isti sunt dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursumque ait Dominus Moysen.

Cerno, quod populus iste duræ cervicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos: faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens. Cur Domine irascitur furor tuus contra populū tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne, quæso, dicant Ægyptij: Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israël seruorum tuorum, quibus iurasti per te ipsum, dicens. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro: & possidebitis eam semper. Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo Dominus Deus nolter. **Graduale.**

Exur-

13. **E**xurge Domine, fer opem nobis: & libera nos propter nomē tuum. **V** Deus auribus nostris audiui⁹: & patres nostri annuntiauerūt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

1. **I**N illo tempore: Iam die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes. Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina, non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscat de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriā propriam querit. Qui autem querit gloriā eius qui misit illum: hic, verax est, & iniustitia in illo nō est. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba, & dixit. Dæmoniū habes: quis te querit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis. Vnū opus feci: & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: nō quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis hominē. Si circumcisionē accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moyfi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicāte. Dicebant ergo quidam ex Ierofolymis. Nōne hic est, quem quærunt interficere? Ecce, palam loquitur: & nihil ei dicūt. Numquid vere cognouerūt Principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus

autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Iesus, & dicens. Et me scitis, & vnde sim scitis: & à me ipso non veni: sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus: quia nōdum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum.

Offertorium. Expectans expectaui Dominū, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meam: & immisit in os meum canticum nouū, hymnum Deo nostro. **Secreta.**

Hæc hostia, Dñe quæsumus, Hemundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum.

Alię Secrete, vt in Dom. præf. 102.

Communio. Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. **Postcōm.**

Huius nos, Domine, perceptio sacramēti mundet à crimine: & ad cælestia regna perducat. Per Dominum nostrum.

Alię postcommun. vt in fol. 102.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Miserere Domine, populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem, propitius respicere concede. Per Dominum.

F E R I A Q V A R T A

Statio ad S. Paulum. **Introit.**



Vm sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris: & effundam super vos aquā mūdā, & mundabimini ab oībus inquinamentis

mentis vestris: & dabo vobis spiritum nouum. **Psalm.** Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **V.** Gloria Patri. **Post Kyrie eleison. dicitur,** Oremus. Flectamus genua.

Ps. Leuate.

Oratio.

Deus, qui & iustis premia meritorum, & peccatoribus per ieiunium veniam præbes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio, indulgentiam valeat percipere delictorum. Per Dominum.

Lectio Ezechielis Prophetæ.

Exec.
36-C

Hæc dicit Dominus Deus. Sanctificabo nomen meum magnum: vt sciant gentes, quia ego Dominus. Cum sanctificatus fuero in vobis coram eis, tollam quippe vos de gentibus: & congregabo vos de vniuersis terris: & adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam, vt in præceptis meis ambulatis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum: dicit Dominus omnipotens.

Ps. **Graduale.** Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.

V. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestra non confundentur. **Medicatur,** Dominus vobiscum, **ne** Flectamus genua.

Oremus.

Oratio.

Præsta quasumus omnipotens Deus: vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lætificet: vt terrenis affectibus miti gatis, facilius caelestia capiamus. Per Dominum nostrum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 100.

Lectio Isaia prophetæ.

Hæc dicit Dominus Deus. Laetiamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Quarrite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: & venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabitur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: dicit Dominus omnipotens. **Graduale.**

Beata gens, cuius est Dominus Deus eorum: populus quem elegit Dominus in hereditatem sibi. **V.** Verbo Domini caeli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiam tuam, quia pauperes facti sumus nimis. **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia S. Euang. secundum Ioanem.

In illo tempore: Præteriens Iesus, vidit hominem cæcum a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli.

discipuli ei⁹. Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus. Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed, vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera ei⁹, qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo: & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur, missus. Abijt ergo, & lauit: & venit videns. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia medicus erat, dicebāt. Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebāt, quia hic est: alij autem, nequaquam, sed similibus eius est. Ille vero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abijt & laui, & vidi. Dixérunt ergo ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad Phariseos, qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quādo lutum fecit Iesus, & aperuit oculos ei⁹. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum posuit mihi super oculos, & laui: & video. Dicebant ergo ex Phariseis quidam. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum nō custodit. Alij autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterū. Tu, quid dicis de eo q̄ aperuit oculos tuos? Ille autē dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo

Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester, quē vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Respondérunt eis parētes eius, & dixerunt. Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsū interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eū confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ætatē habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei. Da gloriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est, nescio: vnum scio, q̄a cum cæcus essem, modo video. Dixérunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iā, & audistis: quid iterū vultis audire? Nūquid & vos vultis discipuli ei⁹ fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos autē Moyfi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moyfi locutus est Deus: hūc autem nescimus, vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit: & aperuit oculos meos. Scimus autē, q̄a peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & volūntatem eius facit, hūc exaudit. A sæculo nō est auditū, q̄a aperuit quis oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquā. Rñderunt, & di-

& dixerunt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras: & cū inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit. Quis est Domine, vt credam in eum: Et dixit ei Iesus. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo Domine, Et prōcidens adorauit eum.

Offertorium.

Benedicite gentes Dominū Deum nostrum, & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam a me.

Secreta.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: vt his sacrificijs peccata nostra mudentur: quia tunc verā nobis tribuis & mentis & corporis sanitatem. Per Dominum.

Alia Secreta, vt in Dominica præcedenti. fol. 102.

Communio. Lutum fecit ex sputo Dominus, & liniuit oculos meos: & abij, & laui, & vidi, & credidi Deo.

Postcommunio.

Sacramenta, quæ sumpsimus, Domine Deus noster; & spiritualibus nos repleant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per Dominum nostrum.

Alia postcommunio, vt in Dominica præcedenti. fol. 102.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Pateant aures misericordiae tuae Domine, precibus supplicantium: & vt petentibus desiderata concedas, faceos quæ tibi sunt placita postulare. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

F E R I A Q V I N T A .

Statio ad SS. Siluestrum, & Martinum. Introitus.



Lætetur cor quærētium Dominum: quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper.

Psalmus. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.

v. Gloria Patri. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta laxificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cælestia capiamus. Per Dominum nostrum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 100.

Lectio libri Regum.

In diebus illis: Venit mulier Sunamitis ad Elisæum in montem Carmeli. Cumque vidisset eam vir Dei de cōtra, ait ad Giézi puerum suum. Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei. Recte ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Recte. Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehēdit pedes eius: & accessit Giézi, vt amoueret eam. Et ait homo Dei. Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est: & Dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi. Numquid petiui filium a domino meo? Nūquid non dixi tibi, ne illūdas me? Et ille ait ad Giézi. Accinge lūbos tuos: & tolle baculū meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, nō salutes eum: & si salutauerit te quispiam, nō respondeas illi: & pones bacu-

Hic
geni.
stet.
tur.
Psal.
65.

Ican.
9c

baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit Dominus, & viuit animatus: non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi autem precesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri: & non erat vox, neque sensus. Reuersusque est in occursum eius: & nuntiavit ei, dicens. Non sur-rexit puer. Ingressus est ergo Elifseus domum: & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium super se, & super puerum: & orauit ad Dominum: Et ascendit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incur-ruuit se super eum: & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitque oculos. At ille vocauit Giezi, & dixit ei. Voca Sunamitidem hanc. Quae vocata, ingressa est ad eum. Cui ait; Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius: & adorauit super terram. Tulitque filium suum, & egressa est. Elifseus vero reuersus est in Galgala.

Graduale. **R**espice Domine in testamentum tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. **V.** Exurge Domine, iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Ibat Iesus in ciuitatem, quae vocatur Naïm: & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portae ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicus ma-

tri suae, & haec vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus: & cepit loqui. Et dedit illum matri suae. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. **Offertorium.** **D**omine ad adiuuandum me festina: confundantur omnes, qui cogitant seruis tuis mala. ^{Psal. 69.}

Secreta.

Purifica nos misericors Deus: vt Ecclesiae tuae preces, quae tibi gratiae sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia Secreta, vt in Dominica praecedenti. fol. 102.

Communio. **D**omine memorabor iustitiae tuae solius: Deus docuisti me a iuuentute mea: & vsque in senectam & senium, Deus ne derelinquas me. ^{Psal. 70.}

Postcommunio.

Caelstia dona capientibus, quaesumus Domine, non ad iudicium prouenire patiaris, quae fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Alia postcommun. vt in fol. 102.

Super populum. **O**remus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oratio.**
Populi tui Deus institutor & rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semper tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

F E R I A S E X T A.

Statio ad sanctum Eusebium.

Introitus.

Pf. 18.



E ditatio cordis mei in
 conspectu tuo semper:
 Dñe adiutor meus,
 & redemptor meus.

Ibid.

Psalm. Cæli enarrant
 gloriam Dei: & opera manuum eius
 annuntiat firmiter. **V.** Gloria
 Patri, & Filio.

Oratio.

Deus, qui ineffabilibus mundum
 renouas sacramentis: præsta
 quæsumus, vt Ecclesia tua & æter-
 nis proficiat institutis, & tempo-
 ralibus non destituatur auxilijs.
 Per Dominum nostrum.

**Aliæ Oraciones, vt in Dominica
 præcedenti. fol. 100.**

Lectio libri Regum.

3. R. c.
17. c.

IN diebus illis: Ægrotauit filius
 mulieris matris familias: & erat
 languerit in eo hâlitus. Dixit ergo
 ad Eliam. Quid mihi & tibi, vir
 Dei? Ingressus es ad me, vt reme-
 morarentur iniquitates meæ: &
 interficeres filium meum? Et ait ad
 eam Elias. Da mihi filium tuum.
 Tulitque eum de sinu illius: & por-
 tauit in cœnaculum, vbi ipse manebat,
 & posuit super lectulum suum:
 & clamauit ad Dominum, & dixit.
 Domine Deus meus, etiam ne vi-
 duam, apud quam ego vt cumque
 fuissent, afflixisti: vt interficeres
 filium eius? Et expandit se, atque
 mensus est super puerum tribus vi-
 cibus: & clamauit ad Dominum, &
 ait. Domine Deus meus: reuertatur,
 obsecro, anima pueri huius in
 viscera eius. Et exaudiuit Dominus
 vocem Eliæ: & reuersa est anima
 pueri intra eum, & reuixit. Tulitque

Elias puerum, & deposuit eum de
 cœnaculo in inferiorem domum:
 & tradidit matri suæ. Et ait illi: En
 viuus filius tuus. Dixitque mulier
 ad Eliam. Nunc in isto cognoui,
 quoniam vir Dei es tu: & verbum
 Domini in ore tuo verum est.

Graduale. Bonum est confidere
 in Domino, quam confidere in ho-
 mine. **V.** Bonum est sperare in Do-
 mino, quam sperare in principibus.

Tractus. Domine, non secundum
 peccata nostra, quæ fecimus nos:
 neque secundum iniquitates nostras
 retribuas nobis. **V.** Domine, ne memi-
 neris iniquitatum nostrarum anti-
 quarum: cito anticipent nos mis-
 ricordie tue, quia pauperes facti su-
 mus nimis. **V.** Adiua nos Deus sa-
 lutaris noster: & propter gloriam
 nominis tui Domine libera nos: &
 propitius esto peccatis nostris, pro-
 pter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secun-
 dum Ioannem.

IN illo tempore: Erat quidam lan-
 guens Lazarus à Bethania, de ca-
 stello Mariæ & Marthæ sororum
 eius. (Maria autem erat, quæ vnxit
 Dominum vnguento, & exersit pe-
 des eius capillis suis: cuius frater La-
 zarus infirmabatur.) Miserunt ergo
 sorores eius ad eum, dicentes. Domine,
 ecce quem amas, infirmatur. Audiens
 autem Iesus, dixit eis. Infirmus hæc
 non est ad mortem, sed pro gloria
 Dei: vt glorificetur Filius Dei per
 eam. Diligebat autem Iesus Martham,
 & sororem eius Mariam, & Laza-
 rum. Vt ergo audiuit quia infirma-
 batur, tunc quidem mansit in eodem
 loco duobus diebus. Deinde post
 hæc dixit discipulis suis: Eamus in
 Iudeam iterum. Dicunt ei discipuli.
 Rabbi, nunc querebant te Iudei la-
 pida-

pidare: & iterum vadis illuc? Respondit Iesus. Nōne duodecim sūt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, nō offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. Hæc ait: & post hæc dixit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado, vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerūt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste. Lazarus mortu⁹ est: & gaudeo propter vos, vt credātis, quoniam nō eram ibi. Sed eamus ad eū. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos. Eamus & nos, & moriamur cū eo. Venit itaque Iesus: & inuenit eū quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo, vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedēbat. Dixit ergo Martha ad Iesum. Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcūque popōsceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dicit ei Iesus. Ego sum resurrectio, & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me: non morietur in æternū. Credis hoc? Ait illi. Vtique Domine: ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mun-

dum venisti. Et cum hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suā silentio, dicens. Magister adest, & vocat te. Illa autem vt audiuit, surrexit cito, & venit ad eum. Nōdum enim uenerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in loco illo, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam: cū vidissent Mariam, quia cito surrexit & exiit: secuti sunt eam, dicētes: Quia vadit ad monumentū, vt ploret ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat Iesus: videns eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei. Domine, si fuisses hic, nō esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eam plorātē, & Iudæos, qui uenerant cum ea, plorātes: infremuit spiritu, & turbauit semetipsum, & dixit. Vbi posuistis eū? Dicit ei. Domine, veni & vide. Et lacrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi. Ecce, quomodo amabat eū. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt & hic nō moreretur? Iesus ergo rursum fremēs in semetipso, venit ad monumentū. Erat autem spelūca: & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tōllite lapidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat. Domine, iam sētet: quatruiduanus enim est. Dicit ei Iesus. Nonne dixi tibi, quoniā si credideris, videbis gloriā Dei? Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem, eleuatis oculis sursum, dixit. Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autē sciebam quia semper me audis: sed propter populū qui circumstat, dixi: vt credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare, veni foras. Et statim prodijt, q̄ fuerat mortuus

tuus, ligatus man⁹ & pedes infitis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit ei Iesu. Sóluite eū, & finite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariā & Marthā, & viderant q̄ fecit Ies⁹: crediderūt in eū.

Offertorium. Populum humilem saluum facies Dñe, & óculos superborum humiliabis: quoniam quis Deus præter te, Domine? **Secreta.**

Mvnera nos, Domine quæsumus, oblata purificent: & te nobis iugiter faciant esse placatū. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta vt in f. 102. Cómun.

Videns Dñs stentores forores Lazari ad monumētum, lacrymatus est coram Iudæis, & exclamavit: Lazare, veni foras: & prodijt, ligatis manibus & pedibus, qui fuerat quatuor dies mortuus. **Postcommun.**

Hæc nos, quæsumus Domine, participatio Sacramenti: & à proprijs reatibus indefinēter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum.

Alia Postcommunio. vt in Dominica præcedenti. fol. 102.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo **Oro.**

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt qui infirmitatis nostræ conscij, de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per Dominum.

S A B B A T O.

Statio ad S. Nicolaum in carcere.

Introitus.



Itientes venite ad aquas, dicit Dominus: & qui non habetis pretium, venite, & bibite cum lætitia. **Psal. A**ttendite popule meus legem meā:

inclinate aurem vestram in verba oris mei. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Flat, Domine quæsumus, per gratiam tuā fructuosus nostrę devotionis affectus: quia tunc nobis pröderunt suscepta ieiunia, si tuæ sint placita pietati. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia Orationes, vt in Dominica præcedenti. fol. 100.

Lectio Isaia: Prophetæ.

Hæc dicit Dñs. In tempore placito exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, & dedi te in cædus populi: vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas: vt diceres his qui vinciti sunt, exite: & his qui in tenebris, reuelamini. Super vias pascuntur: & in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neque sitient: & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarū portabit eos. Et ponam omnes mōtes meos in viam: & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti de longe venient: & ecce illi ab aquilone & mari: & isti de terra australi. Laudate cæli, & exulta terra, iubilare mōtes laudē: quia consolatus est Dominus populum suum, & p̄ pauperum suorum miserabitur. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus: & Dominus oblitus est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui, dicit Dominus omnipotens.

Graduale. Tibi Domine derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. **v.** Vt quid Dñe recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione? dum superbit impius, incenditur pauper.

S equen-

Psal.
27.

Joan.
22.

Isaia
55.

Ps. 77

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudæorum. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumē vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisei. Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus, & dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de me, ipso, verum est testimonium meū: quia scio vnde veni, & quò vado. Vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam. Et si ego iudico, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus? Respondit Iesus. Neque me scitis: neque patrem meū. Si me scirētis: forsitan & patrem meum scirētis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docēs in templo. Et nemo apprehēdit eum: quia nondum venerat hora eius.

Confessionum. I actus est Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus: sperabo in eum.

Secreta.

Orationibus nostris, quæ sumus Domine, placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per Dominum.

Ante Secreta, vt in fol. 102.

Communio. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me.

M.N.R.

Postcommun.

TVa nos, quæ sumus Domine, sancta purificent: & operatio-
ne sua tibi placitos esse perficiant.
Per Dominum.

Alia postcommun. vt in fol. 102.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. *Oro.*

DEus, qui speratibus in te misereri potius eligis, quam irasci: da nobis digne flere mala quæ fecimus: vt tuæ consolationis gratiam inuenire mereamur. Per Dominum.

Ab hac die vsque ad Sabbatum sanctum exclusiue nõ dicitur Psalmus.

Iudicame, ante Confessionem: neque Gloria Patri, ad Lauabo.

DOMINICA DE PASSIONE.

Statio ad S. Petrum.

Introitus.



Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso eripe me: quia tu es Deus meus, & fortitudo mea.

Psalm. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Iudica. Non dicitur, Gloria Patri, ad Introitum vsque ad Pascha, nisi in Missa de Fello, si occurrerit: sed finito Psalmo, absolute repetitur Introitus vsque ad Psalmum.

Oratio.

Quesumus omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice: vt te largiente, regatur in corpore: & te seruante, custodiatur in mente. Per Dominum.

Ab hac die vsque ad feriam v. in Cena Domini, post Orationem diei dicitur, vel contra persecutores Ecclesie.

Oratio.

H Ec

Ecclēsiā tuā, quāsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, securā tibi feruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum **N** quem pastorem Ecclesiā tuā praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quāsumus, verbo & exemplo, quibus praest, proficere: vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dñm.

Non dicitur tertia Oratio.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Hebr.
9. b

Fratres. Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum: sed per proprium sanguinem introiit semel in Sancta, aeterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulae aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruandum Deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedente, in redemptionem earum praeuaricationum, quae erant sub priori testamento, repromissionem acciperent, qui vocati sunt aeternae hereditatis in Christo Iesu Domino nostro.

Psal.
142.

Psal.
17.

Graduale. **E**ripe me Domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. **L**iberator meus Domine de gentibus iracundis: ab insurgētibus in me exaltabis me: a

viro iniquo eripies me. **Traetus.** **S**aepe expugnauerunt me a iuuentute mea. **V.** Dicat nunc Israel: saepe expugnauerunt me a iuuentute mea. **V.** Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. **V.** Prolongauerunt iniquitates suas: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. **S**equentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Psal.
128.

In illo tempore: Dicebat Iesus **I**turbis Iudaeorum, & principibus sacerdotum. **Q**uis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare non creditis mihi? **Q**ui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex Deo non estis. Respondērunt ergo Iudaei, & dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & daemonium habes? Respondit Iesus. Ego demonium non habeo: sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui quaerat, & iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruaerit, mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo Iudaei. Nunc cognouimus, quia demonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta? & tu dicis: Si quis sermonem meum seruaerit, mortem non gustabit in aeternum. Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophetae mortui sunt. **Q**uem teipsum facis? Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est: & non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero similis vobis, **mēdax.**

Ioan.
8. f.

Sed scio eū, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meū: vidit, & gauisus est. Dixerūt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus. Amen amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego sum. Tulērunt ergo lapides, vt iacerent in eū. Iesus autem abscondit se: & exiuit de templo. **Credo.**

Offertorium. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: retribue seruo tuo, viuam, & custodiam sermones tuos: viuifica me secundum verbum tuum Domine. **Secreta.**

HÆc munera, quæsumus Dñe, & vincula nostræ prauitatis absoluant, & tuæ nobis misericordix dona concilient. Per Dominū. **Altera Secreta, vel contra persecutores Ecclesiæ.**

PRôtege nos Domine, tuis mysterijs seruiètes: vt diuinis reb⁹ inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

Vel Pro Papa.

OBlátis, quæsumus, Domine, placare muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernare. Per Dñm.

Præfatio de Cruce, quæ dicitur quotidie vsque ad feriam v. in Cæna Domini, etiam in Missa de Felto, nisi propriam habuerit.

Cômuniõ. Hoc corpus, quod pro vobis tradetur: hic calix noui Testamenti est in meo sanguine, dicit Dominus: hoc facite, quotiescumque sumitis, in meam commemorationem. **Postcommunio.**

Adesto nobis Domine Deus noster: & quos tuis mysterijs recreasti, perpetuis defende subsi-

dijs. Per Dominum nostrum.

Altera postcommun. vel contra persecutores Ecclesiæ.

Quæsumus Domine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dominum nostrum.

Vel pro Papa.

HÆc nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti perceptio præteget: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnâ cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dominum nostrum.

F E R I A S E C V N D A.
Statio ad S. Chryzogonum. Introit.

Miserere mihi Domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me.

Psalmus. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. **Miserere mihi. Oratio.**

Sanctifica, quæsumus Domine, nostra ieiunia: & cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per Dominum.

Postea Oratio. Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium. vt supra in Dominica Passionis. fol. 115.

Lectio Ionæ propheta.

In diebus illis: Factū est verbū Domini ad Ionam Prophetam secundo, dicens. Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationē, quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbū Dñi. Et Niniue erat ciuitas magna, itinere dierū trium. Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere

diei vni^o: & clamauit, & dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuæ in Deum: & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt faccis à maiore vsque ad minorè. Et peruénit verbum ad Regem Niniue. Et surrexit de folio suo, & abiicit vestimētum suum à se: & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis, & principū eius, dicēs. Homines, & iumenta, & boues, & pécora non gustent quidquam: nec pascantur, & aquā nō bibant. Et operiantur faccis homines, & iumenta: & clament ad Dñm in fortitudine. Et conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorū. Quis scit, si conuertat, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & nō peribimus? Et vidit Deus opera eorū, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est populo suo Dominus Deus noster. **Graduale.**

Pfal.
73. Deus exaudi orationē meam: auri-
bus percipe verba oris mei. **V.** De^o
in nomine tuo saluum me fac: & in
virtute tua libera me. **Tractus.**

Pfal.
102. Domine, non secundū peccata no-
stra, quæ fecimus nos: neque secun-
dum iniquitates nostras, retribuas
nobis. **V.** Dñe, ne memineris ini-
quitatumstrarum antiquarum:
cito anticipent nos misericordiæ
tuæ, quia pauperes facti sumus ni-
mis. **V.** Adiuua nos Deus salutáris
noster: & propter gloriam nomi-
nis tui Domine, libera nos: & propi-
tius esto peccatis nostris, pro-
pter nomen tuum.

**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Ioannem.**

In illo tempore. Misérunt principi-
pes & Pharisæi ministros, vt ap-

prehēderent Iesum. Dixit ergo eis
Iesus. Adhuc modicū tempus vo-
biscum sum: & vado ad eum, qui
misit me. Quæretis me, & non in-
uenietis: & vbi sum ego, vos nō po-
teftis venire. Dixerunt ergo Iudæi
ad semetipsos. Quò híc iturus est,
quia non inueniēmus eum? Num-
quid in dispersionem gentium itu-
rus est, & docturus gētes? Quis est
hic sermo, quē dixit: Quæretis me,
& non inuenietis: & vbi ego sum,
vos non potestis venire? In nouissi-
mo autem die magno festiuitatis,
stabat Iesus, & clamabat, dicens. Si
qs sitit, veniat ad me, & bibat. Qui
credit in me, sicut dicit Scriptura, flu-
mina de vtre eius fluēt aque viue.
Hoc autem dixit de Spiritu, quem
accepturi erant credentes in eum.

Offertorium. Domine conuertere, **Pfal.**
& eripe animam meam: saluum me
fac propter misericordiam tuam.

Secreta.

Concede nobis, Dñe Deus no-
ster: vt hæc hostia salutaris, &
nostrorū fiat purgatio delictorū,
& tuæ propitiatio maiestatis. Per.
Postea Secreta, vel Protege nos,
vel **O** blátis. f. 115. **Communio.**

Domini virtutum ipse est rex **Pfal.**
gloriæ. **Postcommunio.** **23.**

Sacramenti tui, quæsumus Do-
mine, participatio salutaris: &
purificationem nobis tribuat, &
medelam. Per Dominum.

Postea vel Quæsumus Domine.
vel **H**æc nos, quæsumus. fol. 115.

Super populum. O remus.
Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

DA quæsumus Domine, popu-
lo tuo salutem mentis & cor-
poris: vt bonis operibus inherēdo,
tua semper mereatur protectione
defendi. Per Dominum.

F E-

F E R I A T E R T I A .

Statio ad S. Cyriacum. **Introitus.**

Pfal.

26.



Expecta Dominum, viriliter age : & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. **Pfal.**

Ibid.

Dominus illuminatio mea, & salus mea : quem timebo ?

Expecta Dominum. **Oratio.**

Nostra tibi, Domine quæsumus, sint accepta ieiunia: quæ nos & expiando, gratia tua dignos efficiant: & ad remedia perducant æterna. Per Dominum.

Deinde vel Ecclesiæ tuæ. **Vel**

Deus omnium fidelium. fol. 114.

Lectio Danielis Prophetæ.

Dan.

14.c

In diebus illis: Congregati sunt Babylonij ad Regem, & dixerunt ei. Trade nobis Danielem, qui Bel destruxit, & draconem interfecit: alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo Rex, quod irruerent in eum vehementer: & necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum: & erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem: & dabatur eis quotidie duo corpora, & duæ oves: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc Propheeta in Iudea: & ipse cõxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum, vt ferret messoribus. Dixitque Angelus Domini ad Habacuc. Fer prandium, quod habes in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc. Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio. Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui: posuitque eum in Babylonem

super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei, Domine Deus meus: & non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. Porro Angelus Domini restituit Habacuc cõfestim in locum suum. Venit ergo Rex die septima, vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspectit. Et ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit Rex voce magna, dicens. Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autem, qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: & deuorati sunt in momento coram eo. Tunc Rex ait. Pãueat omnes habitantes in vniuersa terra Deum Danielis: quia ipse est saluator, faciens signa & mirabilia in cælo & in terra: qui liberauit Danielẽ de lacu leonum.

Graduale. Discerne causam meam **Pfal.**

Domine: ab homine iniquo & doloſo eripe me. **v.** Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, Scenopogia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc, & vade in Iudæam: vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quidquam facit: & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius

credebant in eum. Dixit ergo eis Iesus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos. Me autē odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festū hunc: ego autem non ascendam ad diem festum istum: quia tempus meum nondum impletum est. Hęc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Ut autē ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascēdit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant. Vbi est ille? Et murmur multum erat de eo in turba. Quidam enim dicebant, quia bonus est: alij autem dicebant: nō: sed sedūcit turbas. Nemo tamen palām loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. **Offertorium.**

Ps. 9. **S**perēt in te omnes, qui nouerunt nomen tuum Domine: quoniam non derelinquis quæretes te: psalite Domino, qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationes pauperum. **Secreta.**

Hostias tibi Domine, deferimus immolandas: quæ temporalem consolatiōem significant: vt promissa non desperemus aterna. Per Dominum.

Deinde vel P rōtege nos. **vel O** blātis. fol. 115. **Communio.**

Redime me, Deus Israēl, ex omnibus angustijs meis. **Postcommun.**

DA quæsumus omnipotens Deus: vt, quæ diuina sunt, iūgiter exequentes, donis mereamur cælestibus propinquāre. Per Dominum nostrum.

Deinde vel Q uæsumus Domine. **vel H** æc nos, quæsumus, fol. 115.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oratio.**
DA nobis, quæsumus Domine, perseveratē in tua voluntate famulato: vt in diebus nostris, & merito & numero, populus tibi feruiens augeatur. Per Dominum.

F E R I A Q V A R T A.

Statio ad Sanctum Marcellum.

Introitus.



Liberator meus de gentibus iracundis: ab insurgētibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me Domine. **Psalm.** **D**iligam te Domine virtus mea: Dominus firmamētum meum, & refugium meum, & liberator meus. **L**iberator. **Oratio.**

Sanctificato hoc ieiunio Deus, tuorū corda fidelium miserator illustra: & quibus deuotionis præstas affectum, præbe supplicatibus piū benignus auditum. Per Dñm. **Postea vel F** ecclesiæ tuæ, **vel E** us omnium fidelium. fol. 114.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis: Locut⁹ est Dominus ad Moysen, dicēs: Lōquere ad vnuersum cœtum filiorum Israēl, & dices ad eos. Ego Dominus Deus vester. Non facietis furtum. Non mētīemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. Non periurābis in nomine meo, nec polues nomē Dei tui. Ego Dominus. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eū. Non morābitur op⁹ mercenarij tui apud te vsque mane. Nō maledices surdo: nec corā cæco pones offendiculum: sed timebis Dominū Deum tuum, quia ego sum Dominus. Non facies quod iniquum est: nec iniuste iudi-

Psal.
17a

ibid.

Leuit.
19.b.c

iudicabis. Non consideres personam pauperis: nec honores vultu potētis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinē proximi tui. Ego Dominus. Non oderis fratrem tuū in corde tuo: sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Nō quæras vltionem: nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum, sicut te ipsum. Ego Dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum Dominus Deus vester.

Graduale. *E*xaltabo te Dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. *V.* Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me: Dñe, abstraxisti ab inferis animam meā, saluasti me à descendentibus in lacum. *Tractus.*

Domine, non secundū peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *V.* Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarum: cito anticipa nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

V. Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Facta sunt Encanā in Ierosolymis: & hiems erat. Et ambulabat Iesus in tēplo, in porticu Salomonis. Circumderūt ergo eum Iudæi, & dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palām. Respondit eis Iesus. Loquor vobis: & non creditis. Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei,

hec testimonium perhibent de me. Sed vos nō creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostēdi vobis ex Patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi. De bono opere, non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis Iesus. Nonne scriptum est in lege vestra: Quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemias: quia dixi, Filius Dei sū? Si non facio opera Patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi nō vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis, & credatis, quia in me est Pater, & ego in Patre.

Offertoriū. *E*ripe me de inimicis meis, Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me Domine.

Secreta.

Annum misericors Deus: vt hostias placationis & laudis, sincero tibi deferamus obsequio. Per Dominum.

Deinde vel Protege nos. **vel O** blatis. fol. 115.

Communio.

Lauabo inter innocentes manus meas, & circuibō altare tuum Domine: vt audiam vocem laudis tuæ,

& enarrem vniuersa mirabilia tua.

Postcommin.

Cælestis doni benedictione percepta, supplices te Deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & sacramenti causa sit, & salutis. Per Dominum.

Postea vel Quæsumus Domine.

vel Hæc nos, quæsumus. fol. 115.

Super populum. **O**remus.

Humiliate capita vestra Deo. **O**ro.

Ad esto supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum.

F E R I A Q V I N T A .

Statio ad sanctum Apollinarem.

Introitus.

Dan.
3. cd



Mnia, quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediimus: sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem misericordiæ tuæ. **Psalmus.**

Psal.
118.

Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini. Omnia, quæ fecisti. **O**ratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt dignitas conditionis humanæ per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimonix studio reformetur. Per Dominum.

Postea vel Ecclesiæ tuæ. *vel* Deus omnium fidelium. fol. 114.

Lectio Danielis propheta.

Dan,
3 d

In diebus illis: Orauit Azarias Dominum, dicens. Dñe Deus noster: ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum, propter nomen tuum: & ne dissipes testamentum tuum:

neque auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum: quibus locutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in litore maris. Quia Domine immuniti sumus plus quam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux: neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde: & timemus te, & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine. Et confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala: confundantur in omnipotentia tua: & robur eorum conteratur. Et sciant, quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super omnem terram, Domine Deus noster. **Graduale.**

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorare Dominum in aula sancta eius. **Psal.** Reuelabit Dominus condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam. **95.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Rogabat Iesum quidam Phariseus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuisset in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis suis tergebat: & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens. Hic, si esset propheta, sciret vtique, quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam forneratori: vnus debebat denarios quingentos: & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit. Æstimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem, ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem vnguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Et

coeperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Offertorium. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. **Secreta.**

Domine Deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostre subsidium condidisti, tuo quoque nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue quesumus: vt & vitæ nobis presentis auxilium, & æternitatis efficiat sacramentum. Per Dominum.

Deinde vel Prælege. vel Oblatis. folio 115. **Communio.**

Memento verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi spem dedisti: hæc me consolata est in humilitate mea. Prælat. 118.

Postcommunio.

Quod ore sumpsimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternum. Per Dominum.

Postea vel Quæsumus Domine. vel Hæc nos quæsumus. fol. 115.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. **Oratio.** **E**sto, quæsumus Domine, propitius plebi tuæ: vt quæ tibi non placent, respuentes: tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per Dominum.

F E R I A S E X T A.

Statio ad S. Stephanum in Caelio monte.

Intritus.



Miserere mihi Domine, quoniam tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorum, & a persequentibus me: Dñe non confundar,

dar, quoniam inuocaui te. **Pſalm.**
 In te Domine ſperaui, non conſum-
 dar in æternum: in iuſtitia tua li-
 berame. **M**iſerere mihi. **Oratio.**

Cordibus noſtris, quæſumus
 Domine, gratiam tuam beni-
 gnus infunde: vt peccata noſtra ca-
 ſtigatone voluntaria cohibentes,
 temporaliter potius maceremur,
 quam ſupplicijs deputemur æter-
 nis. Per Dominum noſtrum Ieſum
 Chriſtum filium tuum.

Poſtea vel Eccleſiæ tuæ. vel Deus
 omnium fidelium. 114

Lectio Ieremiæ prophætæ.

In diebus illis: Dixit Ieremias.
 Domine, omnes qui te derelin-
 quunt, confundentur: recedentes à
 te, in terra ſcribentur: quoniã de-
 reliquerunt venam aquarũ viu-
 entium Dominum. Sana me Domi-
 ne, & ſanabor: ſaluum me fac, &
 ſaluus ero: quoniã laus mea tu es.
 Ecce ipſi dicunt ad me: Vbi eſt ver-
 bum Domini? Veniat. Et ego non
 ſum turbatus, te paſtorem ſequens:
 & diem hominis nõ deſideraui, tu
 ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs
 meis, rectum in conſpectu tuo fuit.
 Nõ ſis mihi tu formidini: ſpes mea
 tu in die afflictionis. Confundan-
 tur, qui me perſequuntur, & non
 confundar ego: pãueant illi, & non
 pãueam ego: Induc ſuper eos diem
 afflictionis: & duplici contritione
 contere eos, Domine Deus noſter.

Graduale. Pacificè loquebãtur mi-
 hi inimici mei: & in ira moleſti
 erant mihi. **V.** Vidifti Domine, ne
 fileas: ne diſcèdas à me.

Tractus. Domine, non ſecundum
 peccata noſtra quæ fecimus nos:
 neque ſecundũ iniquitates noſtras
 retribuas nobis. **V.** Domine, ne me

mineris iniquitatum noſtrarũ an-

tiquarum: cito anticipent nos mi-
 ſericordiã tuã, quia pauperes facti
 ſumus nimis. **V.** Adiuua nos Deus
 ſalutaris noſter: & propter gloria
 nominis tui Domine libera nos: &
 propitiuſ eſto peccatis noſtris, pro-
 pter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecun-
 dum Ioannem.

In illo tẽpore: Collegèrunt Pon-
 tifices & Phariſei concilium ad-
 uerſus Ieſum, & dicebãt. Quid fa-
 cimus: quia hic homo multa ſigna
 facit? Si dimittimus eũ ſic, omnes
 credent in eum: & venient Roma-
 ni, & tollent noſtrum locum, & gẽ-
 tem. Vnus autem ex ipſis, Caiphas
 nomine, cũ eſſet pontifex anni il-
 li, dixit eis. Vos nescitis quidquã:
 nec cogitatis, quã expedit vobis, vt
 vnus moriatur homo pro populo:
 & nõ tota gens pereat. Hoc autem
 à ſemetipſo nõ dixit: ſed cum eſſet
 pontifex anni illius, prophetauit,
 quia Ieſus moriturus erat pro gen-
 te: & non tantum pro gente, ſed vt
 filios Dei, qui erant diſperſi, cõgre-
 garet in vnum. Ab illo ergo die
 cogitauerunt, vt interficerent eum.
 Ieſus ergo iam non in palãm am-
 bulabat apud Iudeos: ſed abiit in
 regionem iuxta deſertum, in ciuita-
 tem quæ dicitur Ephrêm: & ibi
 morabatur cum diſcipulis ſuis.

Offertorium. Benedictus es Domi-
 ne, doce me iuſtificationes tuas, &
 non tradas calumniantibus me ſu-
 perbis: & respondebo exprobrãti-
 bus mihi verbum. **Secreta.**

Preſta nobis miſericors Deus:
 vt digne tuis ſeruire ſemper al-
 taribus mereamur: & eorum per-
 petua participatione ſaluari. Per
 Dominum noſtrum.

Deinde vel Protege nos. vel
 O blã;

O blatis. 115. **Communio.**

Ne tradideris me Domine in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. **Poite.**

Sumpti sacrificij, Domine, perpe tua nos tuitio nō derelinquat: & noxia semper à nobis cuncta depellat. Per Dominum.

Poitea vel Quæsumus Domine, vel **H**æc nos, quæsumus. fol. 115.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati à malis omnibus, secūra tibi mente seruiamus. Per Dominum.

S A B B A T O.

Statio ad S. Ioannem ante portam Latinam. **Introitus.**



Miserere mihi Domine, quoniam tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorum, & à per-

sequentibus me: Domine non confundar, quoniam inuocaui te. **Psal.**

In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. **M**iserere mihi. **Oratio.**

Proficiat, quæsumus Domine, plebs tibi dicata piæ deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuæ sit gratior, tâto donis potioribus augeatur. Per Dominum nostrum.

Poitea vel Ecclesiæ tuæ, **v**el **D**eus omnium fidelium. fol. 114.

Lectio Ieremiæ Propheta.

In diebus illis: Dixerūt impij Iudæi adiuicem. Venite, cogitemus contra iustū cogitationes. Nō enim peribit lex à sacerdote, neque

consilium à sapiente, nec sermo à Propheta. Venite, & percutiamus eum lingua: & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende Domine ad me: & audi vocem aduersariorum meorum. Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare, quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum: & auerterem indignationem tuā ab eis. Propterea da filios eorum in famē: & deduceos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq; liberis, & viduę: & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorū confodiātur gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos abscondērunt pedibus meis. Tu autem Domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne propitiēris iniquitati eorum: & peccatū eorum à facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui abūtere eis, Domine Deus noster. **Graduale.**

Pacificè loquebantur mihi inimici mei: & in ira molesti erant mihi.

V. Vidisti Domine, ne filcas: ne discēdas à me.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Cogitauerunt principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Ierosolymā, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant:

Psal.
34.

Ioan.
12.

bant: Hofanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israël. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinae. Hæc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc scripta erant de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem quidam gentiles ex his, qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes. Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt. Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens. Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumeti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea

veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo, dicens. Et clarificauit, & iterum clarificabo. Turba ergo, quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse. Alij dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit. Non propter me venit hæc vox, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. (Hoc autem dicebat, significans quia morte esset moriturus.) Responditei turba. Nos audiimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis: ut non tenebræ vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quomodo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem: ut filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abiit, & abscondit se ab eis.

Offertorium. Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas, & non tradas calumniantibus me superbis: & respondebo exprobrantibus mihi verbum. **Secreta.**

A cunctis nos, quesumus Domine, creatibus & periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per Dominum.

Deinde vel Protege. vel Oblatis. fol. 115. **Communio.**

Ne tradideris me Domine, in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & metuta est iniquitas sibi. **Postcom.**

Diuini muneris largitate fatiati, quesumus Domine Deus noster: ut huius semper participatio-

ne viamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Postea vel Quæsumus Domine, vel Hæcnos, quæsumus. fol. 115.

Super populum. O remus.

Humiliate capita vestra Deo. Ofo.

TVeatur, quæsumus Domine, dextera tua populū deprecantem, & purificatum dignanter erudiat: vt consolatione præsentis, ad futura bona proficiat. Per Dñm.

DOMINICA IN PALMIS.

Completa terra, & facta aspersio aquæ, more solito, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel sine casula, cū ministris similiter indutis, procedit ad benedicendum ramos palmarum, & oliuarum, siue aliarum arborum, in medio ante Altare, vel ad cornu Epistolæ positos.

Et primo cantatur à Choro Añã.

Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini. O rex Israël. Hosanna in excelsis.

Deinde Sacerdos stans in cornu Epistolæ, nõ vertens se ad populum, dicit i tono Osonis Missæ ferialis.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. O remus. Oratio.

DEus, quem diligere & amare, iustitia est: ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica: & qui fecisti nos in morte Filij tui sperare quæ credimus: fac nos eodem resurgente peruenire quò tēdimus. Qui tecum viuuit, & regnat. In vnitatem eiusdem Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorū. Amen.

Postea Subdiaconus in loco solito cantat sequentem Lecturam in tono Epistolæ: & in fine osculatur nanum Sacerdotis.

Tectio libri Exodi.

IN diebus illis. Venérunt filij Israël in Elim, vbi erāt duodecim fontes aquarū, & septuaginta palmarum: & castrametati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israël in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinaí: quintodecimo die mensis secundi, postquã egressi sunt de terra Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filij Israël. Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertū istud, vt occideretis omnē multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moysen. Ecce, ego pluam vobis panem de cælo. Egre diatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent quod inferāt: & sit duplum, quàm colligere solebāt per singulos dies. Dixeruntque Moyses & Aaron ad omnes filios Israël. Vespere sciētis, quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti: & mane videbitis gloriam Domini.

Deinde cantatur pro Graduati, R.

Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium, & dixerunt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eū sic, oēs credent in eū: Et venient Romani, & tollēt nostrū locū, & gentē. Vñ autē ex illis, Caiphas nomine, cū esset pōtifex anni illi, prophetauit, dicens: Expedit vobis, vt vnus moriatur homo p̄ populo, & nõ tota gēs pereat.

Exod. 15. d

Cap. 16.

Ioan. 11.

péreat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum, dicentes. Et veniet. **Vel aliud R.** In monte Oliueti orauit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua. **V.** Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem.

Interim dum catatur R. Diaconus ponit librum Euangeliorum super Altare: & Sacerdos, ministrante Diacono nauiculam, ponit incensum in thuribulo. Deinde Diaconus dicit, Munda cor meum. accipit librum de Altari, petit benedictionem à Sacerdote: postea Subdiacono librum tenente, medijs inter duos Acolythos tenentes candelabra accensa, signat librum, incensat, & cantat Euangelium, vt infra, more consueto: quo finito, Subdiaconus defert librum oscolandum Sacerdoti, qui & incensatur à Diacono.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt. 21. **I**n illo tempore: Cum appropinquaret Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti: tunc misit duos discipulos suos, dicēs eis. Ite in castellum, quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatā, & pullum cum ea. Soluite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autē totum

factū est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem. Dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum, filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præceperat illis Ies^{us}. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes. Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini.

Post hæc benedicuntur rami. Sacerdos stans in eodem cornu Epistolæ, dicit in tono Orationis ferialis.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. **O** remus. **Oratio.**

Avge fidem in te sperantium Deus, & supplicū preces clementer exaudi: veniat super nos multiplex misericordia tua: benedictur & hi palmites palmarum, seu oliuarum: & sicut in figura Ecclesię multiplicasti Noë egredientem de arca, & Moysen exeuntem de Ægypto cum filijs Israël: ita nos portantes palmas, & ramos oliuarum, bonis actibus occurramus obuiam Christo: & per ipsum in gaudium introeamus æternum. **Qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus.**




Per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen. **V.** Dñs vobiscum. **R.** Et




R. Et cū spi ri tu tu o. **V.** Surfum cor da. **R.** Habemus ad Domi-



num. **V.** Gra ti as a gamus Do mi no Deo no stro. **R.** Dignum




& iultum est. **V.** re dignum & iultum est, æquum & fa lu ta re,




nos ti bi semper, & v bique gra ti as a ge re, Domine fan-



ctæ, Pater omni po tens, æ terne Deus. Qui glo ri a ris in




con fi li o san cto rum tu o rum. Tibi enim ser ui unt cre a tu ræ



tu æ: quia te so lum au cto rem & De um cog nos cunt: & omnis
factu-




factura tua te collaudat, & benedicunt te sancti tui. Quia



illud magnum vniuersi tui nomen coram regibus & pote-



statibus huius seculi, libera voce confitentur. Cui assistunt



Angeli & Archangeli, Throni & Dominationes: cumque



omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae



concinunt, sine fine dicentes.

Et cantatur Sanctus Choro.
 Sanctus, Sanctus, Sanctus, Do-
 minus Deus sabaoth. Pleni sunt ce-
 li & terra gloria tua, Hosanna in
 excelsis. Benedictus qui venit in no-
 mine Domini, Hosanna in excelsis.

Sequitur. Dominus vobiscum.
 Et cum spiritu tuo. O remus.
Oratio.

Petimus, Dñe sancte, Pater om-
 nipotens, eterne Deus: vt hanc
 creaturam oliuae, quam ex ligni mate-
 ria

ria prodire iussisti, quamque colūba rediens ad arcam proprio p̄tūlit ore, bene † dicere, & sancti † ficare digneris: vt quicūque ex ea recēperint, accipiant sibi protectio nem animā & corporis: fiatque, Domine, nostrę salutis remedium, tuę gratię sacramentum. Per Dominum. R. Amen. Oremus.

Deus, qui dispersa cōgregas, & cōgregata conseruas: qui populis obuiam Iesu ramos portantibus benedixisti: bene † dicetiam hos ramos palme & oliuę, quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter suscipiunt: vt in quemcumque locum introducti fuerint, tuā benedictionem habitatores loci illius consequantur: & omni aduersitate effugata, dextera tua protegat quos redemit Iesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecum uiuit. Oremus.

Deus, q̄ miro dispositionis ordine, ex rebus etiā insensibilibus, dispēsationem nostrę salutis ostēdere uoluisti: da quęsumus: vt deuota tuorum corda fidelium salubriter intelligant, quid mystice designet in factō, quōd hodię cęlesti lumine afflata, Redemptori obuiam procedens, palmarum atque oliuarum ramos uestigijs eius turba substrauit: Palmarum igitur rami de mortis principe triumphos expectant: surculi uero oliuarum, spiritualem vnctionem aduenisse quodammodo clamant: Intellexit enim iam tūc illa hominum beata multitudo p̄figurari: quia Redemptor noster humanis condolēs miserijs, pro totius mundi uita cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus: Et ideo talia obsequēs administrauit,

M. N. R.

quę in illo & triumphos uictorię, & misericordię pinguedinem declararent: Quod nos quoque plena fide, & factum & significatum retinentes, te Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus, per eundem Dominum nostrum Iesum Christum suppliciter exoramus: vt in ipso, atque per ipsum, cuius nos membra fieri uoluisti de mortis imperio uictoriam reportantes, ipse gloriose resurrectionis participes esse mereamur. Qui tecum uiuit. Oremus.

Deus, qui per oliuę ramos, pacem terris columbam nūtiare iussisti: pręsta quęsumus vt hos oliuę, ceterarumque arborum ramos, cęlesti bene † dictione sanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad salutem. Per Christum Dominum nostrum. Oremus.

Bene † dic, quęsumus Domine, hos palmarum, seu oliuarum ramos: & pręsta, vt quod populus tuus in tui uenerationem hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa deuotione perficiat, de hoste uictoriam reportando, & opus misericordię summopere diligendo. Per Dominum.

Hic celebrās ponit incēsum in thuribulū, deinde ter aspergit ramos aqua benedicta, dicendo Añam, Asperges me. sine cantu, & sine Psalmo: & ter adolet incenso. Postea dicit: Dominus uobiscum.

R. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui filium tuum Iesum Christum Dominum nostrū, pro salute nostra in hunc mundum misisti, vt se humiliaret ad nos, & nos reuocaret ad te: cui etiam, dū Ierusalem ueniret, vt adimpleret scripturas, credētium populorum

I

turba

turba, fidelissima deuotione uestimenta sua cum ramis palmarum in via sternerant: præsta quæsumus, vt illi fidei viam præparemus, de qua, remoto lapide offensionis, & petra scandali, frondeant apud te opera nostra iustitiæ ramis: vt eius uestigia sequi mereamur. Qui tecum viuit & regnat in vnitæte.

Cõplera benedictione, dignior ex clero accedit ad Altare, & dat ramum benedictum Celebranti, qui nõ genuflectit, nec osculatur manum dantis. Postea Celebrans stans ante Altare versus ad populum, distribuit ramos primum digniori, à quo ipse accepit, deinde Diacono & Subdiacono paratis, & alijs clericis singularim per ordinem, vltimo laicis: omnibus genuflectentibus, & ramum ac manum Celebrantis osculantibus, exceptis Prælatis, si adsint.

Et cum inceperit distribuere, à Choro cantantur sequentes Antiphonæ.

Pueri Hebræorum portantes ramos oliuarum obuiauerunt Domino, clamantes, & dicentes: Hosanna in excelsis.

Alia Antiphona. Pueri Hebræorum uestimenta prosternebant in via, & clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini.

Quæ si non sufficiant, repetantur quousque ramorum, distributio finiatur. Deinde Sacerdos dicit **Ps.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus.

Omnipotens sempiternus Deus, qui Dominum nostrum Iesum Christum super pullum asinæ sedere fecisti, & turbas populorum uestimeta, vel ramos arborum in via sternere, & hosanna decantare in laudem ipsius docuisti: da quæsu-

mus: vt illorum innocentiam imitari possimus, & eorum meritum consequi mereamur. Pereundem Christum Dñm nostrum. **R.** Amē.

Postea fit processio. Et primo Celebrans imponit incensum in thuribulum: & Diaconus vertens se ad populum dicit: Procedamus in pace.

Et Chorus respondet. In nomine Christi, Amen. **Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde Subdiaconus parat deferens Crucem, medius inter duos Acolythos cum candelabris accensis: sequitur Clerus per ordinem, vltimo Celebrans cum Diacono à sinistris, omnes cum ramis in manibus: & cantantur sequentes Añæ, vel omnes, vel aliquæ, quousque durat processio. Antiph.**

Cum appropinquaret Dñs Ierusalem, misit duos ex discipulis suis, dicens: Ite in castellum, quod contra vos est: & inuenietis pullum asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedit: soluite, & adducite mihi. Si quis vos interrogauerit, dicite: opus Domino est. Soluentes adduxerunt ad Iesum: & imposuerunt illi uestimeta sua, & sedit super eum: alij expandebant uestimenta sua in via: alij ramos de arboribus sternerant: & qui sequebantur, clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Dñi: benedictum regnum patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis: miserere nobis fili Dauid.

Alia Añæ. Cum audisset populus, quia Iesus venit Ierusalem, acceperunt ramos palmarum: & exierunt ei obuiam, & clamabant pueri, dicentes: Hic est, qui venturus est in salutem populi. Hic est salus nostra, & redemptio Israël. Quantus est iste, cui Throni & Dinationes occurrunt? Noli timere filia Sion:

ecce Rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinæ: sicut scriptum est. Salve Rex fabricator mundi, qui venisti redimere nos. *Alia Añã.*

Ioan. 12. Ante sex dies solenis paschæ, quando venit Dominus in civitatem Ierusalem, occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant ramos palmarum, & clamabant voce magna, dicentes: Hosanna in excelsis: benedictus qui venisti in multitudine misericordiæ tuæ, Hosanna in excelsis. *Alia Antiphona.*

Ocurrunt turbæ cum floribus & palmis Redemptori obuiam: & victori triumphanti digna dant obsequia: Filium Dei ore gentes prædicant: & in laudem Christi voces tonant per nubila: Hosanna in excelsis. *Alia Antiphona.*

Cum Angelis & pueris fideles inueniamur, triumphatori mortis clamantes: Hosanna in excelsis. *Alia Añã.* Turba multa, quæ conuenerat ad diem festum, clamabat Domino: Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis.

In reuersione processionis, duo vel quatuor cantores intrant in Ecclesiam, & clauso ostio stantes versa facie ad processionem, incipiunt *Ps.* Gloria, laus, & decantant duos primos versus Sacerdos vero cum alijs extra Ecclesiã, repetit eosdẽ. Deinde qui sunt intus, cõtant alios versus sequentes: vel omnes, vel partem, prout videbitur: & qui sunt extra, ad quoslibet duos versus respõdet. Gloria, laus, sicut a principio. *Ps.*

Gloria, laus, & honor, tibi sit rex Christe redemptor.

Cui puerile decus prompsit Hosanna pitum.

Iraëles tu Rex, Davidis & inclinata proles:

Nomine qui in Domini Rex benedictæ venis. *R.* Gloria, laus.

Cætus in excelsis te laudat cælicus omnino,

Et mortalis homo, & cuncta creata simul. *R.* Gloria, laus.

Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit:

Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi. *R.* Gloria, laus.

Hic tibi passuro soluebant munia laudis:

Nos tibi regnanti pangimus ecce melos. *R.* Gloria, laus.

Hic placere tibi, placeat deuotio nostra:

Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent. *R.* Gloria, laus.

Postea Subdiaconus hastili crucis percutit portã: qua statim aperta, processio intrat Ecclesiam, cantando *R.* I

ngrediente Domino in sanctam civitatem, Hebræorum pueri resurrectionem vitæ pronuntiantes, Cum ramis palmarum Hosanna clamabant in excelsis.

V. Cum audisset populus, quod Iesus veniret Ierolimam, exierunt obuiam ei. Cum ramis.

Et non dicitur Gloria Patri.

Deinde celebratur Missa. & rami tenentur in manibus dum cantatur Passio & Euangelium tantum.

Statio ad S. Iohannem in Laterano.

Introitus.

Domine, ne longe facias *Psal. 21.* auxilium tuum a me, ad defensionem meam aspice: libera me de ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam.

Psalm. Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum. *D*omine ne longe. *Oratio.*

I 2 Om-

OMnipotēs sempiternē Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti: concede propitius: vt & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur. Per eundem Dominum nostrum.

Et hæc Oratio tantum dicitur.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Philippenfes.

Ph.
z. b.
FRatres. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiēs, in similitudinem hominum factus, & habitu inuētus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomē, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. *Graduale.*

Psal.
72.
Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me: & cum gloria assumpsisti me.

V. Quam bonus Israël Deus rectis corde? mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelauit in peccatoribus, pacem peccatorum videns. *Tractus.*

Psal.
27.
Deus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? *V.* Longe à salute mea verba delictorum meorum. *V.* Deus meus clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, & nō ad insipientiam mihi. *V.* Tu autem in sancto habitas, laus Israël. *V.* In

te sperauerūt patres nostri: sperauerūt, & liberauit eos. *V.* Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. *V.* Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. *V.* Omnes qui videbant me, aspernabantur me: locuti sunt labijs, & mouerūt caput. *V.* Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. *V.* Ipsi vero considerauerunt, & conspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. *V.* Libera me de ore leonis: & à cornibus vnicorniū humilitatem meam. *V.* Qui timētis Dominum, laudate eum: vniuersum semen Iacob magnificate eum. *V.* Annuntiabitur Domino generatio ventura: & annuntiabunt cæli iustitiam eius. *V.* Populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Passio Domini incipitur absolute: non dicitur, Munda cor meum, non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec incensum: non dicitur, Dominus vobiscum, nec respōdetur, Gloria tibi Domine, & Celebrans, seu Diaconus, dū pronuntiat, Passio Domini nostri non signat librum, neque seipsum. Quod & in alijs diebus seruatur, quando legitur Passio.

Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. *+* Scitis, quia post biduum pascha fiet: & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. **C** Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotū, qui dicebatur Caiphas: & concilium fecerunt, vt Iesum

Iesum dolo tenérét, & occiderent. Dicebant autem. **S** Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. **C** Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi: & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes. **S** Vt quid perditio hæc? Potuit enim unguentum istud venundari multo, & dari pauperibus. **C** Sciens autem Iesus: ait illis. **+** Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: ubicumque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. **C** Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum: & ait illis. **S** Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? **C** At illi constituérunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. **S** Vbi vis parémus tibi comédere Pascha? **C** At Iesus dixit. **+** Ite in ciuitate ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. **C** Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Iesus: & parauerunt pascha. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit. **+** Amen dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. **C** Et con-

tristati valde, cœperunt singuli dicere. **S** Numquid ego sum Domine? **C** At ipse respondens, ait. **+** Qui intingit mecum manum in parópside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. **C** Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit. **S** Numquid ego sum, rabbi? **C** Ait illi. **+** Tu dixisti. **C** Cenantibus autem eis, accepit Iesus panem: & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait. **+** Accipite, & comédite: Hoc est corpus meum. **C** Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens. **+** Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testaménti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam á modo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei. **C** Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus. **+** Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis: postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galileam. **C** Respondens autem Petrus, ait illi. **S** Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. **C** Ait illi Iesus. **+** Amén dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cætet, ter me negabis. **C** Ait illi Petrus. **S** Etiá si oportuerit me mori tecum, non te negabo. **C** Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsémani: & dixit

discipulis suis. **+** Sedete hic, donec vadā illuc, & orem. **C** Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cepit contristari, & mæstus esse. Tunc ait illis. **+** Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate mecum. **C** Et progressus pusillū, prōcidit in faciem suam, orans & dicens. **+** Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. **C** Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro. **+** Sic, nō potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate: vt nō intretis in tē-tationē. Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma. **C** Iterum secundo abiit, & orauit, dicens. **+** Pater mi, si nō potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. **C** Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauari. Et relicto illis, iterū abiit: & orauit, tertio eundem sermonē dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis. **+** Dormite iā, & requiescite. Ecce appropinquauit hora: & filius hominis tradētur in manus peccatorū. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. **C** Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cū eo turba multa cum gladijs, & fustibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eū, dedit illis signum, dicens. **S** Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eū. **C** Et confestim accēdēs ad Iesum, dixit. **S** Aue rabbi. **C** Et osculatus est eū. Dixitque illi Iesus. **+** Amice, ad quid venisti? **C** Tūc accesserunt, & manus iniecerūt in Iesum: & tenuerunt eum. **Et ecce vnus ex**

his qui erant cum Iesu, extendens manum, exēmit gladium suum: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculā eius. Tunc ait illi Iesus. **+** Conuerte gladium tuum in locū suum. Omnes enim, qui accēperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum: & exhibebit mihi modo plusquā duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebūtur scripturæ, quia sic oportet fieri? **C** In illa hora dixit Iesus turbis. **+** Tamquam ad latronē existis cum gladijs & fustibus comprehendere me? Quotidie apud vos sedēbā docens in templo: & non me tenuistis. **C** Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturę prophetarū. Tunc discipuli oēs, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerūt ad Caiphā principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores cōuenerant. Petrus autē sequebatur eum à longe, vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt vidēret finem. Principes autē sacerdotum, & omne concilium querebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: & nō inuenērunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autē venērūt duo falsi testes, & dixerūt. **S** Hic dixit: Possum destruere templū Dei, & post tridū reādicare illud. **C** Et surgēs princeps sacerdotum ait illi. **S** Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? **C** Iesus autē tē tacebat. Et princeps sacerdotū ait illi. **S** Adiuro te per Deū viuū, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. **C** Dicit illi Iesus. **+** Tu dixisti. Verumtamen dico vobis: **ámōdo vide-**

videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cæli. **C** Tunc princeps sacerdotum scidit veltimenta sua, dicens. **S** Blasphemavit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce, nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? **C** At illi respondentes, dixerunt. **S** Reus est mortis. **C** Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum cæciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes. **S** Prophetiza nobis Christe: quis est, qui te percussit? **C** Petrus vero sedebat foris, in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla, dicēs. **S** Et tu cū Iesu Galilæo eras. **C** At ille negavit coram omnibus, dicēs. **S** Nescio quid dicis. **C** Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: & ait his, qui erant ibi. **S** Et hic erat cum Iesu Nazareno. **C** Et iterum negavit cū iuramēto: quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant: & dixerunt Petro. **S** Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. **C** Tunc cæpit detestari & iurare: quia nō nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petr^o verbi Iesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et vincitum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præfidi. Tunc videns Iudas, qui tradidit eū, quod damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotū & senioribus dicens. **S** Peccaui: tradens sanguinem iustum. **C** At illi

dixerunt. **S** Quid ad nos? Tu vide-
ris. **C** Et proiecit argenteis in tem-
plo recessit: & abiens, laqueo se sus-
pendit. Principes autem sacerdo-
tum acceptis argenteis, dixerūt. **S**
Nō licet eos mittere in carbonam:
quia pretium sanguinis est. **C** Con-
silio autem inuito, emerunt ex illis
agrū figuli, in sepulturam pere-
grinorum. Propter hoc vocatus est
ager ille, Haceldama, hoc est, ager
sanguinis, vsque in hodiernam
diem. Tunc impletum est, quod
dictum est per Ieremiam prophe-
tam, dicentem. Et acceperunt triginta
argenteos pretiū appretiatī,
quem appretiauerūt à filijs Israël:
& dederunt eos in agrum figuli, si-
cut constituit mihi Dominus. Ie-
sus autem stetit ante Præfidem. Et
interrogauit eum Præses, dicens. **S**
Tu es rex Iudæorum? **C** Dicit illi
Iesus. **S** Tu dicis. **C** Et cum accu-
saretur à principibus sacerdotū &
senioribus, nihil respondit. Tunc
dicit illi Pilatus. **S** Non audis, quā-
ta aduersum te dicunt testimonia?
C Et non respondit ei ad vllum
verbum: ita vt miraretur Præses
vehementer. Per diem autem so-
lemnem consuēerat Præses dimit-
tere populo vnum vincitum, quem
voluissent. Habebat autem tunc
vincitum insignem, qui dicebatur
Barábbas. Congregatis ergo illis,
dixit Pilatus. **S** Quem vultis dimit-
tam vobis: Barábbam, an Iesum,
qui dicitur Christus? **C** Sciebat
enim, quod per inuidiam tradidisset
eum. Sedente autem illo pro-
tribunali, misit ad eum vxoreius,
dicens. **S** Nihil tibi & iusto illi:
multa enim passa sum per visum
hodie propter eum. **C** Principes
autem sacerdotum & seniores per-

suaserūt populis, vt pēterēt Barab-
 bam: Iesum vero pēderent. Re-
 spondens autem Præses, ait illis. **S**
Quē vultis vobis de duobus dimit-
 ti? **C**At illi dixerūt. **S** Barabbam.
C Dicit illis Pilatus. **S** Quid igitur
 faciā de Iesu, qui dicitur Christus?
C Dicunt omnes. **S** Crucifigatur.
C Ait illis Præses. **S** Quid enim ma-
 li fecit? **C** At illi magis clamabant,
 dicentes. **S** Crucifigatur. **C** Vidēs
 autē Pilatus, quia nihil proficeret,
 sed magis tumultus fieret: accepta
 aqua, lauit manus coram populo,
 dicens. **S** Innocens ego sum à san-
 guine iusti hui⁹: vos videritis. **C** Et
 respōdēs vniuersus populus, dixit.
S Sanguis eius super nos, & super fi-
 lios nostros. **C** Tunc dimisit illis
 Barabbam: Iesum autem flagella-
 tum tradidit eis, vt crucifigeretur.
 Tunc milites Præsidis suscipientes
 Iesum in prætorium, congregauē-
 runt ad eum vniuersam cohortem.
 Et exuentes eū, chlāmidem cocci-
 neam circumdederunt ei. Et ple-
 cētes coronā de spinis posuerunt
 super caput eius: & arundinem in
 dextera eius. Et genuflexo ante eū,
 illudebant ei, dicentes. **S** Aue rex
 Iudæorum. **C** Et exuentes in eū,
 accepērūt arundinem, & percutie-
 bant caput eius. Et postquā illuse-
 runt ei, exuerunt eum chlāmide: &
 induerūt eum vestimentis eius, &
 duxerūt eum vt crucifigerent. Ex-
 euntes autem, inuenērunt hominē
 Cyrenæum, nomine Simonem. Hūc
 angariauerunt, vt tolleret cru-
 cem eius. Et venerūt in locum, qui
 dicitur Golgotha: quod est, Caluā-
 rię locus: Et dederunt ei vinum bi-
 bere cum felle mixtum. Et cum gu-
 stasset, noluit bibere. Postquam au-
 tem crucifixerunt eum, diuiserunt

vestimenta eius, sortem mitentes,
 vt impleretur quod dictum est per
 Prophetam dicentem: Diuiserunt
 sibi vestimēta mea: & super vestem
 meam miserūt sortem. Et sedētes,
 seruabant eum. Et imposuerūt su-
 p̄ caput eius causam ipsius scriptā:
 Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc
 crucifixi sunt cū eō duo latrones:
 vnus à dextris, & vnus à sinistris.
 Prætereūtes autem blasphemabāt
 eum, mouentes capita sua, & dicē-
 tes. **S** Vah qui destruis templum
 Dei, & in triduo reedificas illud.
 Salua temetipsum. Si filius Dei es,
 descende de cruce. **C** Similiter &
 principes sacerdotum illudētes cū
 Scribis, & senioribus, dicebant. **S**
 Alios saluos facit: seipsū nō potest
 saluum facere. Si rex Israēl est, de-
 scendat nūc de cruce, & credimus
 ei. Confidit in Deo: liberet eum
 nunc, si vult: dixit enim, quia filius
 Dei sum. **C** Idipsum autem & la-
 trones, qui crucifixi erant cum eo,
 improperabant ei. A sexta autem
 hora, tenebræ factæ sunt super vni-
 uersam terram, vsque ad horam no-
 nam. Et circa horam nonam cla-
 mauit Iesus voce magna, dicēs. **†**
 Eli, Eli, lamma sabaōthāni? **C** Hoc
 est. **†** Deus meus, Deus meus, vt
 quid dereliquisti me? **C** Quidnam
 autem illic stantes, & audientes, di-
 cebant. **S** Eliam vocat iste. **C** Et
 continuo currens vnus ex eis, acce-
 ptam spongiam impleuit aceto, &
 imposuit arundini: & dabat ei bi-
 bere. Ceteri vero dicebant. **S** Si-
 ne, videamus, an veniat Elias libe-
 rans eum. **C** Iesus autem iterum
 clamans voce magna, emisit spiri-
 tum. Et ecce velum templi scissum
 est in duas partes, à summo vsque
 deorsum. Et terra mota est, &

petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu, & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes. **S** Vere filius Dei erat iste. **C** Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Cum sero autem factum esset, uenit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioseph: qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda: & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. **Hic dicitur, Munda cor meum. petitur benedictio, defertur incensum sine luminaribus, & incensatur liber: nõ dicitur, Dominus uobiscum. & Celebrans, aut Diaconus non signat librum, neque seipsum: & quod sequitur, cantatur in tono Euangelij: in cuius fine Celebrans osculatur librum, & incensatur. Quæ omnia & in alijs Passionibus seruantur, præterquam feria sexta in Parasceue.**

Altera autem die, quæ est post pasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pi-

latum, dicentes. Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte ueniant discipuli eius, & furetur eum: & dicant plebi, surrexit à mortuis. Et erit nouissimus error peior prior. Ait illis Pilatus. Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum: signantes lapidem, cum custodibus. **Credo. Offertorium.** Improperium expectauit cor meum, & miseriam: & sustinui qui simul mecum contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni: & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Secreta.

Concede, quæsumus Domine, ut oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dñm.

Communio. Pater, si nõ potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat uoluntas tua. **Postcommunio.**

Per huius, Domine operationem mysterij, & uitia nostra purgantur, & iusta desideria compleantur. Per Dominum.

F E R I A S E C U N D A maioris Hebdomadæ.

Statio ad Sanctam Praxedem.

Introitus.



Vidua Domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium meum, Domine uirtus salutis mee.

Psalmus. Effunde frumentum, & concludite aduersus eos qui persequuntur me:

me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum. **I**udica me. **Oratio.**

DA, que sumus, oīpotens Deus: vt q. in tot aduersis ex nostra infirmitate deficiamus: intercedēte vnigeniti Filij tui passione respirēmus. Qui tecum viuit & regnat.

Postea vel Ecclesia tuæ. vel Deus omnium fidelium. vt sup. in Dominica Passionis. fol. 114.

Lectio Isaia: Prophetæ.

Isai.
50. b

IN diebus illis: dixit Isaia. Dñs autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutiētibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam nō auerti ab increpātibus, & cōspuentibus in me: Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meā vt petram durissimā: & scio, quoniam nō cōfundar. Iuxta est qui iustificat me: quis cōtradictet mihi? Stemus simul: quis est aduersarius meus? Accēdat ad me. Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis est, qui condemnet me? Ecce, omnes, quasi vestimentū cōterētur: tinea cōmedet eos. Quis ex vobis timens Deum, audiens vocē serui sui? Qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Dominum Deum suum.

Psal.
34.

Graduale. Exurge Domine, & intende iudicio meo, Deus meus & Dominus meus in causam meam.

V. Effunde frāmeam, & concludē aduersus. eos qui me persequūtur.

Psal.
102.

Tractus. Domine, non secundum peccata nostra quæ fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras reque buas nobis. **V.** Domine, ne mineris iniquitatum nostrarū antiquarum: cito anticipent nos mi-

Ps. 78.

sericordiā tuā, quia pauperes facti sumus nimis. **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriā nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Evangelij secundum Ioannem.

ANte sex dies pasche venit Iesus Bethaniā, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autē ei cœnam ibi: & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbētibus cum eo. Maria ergo accēpit librā vnguenti nardi pistici pretiosi: & vaxit pedes Iesu, & exterfit capillis suis pedes eius: & domus impleta est ex odore vnguēti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, q. erat eum traditurus. Quare hoc vnguētum non vanijt trecentis denarijs, & datum est egēnis? Dixit autem hoc, non quia de egēnis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portābat. Dixit ergo Iesus. Sine illam, vt in diē sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscum: me autem nō semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset: & venerunt, non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum vidērent, quem suscitauit à mortuis.

Offertorium. Eripe me de inimicis meis Domine: ad te confūgi, doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu. **Secreta.**

HÆc sacrificia nos, oīpotens Deus, potenti virtute mūdātos, ad suum faciant puriores venire principium. Per Dominum. **Deinde vel** Prōtege nos. **vel** Oblātis. fol. 115.

Communio. Erubescant, & reuerantur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore & reuerentia, qui maligna loquantur aduersus me. **Postcommunio.**

Præbeant nobis Domine, diuinum tua sancta feruorem: quod eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per Dominum nostrum. **Postea vel Quæsumus, vel Hæc nos.** fol. 115.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. Oro.

Adiuina nos Deus salutaris noſter: & ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per Dominum nostrum.

F E R I A T E R T I A .

Statio ad S. Priscam. Introitus.

Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus.

Psalmus. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. **Nos autem. Oratio.**

Omnipotens sempiterna Deus, da nobis ita Dominicæ passionis sacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per eundem Dominum nostrum. **vel Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium fidelium.** 114.

Lectio Ieremiæ Prophetæ.

In diebus illis: dixit Ieremias. Dñe demonstraſti mihi, & cognoui: tu ostēdiſti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimā: & nō cognoui quia cogitauerūt sup me

conſilia, dicētes. Venite, mittamus lignum in panē eius, & eradāmus eum de terra viuentium, & nomen eius non memorētur amplius. Tu autem Domine sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelāui causam meam, Domine Deus meus. **Graduale.**

Ego autem, dum mihi molesti essent, induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertētur. **V.** Indica Domine nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. **Psalm.** 14.

Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Marcum.

In illo tempore: Erat pascha, & azyma post biduum: & quarebant summi sacerdotes & Scribæ, quomodo Iesum dolo tenērent, & occiderent. Dicebant autē. **S** Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. **C** Et cum esset Iesus Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrū vnguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabaſtro, effudit super caput eius. Erāt autem quidā indigne ferētes intra semet ipsos, & dicentes. **S** Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plus quam trecentis denarijs & dari pauperib⁹. **C** Et fremebāt in eā. Iesus autem dixit. **V** Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonū opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscū, & cum volueritis, potestis illis benefacere: me autē non semper habebitis. Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturā. **Amen**

Amen dico vobis: vbi cumq. predicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, & quod hæc fecit, narrabitur in memoriam eius.

C Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abiit ad sumos sacerdotes, vt prouideret eum illis. Qui audientes, gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturus. Et querebat, quomodo illum opportune traderet. Et primo die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli.

S Quod vis eamus, & parerimus tibi, vt manduces pascha? **C** Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis. **+** Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ batiulâs, sequimini eum: & quocumque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit coenaculum grande, stratum: & illic parate nobis.

C Et abiierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inueniunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. Vespere autem facto, venit cum duodecim. Et discumbentibus eis, & manducantibus, ait Iesus.

+ Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me, qui maducat mecum. **C** At illi coeperunt contristari, & dicere ei singillatim. **S** Numquid ego? **C** Qui ait illis. **+** Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Vt autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si non esset natus homo ille. **C** Et manducantibus illis, accepit Iesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait. **+** Sumite: hoc est corpus meum. **C** Et accepto calice,

gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Et ait illis. **+** Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quod iam non bibam de hoc genimine vitis vsque in die illum, cum illud bibam nouum in regno Dei. **C** Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarum. Et ait illis Iesus. **+** Omnes vos scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est. Percutiam pastorem, & dispergetur oves: sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam. **C** Petrus autem ait illi. **S** Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego. **C** Et ait illi Iesus. **+** Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus.

C At ille amplius loquebatur. **S** Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. **C** Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in prædium cui nomen Gethsemani: & ait discipulis suis. **+** Sedete hic, donec orem. **C** Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum: & capit pauere, & tædere. Et ait illis. **+** Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate. **C** Et cum processisset paululum, procidit super terram: & orabat, vt si fieri posset, transfret ab eo hora: & dixit. **+** Abba, pater, omnia tibi possibilis sunt: transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo: sed quod tu. **C** Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro. **+** Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Vigilate, & orate, vt non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. **C** Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens.

Et reuersus, de huo inuenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant qui responderent ei. Et venit tertio: & ait illis. † Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, prope est. **C** Et adhuc eo loquente venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cum illo turba multa cum gladijs & lignis, missi a summis sacerdotibus, & Scribis, & senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens. **S** Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite caute. **C** Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait. **S** Aue rabbi. **C** Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Vnus autem de circumstantibus educens gladium, percussit feruum summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis. † Tamquam ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me? Quotidie apud vos eram in templo docens, & non me tenuistis. Sed ut impleatur scriptura. **C** Tunc discipuli relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conueniunt omnes sacerdotes, & Scribe, & seniores. Petrus autem a longe secutus est eum vsque intro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes, & omne concilium, querebant aduersus Iesum testimonium, ut eum

morti traderent: nec inueniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes. **S** Quoniam nos audiimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manus factum: & post triduum, aliud non manus factum edificabo. **C** Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens. **S** Non respondes quidquam ad ea, quae tibi obijciuntur ab his? **C** Ille autem tacet, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei. **S** Tu es Christus filius Dei benedicti? **C** Iesus autem dixit illi. † Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus caeli. **C** Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait. **S** Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? **C** Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspiciere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cadere, & dicere ei. **S** Prophetiza. **C** Et ministri alapis eum caedebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait. **S** Et tu cum Iesu Nazareno eras. **C** At ille negauit, dicens. **S** Neque scio, neque noui quid dicas. **C** Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit. Rursum autem, cum vidisset illum ancilla, cepit dicere circumstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum, rursus qui

aitabant, dicebant Petro. **S** Vere ex illis es: nam & Galilaeus es. **C** Ille autem coepit anathematizare & iurare: quia nescio hominē istū, quem dicitis. Et statim gallus iterū cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: Priusquā gallus cantet bis, ter me negabis. Et coepit flere. Et cōfestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso cōcilio, vincientes Iesum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. **S** Tu es rex Iudaeorum? **C** At ille respondens, ait illi. **†** Tu dicis. **C** Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursus interrogauit eū dicēs. **S** Non respondes quidquā? Vide, in quantis te accusant. **C** Iesus autem amplius nihil respōdit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat illis dimittere vnū ex vinctis, quemcumque petiissent. Erat autē qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, coepit rogare, sicut sēper faciebat illis. Pilatus autē respondit eis, & dixit. **S** Vultis dimittam vobis Regem Iudaeorum? **C** Sciebat enim, quōd per inuidiam tradidissent eum summi Sacerdotes. Pōtiffices autem concitauerunt turbā, vt magis Barābbam dimitteret eis. Pilatus autē iterum respondens, ait illis. **S** Quid ergo vultis faciam regi Iudaeorum? **C** At illi iterum clamauerunt. **S** Crucifige eum. **C** Pilatus vero dicebat eis. **S** Quid enim mali fecit? **C** At illi magis clamabāt. **S** Crucifige eum. **C** Pilatus autem volens populo satisficere, dimisit illis Barābbam:

& tradidit Iesum flagellis caesum, vt crucifigeretur. Milites autē duxerunt eum intro in atrium praetorii, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronā. Et ceperunt salutare eum: Aue rex Iudaeorum. Et percutiebant caput eius arūdine: & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eū. Et postquam illuserunt ei, exuerūt illum purpura, & induerunt eū vestimentis suis: & educunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt praetereuntem quempiam Simonem Cyrenaeum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus. Et dabāt ei bibere myrrhatū vinum: & non accepit. Et crucifigentes eū, diuiserunt vestimenta eius: mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causae eius inscriptus: Rex Iudaeorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: vnum a dextris, & aliū a sinistris. Et impleta est scriptura, quae dicit: Et cū iniquis reputatus est. Et praetereuntes blasphemabāt eum, mouentes capita sua, & dicentes. **S** Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reaedificas: saluum fac te ipsum, descendēs de cruce. **C** Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant. **S** Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus rex Israel descendat nunc de cruce: vt videamus, & credamus. **C** Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebra

factæ sunt super totam terram, vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens. † Eloi, Eloi, lamma sabachthani? **C** Quod est interpretatum. † Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? **C** Et quidam de circumstantibus audiētes dicebant. **S** Ecce Eliam vocat. **C** Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circūponensque calamo, potum dabat ei, dicens. **S** Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendum eum. **C** Iesus autem emissā voce magna, expirauit. Et velum templi scissum est in duos, à summo vsque deorsum. Videns autem Céturio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamās expirasset, ait. **S** Vere hic homo filius Dei erat. **C** Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalēne, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: & cum esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

Quod sequitur, cantatur in tono Euangelij: & alia fiunt vt supra.

ET cum iā sero esset factū (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, q̄ & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obijisset. Et accersito Céturione, interrogauit eum, si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Céturione: donauit corp⁹ Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eū inuoluit sindone: & posuit eum in monumēto, quod erat excisum de petra: & aduoluit

lapidem ad ostium monumenti.

Offertorium. **C** Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. **Secreta.**

Sacrificia nos quæsumus Domine, propensius iusta restaurent: quæ medicinalibus sunt inflicta ieiunijs. Per Dominum.

Postea vel Prôtege nos. vel Oblatis. 115. **Communio.**

Aduersum me exercebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinū: ego vero orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus in multitudine misericordiæ tue. **Postcom.**

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia nostra curentur: & remedia nobis sempiterna proueniant. Per Dominum.

vel Quæsumus. vel Hęc nos. f. 115.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo. **Oro.**

Tua nos misericordia, Deus, & ab omni subreptione vetustatis expurget: & capaces sanctæ nouitatis efficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

F E R I A Q V A R T A

Statio ad S. Mariam maiorem.

Introitus.



IN nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum: quia Dominus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: ideo Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. **Psalmus.** Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. In nomine. **Post Kyrie eleison, dicitur, Oremus.** Flectamus genua. & **Leuāte.** **Oratio.**

Præita

PRæsta, quæsumus omnipotens Deus: vt qui nolisti excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti Filij tui passionem liberemur. Qui tecum viuunt & regnat in vniuersitate Spiritus sancti Deus.

LECTIO Isaia: Prophetæ.

Hæc dicit Dominus Deus. Dicitur filia: Sion: Ecce Saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor iustitiam: & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: & omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultionis in corde meo: annus retributionis meæ venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiunaret. Et saluaui mihi brachium meum: & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo: & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum Domini recordabor: laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis, Dominus Deus noster.

Graduale.

Ne auertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor: velociter exaudi me. **V.** Saluum me fac Deus, quonia in intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est sublatia. **Hic dicitur, Dominus vobiscum. sine**

lectamus genua.

Oratio.

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum.

Postea vel Ecclesia tua. vel Deus omnium fidelium. fol. 114.

LECTIO Isaia: prophetæ.

In diebus illis: Dixit Isaias. Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius, & despectus: vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum: & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatum est, quia ipse voluit: & non aperit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se, obmutescet: & non aperiet os suum. De angustia, & de iudicio sublatum est. Generationis eius quis enarrabit? Quia abscessus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussus est. Et dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua:

fua: eo quòd iniquitatē non fecerit, nec dolus inuētus fuerit in ore eius. Et Dominus voluit contere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam: videbit semen longæuum: & voluntas Domini in manu eius dirigēt. Pro eo quòd laborauit anima ei⁹, videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus me⁹ multos: & iniquitates eorū ipse portabit. Ideo dispersit ei plurimos, & fortiū diuidet spolia: pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit: & p̄ transgressoribus rogauit. **Tractus.**

Domine exaudi orationem meā, & clamor me⁹ ad te veniat. **ψ.** Ne auertas faciem tuam à me: in quacūque die tribulor, inclina ad me aurem tuā. **ψ.** In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me. **ψ.** Quia defecerūt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. **ψ.** Percussus sum sicut scœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum manducare panem meum. **ψ.** Tu exurgens Domine misereberis Sion: quia venit tempus miserendi eius.

Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Lucam.

In illo tēpore: Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur pascha: & quærebant principes sacerdotū & Scribæ, quomodo Iesum interficerent: timebant vero plebem. Intrauit autem satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnū de duodecim: & abijt, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illū traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam il-

li dare. Et spondit. Et quærebat opportunitatē, vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Ioannem, dicens. **✚** Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. **☉** At illi dixerūt. **ψ** Vbi vis paremus? **☉** Et dixit ad eos. **✚** Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: se quimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister: Vbi est diuerforiū, vbi pascha cum discipulis meis manducē? Et ipse ostendit vobis cenaculum magnum strātū: & ibi parate. **☉** Euntes autem inuenerūt sicut dixit illis Iesus: & parauerunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cū eo: & ait illis. **✚** Desiderio desiderauī hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. **☉** Et accepto calice, gratias egit, & dixit. **✚** Accipite, & diuidite inter vos. Dico enim vobis: quod nō bibam de generatione vitis, donec regnū Dei veniat. **☉** Et accepto pane, gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens. **✚** Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem. **☉** Similiter & calicē, postquam cenauit, dicens. **✚** Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Verumtamē ecce manus tradentis me, mecum est in mēsa. Et quidem filius hominis, secundum quod de finitum est, vadit: verumtamen vā homini illi, per quē tradetur. **☉** Et ipsi cœperunt querere inter se, quis

esset ex eis, quod hoc factum esset. Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habet super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat: vos autem estis, qui permanistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meo: regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sededatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël. Ait autem Dominus Simoni. Simone, ecce satanas expectavit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converteris, confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit. Dico tibi Petre, Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit ei. Quando misi vos sine sacculo & pera & calcamentis; numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc, qui habet sacculum tollat similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt. Domine ecce gladium duo hic. At ille dixit eis. Satis est. Et egressus ibat secundum consuetudi-

nem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis. Orate, ne intretis in temptationem. Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis: & positus genibus orabat, dicens. Pater si vis, transfer calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de celo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis. Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in temptationem. Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, unus de duodecim antecedebat eos: & appropinquavit Iesu, ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi. Iuda, osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei. Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait. Sinite vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum & magistratus templi, & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus? Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur a longe. Accenso autem igne

igne in medio atrij, & circumfeden-
 tibus illis, erat Petrus in medio eor-
 um. Quem cum vidisset ancilla
 quædam sedentem ad lumen, &
 eum fuisset intuita, dixit. **S** Et hic
 cum illo erat. **C** At ille negauit
 eum, dicens. **S** Mulier, non noui
 illum. **C** Et post pusillum alius vi-
 dens eum, dixit. **S** Et tu de illis es.
C Petrus vero ait. **S** O homo, non
 sum. **C** Et interuallo facto quasi
 horæ vnus, alius quidam affirma-
 bat, dicens. **S** Vere & hic cum illo
 erat: nam & Galilæus est. **C** Et ait
 Petrus. **S** Homo, nescio quid dicis.
C Et continuo, adhuc illo loquēte,
 cantauit gallus. Et conuersus Do-
 minus respexit Petrum. Et recor-
 datus est Petrus verbi Dñi, sicut di-
 xerat: quia priusquam gallus can-
 tet, ter me negabis. Et egressus for-
 ras Petrus, fleuit amare. Et viri qui
 tenebant Iesum, illudēbant ei cæ-
 dentes. Et velauerunt eum: & per-
 cutiebāt faciem eius, & interroga-
 bant eum, dicentes. **S** Prophetiza,
 quis est qui te percussit? **C** Et alia
 multa blasphemantes dicebant in
 eum. Et vt factus est dies, conue-
 nerūt seniores plebis, & principes
 sacerdotum & Scribæ, & duxerunt
 illum in concilium suum dicentes.
S Si tu es Christus, dic nobis. **C** Et
 ait illis. **+** Si vobis dixerō, non cre-
 detis mihi: si autem & interrogaue-
 ro, non respondebitis mihi, neque
 dimittētis. Ex hoc autem erit filius
 hominis sedens à dextris virtutis
 Dei. **C** Dixērunt autem omnes. **S**
 Tu ergo es fili⁹ Dei? **C** Qui ait. **+**
 Vos dicitis, quia ego sum. **C** At illi
 dixerunt. **S** Quid adhuc desidera-
 mus testimonium? Ipsi enim audi-
 uimus de ore eius. **C** Et surgēs om-
 nis multitudo eorum, duxerunt il-

lum ad Pilatum. Cœperunt autem
 accusare illum, dicētes. **S** Hunc in-
 uenimus subuertentem gentem no-
 stram: & prohibētē tributa dari
 Cæsari: & dicentem se Christum
 regem esse. **C** Pilatus autem inter-
 rogauit eum, dicēs. **S** Tu es rex Iu-
 dæorum? **C** At ille respondens, ait.
+ Tu dicis. **C** Ait autē Pilatus ad
 principes sacerdotum & turbas. **S**
 Nihil inuenio causæ in hoc homi-
 ne. **C** At illi inualesebant, dicētes.
S Commouit populum, docens per
 vniuersam Iudæam incipiēs à Gali-
 læa vsque huc. **C** Pilatus autem au-
 diēs Galilæā, interrogauit si homo
 Galilæ⁹ esset. Et vt cognouit, quod
 de Herodis potestate esset, remisit
 eum ad Herodem, qui & ipse Iero-
 solymis erat illis diebus. Herodes
 autem viso Iesu, gauisus est valde.
 Erat enim cupiēs ex multo tēpore
 videre illū, eo quod audierat mul-
 ta de illo: & sperabat signū aliquod
 vidēre ab eo fieri. Interrogabat au-
 tem illum multis sermonibus. At
 ipse nihil illi respondebat. Stabant
 autem principes sacerdotū & Scri-
 bæ constanter accusantes eū. Spre-
 uit autem illum Herodes cum exer-
 citu suo: & illudit indūtum veste al-
 ba, & remisit ad Pilatum. Et facti
 sūt amici Herodes, & Pilatus in ip-
 sa die: nam antea inimici erāt ad in-
 uicem. Pilatus autem conuocatis
 principibus sacerdotū, & magistra-
 tib⁹, & plebe, dixit ad illos. **S** Obtu-
 listis mihi hūc hominē, quasi auer-
 tentem populum: & ecce ego co-
 ram vobis interrogās, nullam cau-
 sam inuenio in homine isto ex his,
 in quibus eū accusatis. Sed neque
 Herodes. Nam remisit vos ad illū:
 & ecce, nihil dignum morte actum
 est ei. Emendatum ergo illum di-

mittam. **C** Necesse autem habebat dimittere eis per diē festum, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens. **S** Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbā. **C** Qui erat propter seditionem quamdam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volēs dimittere Iesum. At illi succlamabāt, dicētes. **S** Crucifige, crucifige eum. **C** Ille autem tertio dixit ad illos. **S** Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. **C** At illi instabant vocibus magnis postulātes, vt crucifigerētur: & inualescebant voces eorū. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorū. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionē missus fuerat in carcerem, quem petebāt: Iesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum dūcerent eum, apprehendērūt Simonem quemdam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerūt illi crucē portāre post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem Iesus ad illas, dixit. **+** Filij Ierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & ūbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? **C** Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et postquam venērunt in locum, qui vocatur Caluarix, ibi

crucifixerunt eū: & latrones, vnum a dextris, & alterum a sinistris. Iesus autē dicebat. **+** Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. **C** Diuidentes vero vestimēta eius, miserunt sortes. Et stabat populus spectans: & deridebāt eum principes cū eis, dicentes. **S** Alios saluos fecit: se saluū faciat, si hic est Christus, Dei electus. **C** Illudēbant autem ei & milites, accedentes, & acetum offerentes illi, & dicentes. **S** Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. **C** Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. Vnus autem de his, qui pendebat latronibus, blasphemabat eum, dicens. **S** Si tu es Christus, saluum fac te ipsum, & nos. **C** Respondens autem alter, increpabat eum, dicens. **S** Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. **C** Et dicebat ad Iesum. **S** Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. **C** Et dixit illi Iesus. **+** Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. **C** Erat autem fere hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram, vsque in horam nonam. Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium. Et clamans Iesus voce magna, ait. **+** Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. **C** Et hæc dicens, expirauit. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens. **S** Vere hic homo iustus erat. **C** Et omnisturba eorum, qui simul aderant ad spectaculū istud, & videbant quæ fiebant: percutientes pectora sua, reuertabātur. Stabant

autem omnes noti eius à longe: & mulieres, quæ secutæ erant eum à Galilæa, hæc videntes.

Quod sequitur, legitur in tono Euangelij, & alia fiunt vt supra in Dominica.

ET ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus: hic nõ consenserat consilio & actibus eorum: ab Arimathia ciuitate Iudææ: qui expectabat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Et depositum inuoluit sindone: & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

Offertorium. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciem tuam à me.

Secreta.

Suscipe, quæsumus Dñe, munus oblatum, & dignanter operare: vt quod passionis filij tui Domini nostri mysterio gerimus, pijs affectibus consequamur. Per eundem Dominum nostrum.

Postea vel Prøtege. vel Oblatis. 115.

Communio. Potum meum cum fletu temperabam: quia eleuans alifisti me: & ego sicut fœnum arui: tu autem Domine in æternum permanes: tu exurgēs miserēberis Siō, quia venit tempus miserendi eius.

Postcommunio.

Largire sensibus nostris omnipotens Deus: vt, per temporalem Filij tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam te nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum.

Postea vel Quæsumus Domine.
vel Hæc nos. fol. 115.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo. *Oratio.*

Respice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum. Qui tecum.

F E R I A Q V I N T A

in Cœna Domini.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus.



Nos autē gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus.

Psalms. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suū super nos, & misereatur nostri.

Nos autem. Dñe gloria in excelsis, & tunc pulsantur campanæ, & deinceps non amplius vsque ad Sabbatum sanctum. *Oratio.*

Deus, à quo & Iudas reatus sui pœnā, & confessionis suæ latio præmium sumpsit: concede nobis tuæ propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Iesus Christus Dominus noster diuersa vtrisque intulit stipēdia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum viuit & regnat.

Hæc Oratio tantum dicitur.

LECTIO Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cenam manducare. Vnusquisque enim suam cenam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autē ebrius est. Numquid domos nõ habētis ad manducandum & bibendum? Aut eccle-

fiam Dei contemnitis: & confunditis eos, qui nō habent? Quid dicā vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi a Dño, quod & tradidi vobis: quoniam Dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē: & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens. Hic calix, novum testamētū est in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque bibētis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortē Domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicumque māducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne: iudiciū sibi manducat & bibit, non dijudicās corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles: & dormiunt multi. Qd si nosmetipsum dijudicarem: non utique iudicāremur. Dum iudicāmur autē, a Domino corripimur: ut non cū hoc mundo damnemur.

Phil. 2. **Graduale.** Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. **v.** Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Iohan. 13. **A**n te diem festū pasche, sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cū dilexisset suos, qui erāt in mun-

do, in finem dilexit eos. Et cœna facta, Icum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eū Iudas Simonis Iscariōtis: sciēs quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit a cœna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteū, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluum, & cœpit lauare pedes discipulorū, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petr⁹: Domine, tu mihi lauas pedes? Respōdit Iesus, & dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est, nō indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quis nā esset, qui traderet eū: propterea dixit: non estis mūdi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorū, accepit vestimēta sua. Et cū recubisset iterum, dixit eis. Scitis qd fecerim vobis? Vos vocatis me, magister & domine: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplū enim dedi vobis, ut quēadmodū ego feci vobis, ita & vos faciatis. **Et dicit C**redo.

Offertoriū. **D**extera Domini fecit virtutē, dextera Domini exaltauit me: non moriar, sed viuam, & narrābo opera Domini.

Secreta.

Ipsē tibi, quęsumus Domine sancte, pater omnipotens, æternę Deus, sacrificium nostrum reddat accept-

acceptum, qui discipulis suis in sui commemorationem hoc fieri hodierna traditione monstrauit, Iesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecum uiuit.

Præfatio de Cruce, Qui salutem hu-

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster Iesus Christus pro nobis est traditus: sed & memoriam uenerates, in primis gloriosæ semper virginis Mariæ, genitricis eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi: sed & beatorum Apostolorum ac martyrum tuorum, Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Thadæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Ioannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium sanctorum tuorum: quorum meritis precibusque cõcedas, ut in omnib⁹ protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen. *Sequitur.*

Hancigitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus ob diem, in qua Dominus noster Iesus Christ⁹ tradidit discipulis suis corporis & sanguinis sui mysteria celebranda: quæsumus Domine, ut placatus accipias, diesq. nostros in tua pace disponas: atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæsumus, bene & dictâ, ad scri^{ptam}, ratam, & rationabilem acceptabilemq. facere

dignèris: ut nobis Cor^{pus}, & San^{ctus} fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi.

Qui pridie, quâ pro nostra omniumq. salute pateretur, hoc est, hodie accepit panem. & reliqua ut in Canone. Agn⁹ Dei, dicitur de more, sed pax nõ datur. Dicuntur tamen tres consuetæ *Orationes* ante Communionem.

Hodie Sacerdos consecrat duas Hostias, quarum vnã sumit, alteram reseruat pro die sequenti, in quo non conficitur Sacramentum: reseruat etiam aliquas particulas consecratas, si opus fuerit pro infirmis: sanguinem uero totum sumit: & ante ablutionem digitorum ponit Hostiam reseruatam in alio Calice, quem Diaconus palla & patena cooperit, & desuper uelum expãdit, & in medio altaris collocat. Deinde fit *Communio*, & completur *Missa*. Sacerdos autem genuflectit, quodcumque accedit, uel recedit à medio Altaris, uel trãsit ante Sacramentum in Calice reseruatam: & cū dicere debet, Dominus uobiscum, nõ uertit se ad populũ in medio Altaris, ne terga uertat Sacramẽto, sed à latere Euangelij: & in fine ibidẽ dat *benedictionem*.

Communio. Dominus Iesus, postquam cõnauit cum discipulis suis, lauit pedes eorum, & ait illis: Scitis quid fecerim uobis ego dominus & magister? exemplum dedi uobis, ut & uos ita faciatis.

Postcommun.

Refecci uitalibus alimẽtis, quæsumus Domine Deus noster: ut, quod tẽpore nostræ mortalitatis exequimur, immortalitatis tuæ munere consequamur. Per Dñm.

Dicitur, *Itẽ Missa est. & datus*

benedictio, & legitur Euangelium S. Ioannis, in cuius initio Sacerdos nõ signat Altare, sed seipsum cãtũ.

Hodie paratu locus aptus in aliqua Capella Ecclesiæ, vel Altari, & deceter quoad fieri potest ornetur cũ velis & luminibus, vbi Calix cũ Hostia vt supra reseruata, reponat. Finita autẽ Missa, accenduntur intorticia, & fit processio more solito, alio tamẽ Subdiacono parato Crucẽ ferente. Celebrans indutus pluuiali albo, stans ante Altare, imponit incensum in duobus thuribulis absque benedictione, deinde in medio genuflexus, cum altero incensat ter Sacramentũ: & accepto Calice cum Sacramẽto de manu Diaconi stãtis, & cooperto extremitatibus veli, quo eius humeri teguntur, pcedit medius inter eundẽ Diaconũ a dextris, & Subdiaconũ a sinistris sub baldachino, duobus Acolythis Sacramentum continue incensantibus vsque ad locũ preparatum, vbi pro crastino seruãdum est. Interea dum fit processio, cãtatur hymnus.

Euangelium gloriofi corporis.

Cum autem ventum fuerit ad locũ paratũ, Diaconus genuflexus a Sacerdote stãte accipit Calicem cum Sacramento, & ponit illum primo super altare, vbi a Sacerdote genuflexo incensatur, vt supra: deinde reponit in capsula. Postea in Choro dñr Vespera sine cantu. Et Sacerdos cũ ministris denudet Altaria, legendo Añam. **Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestẽ meam miserunt sortem.** cũ toto Psalmo.

Deus Deus meus respice in me.

Post denudationem Altarium, hora competentĩ factõ signo cum tabula, conueniunt Clerici ad faciendum mandatum. Prælati, seu Su-

perior, super amictũ & alba induitur stola & pluuiali violaceis, & in loco ad id deputato, ministrante, Diacono, (q paratus cũ Subdiacono, vt in Missa, paramentis albis, ei assilit) imponit incensum in thuribulo: deinde Diaconus librum Euangeliorum ante pectus tenens, genuflexus ante Superiorem, petit benedictionem: qua accepta, altatibus duobus Acolythis cũ candelabris accensis, & Subdiacono librum tenente, signat librum & incensat, & cantat, vt moris est, Euangelium, **Ante diem festum paschæ,** vt in Missa. Quo finito, Subdiaconus portat librum apertum osculãdum Superiori, & Diaconus eum de more incensat. Postea Superior exiit pluuiali, & per Diaconũ & Subdiaconũ præcingitur linteo, & sic præcinctus, assilentibus sibi ipsẽ Diacono, & Subdiacono, accedit ad lotionem pedũ, & per ordinẽ dispositis ijs qui lauãdi sunt, clericis peluim, & aquã ministrãtibus, Subdiacono singulorum pedẽ dextrum tenente, genuflectens singulis, illorũ pedem lauat, extergit, & osculatur Diacono præbente linteum ad abstergendum. Et interim hæc subscripta cantãtur. **Añã. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, dicit Dominus. Psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulat in lege Domini.**

Et repetitur immediate Antiphona. **Mandatum nouum.** Et sic alie Antiphonæ, quæ habent Psalmos, vel versus repetuntur. Et de quolibet Psalmo dicitur tantum primus versus, Antiphona.

Postquã surrexit Dñs a cœna, misit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes

des discipulorum suorum: hoc exē
47. plū reliquit eis. **Psal.** Magnus Do-
min⁹, & laudabilis nimis: in ciuitate
Dei nostri, in monte sancto eius.

in. **Antiph.** Dominus Iesus, postquam
cœnauit cum discipulis suis, lauit
pedes eorū, & ait illis. Scitis quid
fecerim vobis ego dominus & ma-
gister? Exemplum dedi vobis: vt &
al. vos ita faciatis. **Psalm.** Benedixisti
Domine terram tuam: auertisti ca-
ptiuitatē Iacob. **Antiphona.** Do-
mine, tu mihi lauas pedes? respon-
dit Iesus, & dixit ei: Si non lauero
tibi pedes, non habebis partem me-
cum. **Ps.** Venit ergo ad Simonem
Petrum, & dixit ei Petrus. **Et repe-
titur Antiphona.** Domine, tu mihi
lauas pedes? respondit Iesus, & di-
xit ei: Si non lauero tibi pedes, non
habebis partem mecum. **Ps.** Quod
ego facio, tu nescis modo: scies au-
tem postea. **Tertio repetit Antiph.**

Domine, tu mihi lauas pedes? re-
spondit Iesus, & dixit ei: Si non lau-
ero tibi pedes, non habebis partē
mecum. **Ps.** Si ego Dominus & ma-
gister vester laui vobis pedes: quā-
to magis debetis alter alteri⁹ lauā-
re pedes? **Psal.** Audite hęc omnes
gentes: auribus percipite qui habi-
tatis orbem. **Antiphona.** In hoc
cognoscent omnes, quia discipuli
mei estis, si dilectionem habueritis
ad inuicem. **Ps.** Dixit Iesus discipu-
lis suis. **Antiphona.** Maneant in
vobis fides, spes, charitas, tria hęc:
maior autem horum est charitas.

48. **Ps.** Nūc autem manent fides, spes,
charitas: tria hęc: maior horum est
charitas. **Antiphona.** Benedīcta sit
sancta Trinitas, atque indiuisa vni-
tas: confitebimur ei, quia fecit no-
biscum misericordiā suam: **Ps.** Be-
nedicamus Patrem, & Filium, cum

sancto Spiritu. **Psal.** Quam dilecta
tabernacula tua, Domine virtutū: **Pr. 83**
cōcupiscit & deficit anima mea in
atria Domini. **Antiph.** Vbi chari-
tas & amor, Deus ibi est. **Ps.** Con-
gregauit nos in vnū Christi amor.
1.
Ioan.
2. 3. 4.
Ps. Exultemus, & in ipso iucunde-
mur. **Ps.** Timeamus, & amemus
Deum viuum. **Ps.** Et ex corde dili-
gamus nos sincero. **Et repetitur**
Antiphona. Vbi charitas & amor,
Deus ibi est. **Ps.** Simul ergo cum in
vnum congregamur. **Ps.** Ne nos
mēte diuidamur, caueam⁹. **Ps.** Ces-
sēt iurgia maligna, cessēt lites. **Ps.** Et
in medio nostri sit Christus Deus.
Et repetitur Antiphona. Vbi chari-
tas & amor, Deus ibi est. **Ps.** Simul
quoque cū beatis videam⁹. **Ps.** Glo-
riante vultum tuū, Christe Deus.
Ps. Gaudium, quod est immensum,
atque probum. **Ps.** Sæcula per infi-
nita sæculorum, Amen.

Pott lotionē, Superior, vel qui alijs
abluit pedes, lauat man⁹, & abster-
git alio linteo: deinde rediēs ad lo-
cū, vbi prius fuerat, accipit pluuiā-
le, & stans capite detecto dicit. Pa-
ter noster. **sect.** **Ps.** Et ne nos. **R.** Sed
libera. **V.** Tu mādasti mādata tua,
Dñe. **R.** Custodiri nimis. **Ps.** Tu la-
uasti pedes discipulorum tuorum.
R. Opera manuum tuarum ne des-
picias. **Ps.** Domine exaudi oratio-
nem meam. **R.** Et clamor meus ad
te veniat. **Ps.** Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo. **Oremus.**

Oratio.

A Desto, Domine quæsumus,
officio seruitutis nostræ: &
quia tu discipulis tuis pedes laua-
re dignatus es, ne despicias opera
manuum tuarum, quæ nobis reti-
nenda mandasti: vt sicut hic nobis,
& a nobis exteriora abluuntur
inqui-

inquinamenta: sic à te omnium nostrum interiora lauentur peccata. Quod ipse præstare digneris, qui uiuis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

F E R I A S E X T A.
in Parasceue.

Statio ad S. Crucem in Ierusalem.

Finita Nona, Sacerdos & ministri induti paramētis nigri coloris, sine luminaribus & incenso procedunt ad Altare: & ante illud prostrati aliquādiu orant. Interim Acolythy vnam tantum tobaleam extendunt super Altare. Sacerdos cum ministris facta oratione ascendit ad Altare, & osculatur illud in medio: deinde Lector accedit ad legendum Prophetiam in loco ubilegitur Epistola, & incipit eā sine titulo: quā etiā Sacerdos legit submissa voce apud Altare in cornu Epistolę.



Ecce dicit Dominus. In tribulatione sua mane cōsurgēt ad me. Venite, reuertamur ad Dominum: quia ipse

cœpit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertio suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum. Quasi diluculum preparatus est egressus eius: & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terrę. Quid faciā tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: & quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolui in prophetis, & occidit eos in verbis oris mei: & iudicia tua, quasi lux, egredientur. Quia misericordiā volui, & non sacrificium: & scientiam

Dei, plus quā holocausta. **Tractus.** Domine, audiui auditum tuum, & timui: consideravi opera tua, & expaui. *V.* In medio duorum animalium innotesceris: dum appropinquauerint anni, cognosceris: dum aduenerit tempus ostenderis. *V.* In eo, dum cōturbata fuerit anima mea: in ira, misericordiæ memoreris. *V.* Deus à Libano veniet, & sanctus de monte vmbroso & cōdenso. *V.* Opèruit cęlos maiestas eius: & laudis eius plena est terra.

Finito Tractu Sacerdos in cornu Epistolę dicit, Oremus. Diaconus, Flectamus genua. & Subdiaconus, Leuate. **Oratio.**

Deus, à quo & Iudas reatus sui penam, & confessionis suę latro præmium sumpsit: concede nobis tuę propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Iesus Christus Dominus nollet diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suę gratiam largiatur. Qui tecum viuitt & regnat.

Suo diaconus in tono Epistolę similiter sine titulo cantat sequentem Lectionem.

IN diebus illis: Dixit Dominus ^{Exc} ad Moysen & Aaron in terra ^{12.} Egypti. Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus annis. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israēl, & dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui suę: iuxta numerum animarum, quę sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus

agnus absq. mācula, māsculus, an-
niculus: iuxta quem ritum tolletis
& hēdum. Et seruabitis eum vsque
ad quartadecimam diem mensis
huius. Immolabitque eum vniuer-
sa multitudo filiorum Israēl ad ve-
sperā. Et sument de sanguine eius:
hac ponent super vtrumque postē,
& in superliminaribus domorum,
in quibus comedent illum. Et edēt
carnes nocte illa assas igni, & azy-
mos panes, cū lactūcis agrestibus.

Non comedētis ex eo crudū quid,
nec coctum aqua: sed tantū assum
igni. Caput cum pedibus eius &
intestinis vorabitis: & oseius non
confringētis: nec remanebit ex eo
quidquam vsque mane. Si quid re-
siduum fuerit, igne comburetis. Sic
autem comedētis illum. Renes ve-
stros accingētis: & calceamenta
habebitis in pedibus, tenentes bā-
culos in manibus: & comedētis fe-
stinanter. Est enim phase (idest
transitus) Domini. **Tractus.**

**Eripe me Domine ab homine ma-
lo: a viro iniquo eripe me.** **V.** Qui
cogitauerunt malitias in corde: to-
ta die cōstituebāt prelia. **V.** Acue-
runt linguas suas sicut serpentis: ve-
nenum aspidum sub labijs eorum:

V. Custodi me Domine de manu
peccatoris: & ab hominib⁹ iniquis
libera me. **V.** Qui cogitauerūt sup-
plātare gressus meos: abscondērūt
superbi laqueū mihi. **V.** Et funes
extenderunt in laqueum pedibus
meis: iuxta iter scandalum posue-
runt mihi. **V.** Dixi Domino, Deus
meus es tu: exaudi Domine vocem
orationis meę. **V.** Domine Domi-
ne virtus salutis meę, obumbra ca-
put meum in die belli. **V.** Ne tra-
das me a desiderio meo peccatori:
cogitauerūt aduersus me: ne dere-

linquas me, ne vñquam exalten-
tur. **V.** Caput circuitus eorum: la-
bor laborū ipsorum operiet eos.
V. Verumtamen iusti confitebun-
tur nomini tuo: & habitabunt re-
cti cum vultu tuo.

**Finito Tractū, dicitur Passio super
nudum pulpitem: quam Cele-
brans submissa voce legit in cornu
Epistolę.**

**Passio Domini nostri Iesu Christi
secundum Ioannem.**

IN illo tempore: Egressus est Ie-
sus cū discipulis suis trans tor-
rentem Cedrōn, vbi erat hortus: in
quem introiuit ipse, & discipu-
li eius. Sciebat autem & Iudas,
qui tradēbat eum, locum: quia fre-
quenter Iesus cōuenerat illuc cū
discipulis suis. Iudas ergo cum
accepisset cohortem, & a Ponti-
ficibus & Pharisęis ministros: ve-
nit illuc cum laternis & faci-
bus, & armis. Iesus itaque sciens
omnia, quę ventura erant super
eum: processit, & dixit eis. **¶**
Quem quæritis? C Respondērunt
ei. **S** Iesum Nazarēnum. **C** Di-
xit eis Iesus. **¶** Ego sum. **C** Stabat
autem & Iudas, qui tradēbat eum,
cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego
sum: abiērunt retrorsum, & cecidē-
runt in terram. Iterum ergo eos
interrogauit. **¶** Quem quæritis?
C Illi autem dixerunt. **S** Iesum Na-
zarēnum. **C** Respondit Iesus. **¶**
Dixi vobis quia ego sum. Si ergo
me quæritis, finite hos abire. **C** Vt
impleretur sermo, quē dixit: Quia
quos dedisti mihi, non perdidit ex
eis quemquam. Simon ergo Pe-
trus habens gladium eduxit eum:
& percussit Pontificis seruum, &
abscidit auriculam eius dexteram.
Erat autem nomē seruo Malchus.

Dixit

Dixit ergo Iesus Petro. † Mitte gladium tuum in vaginam. Calicē, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? C Cohors ergo & tribunus & ministri Iudæorū comprehendērunt Iesum, & ligauerunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primū. Erat enim socer Cai phā, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphās, qui cōsiliū dederat Iudæis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici: & introiit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille, qui erat notus Pontifici: & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. S Numquid & tu ex discipulis es hominibus istius? C Dicit ille. S Non sum. C Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciebant se. Erat autē cum eis & Petrus stans, & calefaciēs se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus. † Ego palàm locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in tēplo, quō omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audiērunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. C Hęc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alāpam Iesu, dicens. S Sic respondes Pontifici? C Respondit Iesus. † Si male locutus sum, testimoniū perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? C Et misit eum Annas ligatum ad Caiphā pontificem.

Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciēs se. Dixerunt ergo ei. S Nūquid & tu ex discipulis eius es? C Negauit ille, & dixit. S Non sū. C Dixit ei vnus ex seruis Pōtificis, cognatus eius, cui⁹ abscidit Petrus auriculam. S Nonne ego te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. Adducunt ergo Iesum à Caiphā in prætorium. Erat autem mane. Et ipsi non introiērunt in prætorium, vt non contaminarentur: sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit. S Quam accusationem assertis aduersus hominem hunc? C Respondērunt, & dixerunt ei. S Si non esset hic malefactor, nō tibi tradidifsemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus. S Accipite eum vos, & secūdū legem vestram iudicate eū. C Dixerunt ergo ei Iudæi. S Nobis non licet interficere quemquam. C Vt sermo Iesu impleretur, quē dixit: significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum Pilatus in prætorium, & vocauit Iesum, & dixit ei. S Tu es Rex Iudæorum? C Respondit Iesus. † A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? C Respondit Pilatus. S Numquid ego Iudæus sum? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? C Respondit Iesus. † Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, vt non trāderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. C Dixit itaque ei Pilatus. S Ergo rex es tu. C Respondit Iesus. † Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum:

dum: vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. **C** Dicit ei Pilatus. **S** Quid est veritas? **C** Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudæos, & dicit eis. **S** Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorū? **C** Clamauerunt rursus omnes, dicentes. **S** Non hunc, sed Barabam. **C** Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederūt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant. **S** Aue Rex Iudæorum. **C** Et dabāt ei alapas. Exiit iterum Pilatus foras, & dicit eis. **S** Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. **C** Exiit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis. **S** Ecce homo. **C** Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant dicentes. **S** Crucifige, crucifige eum. **C** Dicit eis Pilatus. **S** Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. **C** Respondērunt ei Iudæi. **S** Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. **C** Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterum: & dicit ad Iesum. **S** Vnde es tu? **C** Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. **S** Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? **C** Respondit Ie-

sus. **✠** Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. **C** Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autē clamabant, dicentes. **S** Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. **C** Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrōtos, Hebraice autem Gabbata. Erat autē parasceue pasche, hora quasi sexta. Et dicit Iudæis. **S** Ecce rex vester. **C** Illi autem clamabant. **S** Tolle, tolle, crucifige eum. **C** Dicit eis Pilatus. **S** Regem vestrum crucifigam? **C** Respondērunt pontifices. **S** Non habemus regem, nisi Cæsarem. **C** Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum: & eduxerunt. Et baiulans sibi crucē, exiuit in eū qui dicitur Caluarie locus, Hebraice autem Gólgotha: vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autē Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucē. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legērunt: quia prope ciuitatē erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum. **S** Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. **C** Respondit Pilatus. **S** Quod scripsi, scripsi. **C** Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) &

tunicam . Erat autem tunica inconsutilis , desuper contexta per totum . Dixerunt ergo adinuicem .

S Non scindamus eam , sed fortiamur de illa , cuius sit . **C** Vt scriptura impleretur dicens . Partiti sunt vestimenta mea tibi , & in vestem meam miserunt sortem . Et milites quidem hæc fecerunt .

Cap.
19.

Stabant autem iuxta crucem Iesu matereius , & soror matris eius , Maria Cléophæ , & Maria Magdalenæ . Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem , quem diligebat , dicit matri suæ . **†** Mulier , ecce filius tuus . **C** Deinde dicit discipulo . **†** Ecce mater tua .

C Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua . Postea sciens Iesus , quia iam omnia consummata sunt : vt consummaretur scriptura , dicit . **†** Sitio . **C** Vas ergo positum erat aceto plenum . Illi autem spongiam plenam aceto , hyssôpo circumponetes , obtulerunt ori eius . Cum ergo accepisset Iesus acetum , dixit . **†** Consummatum est . **C** Et inclinato capite tradidit spiritum .

Ille genu
flectitur &
pausat
ah
quatuor
lum.

Iudæi ergo , quoniã parasceue erat , vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum , vt frangerentur eorum crura , & tollerentur . Venierunt ergo milites : & primi quidem fregērunt crura , & alterius qui crucifixus est cū eo . Ad Iesum autem cum venissēt , vt viderunt eum iam mortuum , nō

fregērunt eius crura : sed vnus militum lancea latus eius aperuit , & continuo exiuit sanguis & aqua . Et qui vidit , testimonium perhibuit : & verum est testimonium eius . Et ille scit , quia vera dicit : vt & vos credatis . Facta sunt enim hæc , vt scriptura impleretur . Os non comminuetis ex eo . Et iterum alia scriptura dicit . Videbunt in quem transfixerunt .


Quod sequitur , legit in tono Evangelij : & dicitur , Munda cor meum , sed non petitur benedictio , & non deferuntur luminaria , neque incensum , & Celebrans in fine non osculatur librum .

Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia (eo quod esset discipulus Iesu , occultus autem propter metum Iudæorū) vt tōlleret corp⁹ Iesu . Et permisit Pilatus . Venit ergo , & tulit corpus Iesu . Venit autem & Nicodémus , qui vénerat ad Iesum nocte primū , ferens mixturam myrrhæ & aloes , quasi libras centum . Acceperunt ergo corpus Iesu , & ligauerunt illud linteis cum aromatibus , sicut mos est Iudæis sepelire . Erat autem in loco , vbi crucifixus est , hortus : & in horto monumentum nouum , in quo nondum quisquam positus erat . Ibi ergo propter parasceue Iudæorum , quia iuxta erat monumentum , posuerunt Iesum .


Deinde Sacerdos itans in cornu Epistola , incipit absolute .




○ remus , di le tti ssi mi no bis , pro Ecce si a san cta Dei : vt
eam



eam Deus & Dominus noster, pa ci fi ca re, aduna re, &



culto di re dignetur toto orbe terrarum: subijciens ei princi pa-



tus, & potestates: detque nobis quietam & tranquillam vitam



degentibus, glori fi ca re Deum patrē omnipotentem. **O** remus.



Diaconus. Flectamus genua.

*Oratio cātatur in tono feriali Ora
tionis Missæ. Et hic modus serua
tur in subsequētibz.*

Omnipotens sempiterne Deus,
qui gloriam tuā omnibus in
Christo gētibz reuelasti: custōdi
opera misericordiæ tuæ: vt Ecclesia
tua toto orbe diffusa, stabili fide in
confessione tui nominis perseuē
ret. Per eundem Dominum no
strum. **R.** Amen.

O Remus & pro beatissimo Pa
pa nostro. **N.** vt Deus & Do-

Subdiaconus. **R.** Le uā te.

minus noster, qui elēgit eum in or
dine Episcopatus, saluum atque in
columen custodiāt Ecclesiæ suæ
sanctæ, ad regendum populum
sanctum Dei. **O** remus.

Flectamus genua. **R.** Leuate.

Omnipotēs sempiterne Deus,
cuius iudicio vniuersa fundā
tur: respice propitiū ad preces no
stras, & electum nobis Antistitem
tua pietate conserua: vt Christiana
plebs, quæ te gubernatur auctore,
sub tāto Pontifice credulitatis suæ
meri-

meritis augeatur. Per Dominum nostrum. **R.** Amen.

O Remus & pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Acolythis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, confessoribus, virginibus, viduis: & pro omni populo sancto Dei. **O** remus. **Flectamus genua. R.** Leuate.

O Mnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesie sanctificatur & regitur: exaudi nos per vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratie tue munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dominum nostrum. **R.** Amen.

Si non
est co-
rona-
tus di-
cat,
electo
Impe-
ratio-
re.

O Remus & pro Christianissimo Imperatore nostro **N.** vt Deus & Dominus noster subditas illi faciat oēs barbaras nationes, ad nostrā perpetuā pacē. **O** remus. **Flectamus genua. R.** Leuate.

O Mnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum: respice ad Romanum benignus imperium: vt gentes, quæ in sua feritate confidunt, potentie tue dextera comprimantur. Per Dominum. **R.** Amen.

O Remus & pro catechumenis nostris: vt Deus & Dominus noster adaperiat aures præcordiorum ipsorum, ianuamque misericordie: vt per lauacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum, & ipsi inueniantur in Christo Iesu Dño nostro. **O** remus. **Flectamus genua. R.** Leuate.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam noua sæper prole fecundas: auge fidem & intellectum catechumenis nostris: vt renati fonte baptismatis, ado-

ptionis tue filijs aggregentur. Per Dominum nostrum. **R.** Amen.

O Remus, dilectissimi nobis, Deum patrem omnipotentem, vt cum ceteris mundum purget erroribus: morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinantibus reditum: infirmantibus sanitatem: nauigantibus portum salutis indulgeat. **O** remus. **Flectamus genua. R.** Leuate.

O Mnipotes sempiterne Deus, maestorum consolatio, laborantium fortitudo: perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per Dominum nostrum. **R.** Amen.

O Remus & pro hæreticis & schismaticis: vt Deus & Dñs noster eruat eos ab eorum vniuersis: & ad sanctam matrem Ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. **O** remus. **Flectamus genua. R.** Leuate.

O Mnipotes sempiterne Deus, qui saluas omnes, & neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni hæretica prauitate deposita, errantium corda respiscant: & ad veritatis tue redeant unitatem. Per Dominum. **R.** Amen.

O Remus & pro perfidis Iudæis: vt Deus & Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum: vt & ipsi agnoscant Iesum Christum Dominum nostrum. **Non respondetur, Amen. sed statim dicitur**

O Mnipotes sempiterne Deus, qui etiam Iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obsecratione deferimus: vt agnita verita-


veritatis tuæ luce, quæ Christus est, à suis tenebris eruantur. Per eundem Dominum nostrum. *R.* Amē.

O Remus & pro paganis: vt Deus omnipotēs auferat iniquitatem à cordibus eorum: vt relictis idolis suis, conuertantur ad Deum viuum & verum, & vnicum filium eius Iesum Christum Deum & Dominum nostrum. *O.* remus. Flectamus genua. *R.* Leuate.

O Mnipotēs sempiternæ Deus, qui nō mortem peccatorum, sed vitam semper inquis: suscipe propitius orationem nostram: & libera eos ab idolorum cultura: & aggrega Ecclesiæ tuæ sanctæ, ad laudem & gloriam nominis tui. Per Dominum nostrum. *R.* Amen.

Completis Orationibus, Sacerdos deposita casula accedit ad cornu Epistolæ, & ibi in posteriori parte

anguli Altaris accipit à Diacono Crucem iam in Altari præparatā: quā versā facie ad populum, à summitate parū discooperit, incipiēs solus antiphonam, **Ecce lignum crucis.** Ac deinceps in reliquis iuuatur in cantu à ministris vsque ad, **Venite adoremus.** Choro autem cātante, **Venite adoremus.** omnes se prosterunt, excepto Celebrante Deinde procedit ad anteriorem partem anguli eiusdem cornu Epistola: & discooperiens brachium dextrum Crucis eleuansque eam paulisper, altius quam primo, incipit, **Ecce lignum crucis.** alijs cantantibus, & adorantibus, vt supra. Deinde Sacerdos procedit ad mediū Altaris: & discooperiēs Crucem totaliter, ac eleuās eam, tertio altius incipit, **Ecce lignum crucis.** alijs cantantibus, & adorantibus, vt supra.



Ecce lignum crucis, in quo salus mundi pendit.



Chorus. *R.* Venite adoremus.

Postea Sacerdos solus portat Crucem ad locum ante Altare præparatum, & genuflexus ibidem eam locat: mox depositis calceamentis, accedit ad adorandam Crucem, ter genua flectēs antequam eam deosculetur. Hoc factō reuertitur, & accipit calceamenta, & casulam. Postmodum ministri Altaris, deinde alij clerici, & laici bini & bini,

M. N. R.

ter genibus flexis, vt dictū est, Crucem adorant. Interim, dum fit adoratio Crucis, cantātur impropria, & alia quæ sequuntur, vel omnia, vel pars eorum, prout multitudo adorantium vel paucitas requirit, hoc modo. Duo cantores in medio choricantant *ψ.* Popule meus, vsque ad **Agios ò theós.** *ψ.* Popule meus, quid feci tibi? aut in quo cō-

L tri-

tristitiam te de terra Ægypti: parasti crucem saluatori tuo. *Vn^o Chorus cātāt, Agios ò theòs. Alius chorus respō det. Sanctus Deus. Primus chorus. Agios ischyros. Secundus Chorus. Sanctus fortis. Primus Chorus. Agios athanatos eleison imás. Secundus chorus. Sanctus immortalis miserere nobis. Postea duo de secundo choro cantant. v. Quia eduxi te per desertū quadraginta annis: & manna cibavi te, & introduxi te in terram sabisbonā, parasti crucem saluatori tuo. Chori respō det alternatim. Agios ò theòs. & c. Sanctus Deus, & c. ita tamen, vt primus chor^o semper repetat, Agios.*

Deinde duo de primo choro cantāt. v. Quid vltra debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plantaui te vineā meam speciosissimam: & tu facta es mihi nimis amara: aceto namque sitim meā potasti: & lancea perforasti latus saluatori tuo.

Item chori alternatim respondēt, Agios ò theòs. Sanctus Deus, & c.

Versus sequentis improprij à duobus cantoribus alternatim cantantur, vtroque choro simul repetente post quemlibet versum.

Popule meus. vsque ad, Quia eduxi te de terra Ægypti.

Duo de secundo choro cantant v. Ego propter te flagellavi Ægyptum cum primogenitis suis: & tu me flagellatum tradidisti.

Chorus repetit. Popule meus.

Duo de primo choro. v. Ego eduxi te de Ægypto, demerso Pharaone in mare Rubrū: & tu me tradidisti principib^o sacerdotum. Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro. v. Ego ante te aperui mare: & tu aperuisti lancea latus meum.

Chorus. Popule meus. Duo de primo choro. v. Ego ante te præiui in columna nubis: & tu me duxisti ad prætorium Pilati. Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro. v.

Ego te paui manna per desertum: & tu me cecidisti alapis & flagellis.

Chorus. Popule meus. Duo de primo choro. v. Ego te potavi aqua saluta de petra: & tu me potasti felle & aceto.

Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro. v. Ego propter te Chananorum reges percussi: & tu percussisti arundine caput meum.

Chorus. Popule meus. Duo de primo choro. v. Ego dedi tibi sceptrū regale: & tu dedisti capiti meo spineam coronam.

Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro. v. Ego te exaltaui magna virtute: & tu me suspendisti in patibulo crucis.

Chorus. Popule me^o.

Deinde cātatur communiter Antiph. Crucem tuam adoramus Domine: & sanctam resurrectionem tuam laudamus; & glorificamus: ecce enim propter lignum venit gaudium in vniuerso mundo. Psalm. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Et repetit immediate Antiphona, Crucem tuam.

Postea cantatur v. Crux fidelis. cum hymno, P angē lingua gloriosi. & post quemlibet eius versum repetitur, Crux fidelis, vel, Dulce lignum. eo modo, quo inferius notatur.

Crux fidelis, iter omnes arbor vna nobilis: nulla silua talem profert, fronde, flore, germine. Dulcelignum, dulces clauos, dulce pōdus sustinet. Hymn. P angelingua gloriosi prælium certaminis, & super crucis trophæum dic triumphum nobis.

nobilem: qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. **Repetit**, Crux fidelis, vsque ad, Dulce lignum. **Et sic fit quoties repetitur**, Crux fidelis. **v.** De parentis protoplasti fraude factor condolens: quando pomi noxialis morfu, in mortem corrui: ipse lignum tunc notauit, dāna ligni vt solueret. **Repetitur**, Dulce lignum. **v.** Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat: multi-formis proditoris ars vt artē falleret: & medelā ferret inde, hostis vn de leserat. **Repetitur**, Crux fidelis. **v.** Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce Patris Natus, orbis cōditor, atque vêtre virginali caro factus prōdiit. **Repetitur**, Dulce lignum. **v.** Vaggit infans inter arēta conditus presepia: membra pannis inuolūta virgo mater alligat, & manus, pedesque & crura, stricta cingit fascia. **Repetitur**, Crux fidelis. **v.** Lustris sex qui iam peractis, tempus implens corporis: se volente, natus ad hoc, passioni deditus: Agnus in crucis leuatur immolāndus stīpīte. **Repetitur**, Dulce lignum. **v.** Hic acetū, fel, arundo, spūta, clauī, lancea: mite corpus perforat, sanguis, vnda profluit: terra, pontus, astra, mundus, quo lauantur flumine. **Repetitur**, Crux fidelis. **v.** Flecte ramos arbor alta, tenfa laxa viscera; & rigor lentescat ille, quē dedit natiuitas: vt superni membra Regis miti tendas stīpīte. **Repetitur**, Dulce lignum. **v.** Sola digna tu fuisti ferre scēli pretium: atque portum preparare nauta mundo naufrago: quem sacer cruor perunxit, fusus Agni corpore. **Repetit**, Crux fidelis. **v.** Gloria & honor Deo vsquequaque altissimo, vnā Patri, Fi-

lioque, in clyto Paraclito: cui la^o est & potestas, per eterna secula, Amē. **Repetitur**, Dulce lignum.

Circa finem adorationis Crucis accenduntur candelę super Altare: & Diaconus accipiens bursam corporaliā, extēdit corporale more solito, & iuxta illud ponit purificationum: & finita adoratione, Crucem reuerenter accipit, & reportat ad Altare. Postea ordinatur processio ad locum, vbi pridie Sacramentum repositum fuerat. Præcedit Subdiaconus cum Cruce inter duos Acolythos deferētes cādēlabra cum cereis accensis, & Clerus per ordinem, vltimus Sacerdos cū ministris. Cum peruentum fuerit ad locum Sacramenti, accēdantur intorticia, quę non extinguuntur nisi post sumptionem Sacramenti: & Sacerdos genuflectit ante Sacramentum, orat aliquantulum: Diaconus interim aperit capsulam, in qua reconditum est Corpus Domini: postea Sacerdos surgēs, absque benedictione imponit incensum in duobus thuribulis, Diacono nauiculam ministrante, & genuflexus incensat Sacramentum: tum Diaconus extrahens Calicem cum Sacramēto de capsula, dat ad manus Sacerdotis, & regit extremitatibus veli, quod hūmeros illius circumdat: & procedūt ordine quo venerunt: defertur baldachinum super Sacramentum: & duo Acolythi cum thuribulis continē Sacramentum incensant: interim cantatur hymnus, **V exilla Regis prodeunt**, Cum venerit Sacerdos ad Altare, posito super illud Calice, genuflexus rursū incensat, & accedens deponit Hostiā ex Calice super patenā quam Diaconus tenet: & accipiens

patenam de manu Diaconi, Hostiam sacrā ponit super corporale, nihil dicens. Si tetigerit Sacramentum, digitos abluat in aliquo vase. Interim Diaconus imponit vinum in Calicem, & Subdiaconus aquā, quam Sacerdos non benedicit, nec dicit super eam Orationem consuetam: sed accipiens Calicem à Diacono, ponit super Altare, nihil dicens: & Diaconus illum coöperit palla: deinde imponit incensum in thuribulo absque benedictione, & incensat oblata, & Altare more solito, genuflectens ante & post, & quodcumq. transit ante Sacramentum. Cū incensat oblata, dicit:

Incensum istud à te benedictum, ascēdat ad te Domine, & descendet super nos misericordia tua.

Cum incensat Altare, dicit:

Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone Domine, custodiā ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis: vt non

de clinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.

Quando reddit thuribulum Diacono, dicit.

Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, & flammam æternæ charitatis. Amen.

Et ipse non incensatur.

Postea aliquantum extra Altare in cornu Epistolæ lauat manus, nihil dicens: deinde in medio Altaris inclinatus iunctis manibus dicit.

In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te Domine: & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt pláceat tibi, Domine Deus.

Deinde versus ad populum in cornu Euangelij, dicit more solito.

Orate fratres: vt meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem.

Et per eandem viam reuertitur, non perficiens circulum: & consequenter, omiſſis alijs, dicit:

Oremus. Præceptis salutariibus moniti, & diuina inſtitu-

tionē formati, audeamus dicere. **P**ater noster, qui es in cælis:


sanctiſſice tur nomen tuum: adueniat regnum tuum: fiat voluntas




tas tua, si cut in cæ lo, & in terra. Pa nem no strum quo ti di a-



num da nobis hodie: Et dimitte nobis de bi ta no stra, sicut &



nos di mit timus de bi to ri bus no stris. Et ne nos in-



du cas in tenta ti o nem. *R.* Sed li be ra nos à ma lo.

Sacerdos, sub silentio dicit Amen, eadē voce, qua dixit, Pater noster, absolute sine O remus, in tono Orationis Missæ ferialis dicit.

Libera nos, quæsumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris: & intercedēte beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea, & omnibus sanctis, da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordiæ tuæ adiūti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione secūri. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecū viuit & regnat in vnitrate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula

sæculorum. *R.* Amen.

Tunc Celebrans, facta reuerentia vsque ad terram, supponit patenā Sacramento, quod in dextera accipiēs eleuat vt videri possit à populo: & statim supra Calicem diuidit in tres partes, quarū vltimam mittit in Calicem more solito, nihil dicens, Pax Domini, non dicitur, nec Agnus Dei, neque pacis osculum datur. Postmodum prætermisiss duabus primis Orationibus, dicit tantum sequentem.

Preceptio Corporis tui, Dñe Iesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proueniat in iudicium & condemnationem: sed pro tua pietate profit mihi ad tutamentū mentis & corpo-

ris, & ad medelam percipiendam. Qui uiuis & regnas cū Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen. Tum genuflectit, & accipit panem cum corpore Christi: & maxima humilitate ac reuerentia dicit: **P**anem cælestem accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Perentit pectus suum, ter dicens: **D**omine nō sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

Postea signat se Sacramento, dicens: **C**orpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

Et sumit Corpus reuerenter.

Deinde, omissis omnibus, quæ dici solent ante sumpcionem sanguinis, immediate particulam Hostiæ cum vino reuerenter sumit de Calice. Et, more solito facta ablutione digitorum, & sumpta purificatione, in medio altaris inclinatus, manibus iunctis dicit:

Quod ore sumpimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remediū sempiternum. **N**on dicitur, **C**orpus tuum Domine, nec Postcommunio, nec Placeat tibi, nec datur benedictio: sed, facta reuerentia Altari, Sacerdos cum ministris descendit: & dicuntur Vesperæ sine cantu: & denudatur Altare.

SABBATO SANCTO.
Statio ad S. Ioannem in Laterano.



Hora competenti cooperiuntur Altaria, & dicuntur Horæ, candelis Altaris extinctis vsque ad principium

Missa. Interim excutitur ignis de

lapide foris Ecclesiam, & ex eo accenduntur carbones. **D**icta Novæ sacerdos, indutus amictu alba, cingulo, stola, & pluuiiali violaceo, vel sine casula altantibus sibi ministris cum cruce, aqua benedicta, & incenso, ante portam Ecclesiæ, si comode potest, vel in ipso aditu Ecclesiæ benedicit nouū ignē, dicens: **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O** remus. **O**ratio.

Deus, qui per Filium tuum, angularem scilicet lapidem, claritatis tuę ignem fidelibus contulisti: productum è silice, nostris profuturum vsibus, nouū hunc ignem sanctificā: & concede nobis, ita per hæc festa Paschalia cælestibus desiderijs inflammari: vt ad perpetuæ claritatis, puris mentibus, valeamus festa pertingere. Per eundem Christū Dominum nostrum. **R.** Amen. **O**remus.

Domine Deus, pater omnipotens, lumen indeficiēs, qui es conditor omnium luminum: bene **H** dic hoc lumen, quod à te sanctificatum atque benedictum est, qui illuminasti omnem mundum: vt ab eo lumine accédāmur, atque illuminémur igne claritatis tuæ: & sicut illuminasti Moysen exeuntem de Ægypto, ita illumines corda & sensus nostros: vt ad vitam & lucem æternam peruenire mereamur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen. **O** remus.

Domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus: benedictibus nobis hunc ignem in nomine tuo, & vnigeniti filij tui Dei ac Domini nostri Iesu Christi, & Spiritus sancti, cooperari digneris: & adiuua nos contra ignita tela inimici: & illudra gratiā cælesti. Qui uiuis &

regnas

regna cum eodem vnigenito tuo, & Spiritu sancto, Deus: per omnia secula seculorum. **R.** Amen.

Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in Cereo, dicens absolute hanc Orationem.

Veniat, quæsumus, omnipotēs Deus, super hoc incensum larga tuæ bene- & diuisionis infusio: & hunc nocturnum splendorem inuisibilis regenerator accende: vt non solum sacrificium, quod hac nocte litatū est, arca luminis tui admixtione resurgat: sed in quocūque loco ex huius sanctificationis mysterio aliquid fuerit deportatū, expulsa diabolicæ fraudis nequitia, virtus tuæ maiestatis affiltat. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Amē.


¶ Cum benedicit grana incensi, Acolythus assumens de carbonibus benedictus ponit in thuribulo: & finita Oratione supradicta, Sacerdos de nauicula ponit incensum in thuribulo, benedicens illud more solito: deinde prædicta grana incensi & igne ter aspergit aqua benedicta, dicens: **Asperges me,** sine cantu, & sine Psalmo, & ter adolet incenso. Interim omnia luminaria Ecclesiæ extinguuntur, vt de igne benedicto postmodum accendantur. Tū Diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arundinem cum tribus candelis in summitate illius triangulo distinctis. Præcedit thuriferarius cum Acolytho deferente in vase quinque grana incensi: sequitur Subdiaconus cum Cruce, & Clerus

per ordinem. deinde Diaconus cū arundine, post enim Celebrans. Cum Diaconus ingressus est Ecclesiam, inclinatur arundinem, & Acolythus deferens candelam accensam de nouo igne, accendit vnam ex illis tribus candelis desuper positis: & Diaconus eleuans arundinem; genuflectit, similiter & omnes alij cum eo, præter Subdiaconū Crucē ferentē: & cantat solus, **Lumen Christi.** **R.** Deo gratias. Et procedens ad mediū Ecclesiæ, ibi accenditur alia cādela: & iterum genuflexus, vt supra, altius cantat, **Lumen Christi,** **R.** Deo gratias. Tertio procedit ante Altare, vbi accenditur tertia cādela: & rursus genuflexus vt prius, adhuc altius dicit: **Lumen Christi.** **R.** Deo gratias. Deinde Celebrans ascendit ad Altare in cornu Epistolæ, & Diaconus dat arundinem vni Acolytho: & accipiens librum, petit à Celebrante benedictionem, vt fit ad Euangelium, Sacerdote dicente, **Dominus sit in corde tuo,** & in labijs tuis: vt dignè & competenter annunties suū Paschale præconium: In nōmine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Postea vadit ad pulpitu, & ponit supra eo libru, & incensat. A dextris Diaconi stent Subdiaconus cū Cruce, & thuriferarius: à sinistris, duo Acolythi, ille qui tenet arundinē, & alius tenens in vase quinque grana incensi benedicti figenda in Cereo. Tūc, surgētibus oībus, & stantibus vt fit ad Euāgeliū, Diaconus cātat.




Xultet iam angelica turba celorum: exultent diuina




my fte ri a: & pro tãti Regis vi&to ri a, tu ba insonet fa lu ta rijs.




Gau deat & tellus tantis ir ra diata ful go ribus: & æ ter ni Regis




splendore il lu stra ta, toti us orbis se fen tiat a mi fisse ca-




li ginem. Læ te tur & mater Ec cle si a, tanti lu mi nis ador-



nata ful go ri bus: & magnis populo rum vo ci bus hæc au-



la re sul tet. Qua propter ad stantes vos, fratres cha rissi-



mi, ad tam miram huius sancti luminis clari ta tem, vna mecum,
quæso,

quæso, De i omnipotentis misericordiã in uo ca te. Ut qui

me non meis meritis in tra Le ui ta rum nume rum dignatus


est aggre ga re: luminis su i cla ri ta tem in fundens, Cere i

huius laudem imple re per fi ci at. Per Dominum nõstrum

Iesum Christum fi lium su um: qui cum e o vi uit & regnat in

v ni ta te Spi ri tus san cti Deus. Per omnia sæ cu la sæ culo rum.

✠. Amen. ✠. Dominus vo bi scum. ✠. Et cū spi ri tu tu o. ✠. Sursū
corda.



cor da. **℞.** Habemus ad Do mi num, **℥.** Gra ti as a ga mus Do




mino De o nostro. **℞.** Dignum & iu stum est. **℥.** ere dignum &



ium est, in ui si bilem Deum Pa trem omni potentem, fi li umq.




eius v nige ni tum, Do mi num nos trum Ie sum Christum, to to



cordis ac mentis af fe ctu, & vo cis mi ni ste ri o per so




na re. Qui pro nobis æ ter no Pa tri, Ad æ de bi tum sol uit:



& vete ris pi a culi cauti o nem pio cru o re deter sit.


Hæc



Hæc sunt enim festa pascha li a, in quibus verus il le agnus




oc ci ditur, cuius sanguine postes fide li um consecrantur.




Hæc nox est, in qua primum patres nostros fi li os Is ra ël




eductos de Æ gy pto, ma re Rubrum sicco vesti gi o



tran si re fe ci sti. Hæc i gitur nox est, quæ peccatorum te-



nebras, columnæ il luminati o ne purga uit. Hæc nox est, quæ



hodi e per vniuersum mundum, in Christo credentes, à vi ti js
facu-




saeculi, & caligine peccatorū segre ga tos, red dit gra tiā, so-



ciat san cti ta ti. Hæc nox est, in qua destructis vinculis mor-




tis, Christus ab in feris vi etor ascendit. Nihil enim nobis nasci




profuit, nisi redimi pro fuisset. O mira circa nos tuæ pi e-




ta tis digna ti o. O in æstima bi lis dilec ti o cha ri ta tis: vt serua




redimeres, si li um tra di didisti. O certe necessa rium Adæ pec-




catū, quod Christi mor te de letum est. O fe lix cul pa, quæ
talem



talem ac tantum meruit ha be re re demptorem. O ve re



be a ta nox, quæ sola meru it scire tempus & ho ram, in qua




Christus ab infe ris re surre xit. Hæc nox est, de qua scriptū est :



Et nox sicut dies il lu mi na bitur : & nox il lu mi na ti o mea



inde li ci js me is. Huius igitur san cti fi ca ti o no cti s, fu




gat sce le ra, cul pas lauat : & reddit inno centi am lap sis, &




mæ stis læ ti ti am . Fu gat o di a, cõ cordi am pa rat,

&



Hic Diaconus infigit
quinque grana incen-
si benedicti in Cereo
in modum Crucis.

& cur uat im pe ri a.



In huius igitur noctis gra ti a, suscipe sancte Pater, incensi




huius sacri fi ci um vesper tinum : quod ti bi in hac Ce re i



obla ti o ne solem ni, per ministrorum manus de o pe ri-



bus a pum, sacrosancta red dit Ec cle si a. Sed iam co-




lumnæ huius præ co ni a nouimus, quam in honorem Dei




Hic Diaconus accen-
dit Cereum cum vna
ex tribus candelis in
arundine positis.


rutilans i gnis ac cen dit.



Qui licet sit di ui sus in par tes, mutu a ti tamen lumi nis de-




tri men ta non nouit. Alitur enim liquan ti bus ce ris, quas



in substan tiã pre ti o sæ huius lampadis, apis ma ter e du xit.


Hic accen-
duntur lam-
pades.




O vere be a ta nox, quæ expo lia uit Æ gy-



ptios, di ta uit Hebræ'os. Nox, in qua terrenis cæ le stia,



humanis di ui na iungun tur. Oramus ergo te Domine: vt



Ce re usi fle in honorem tu i no mi nis con se cra tus, ad no-
ctis



Etis huius caliginem destruendam, in deficiens per se ueret.



Et in odorem suauitatis acceptus, supernis luminariibus




mi fecatur, Flammaseius Lucifer matutinus inue-



niat. Ille, inquam, Lucifer, qui nescit occa sum. Ille qui



regressus ab inferis, humanogenere reuersus iluixit.



Precamur ergo Domine: ut nos famulos tuos, omnemque



clerum, & deuotissimum populum: uenacum beatissimi-

tissimo Papa nostro **N.** & An ti sti te nostro **N.** quie-

te temporum con cel sa, in his Paschalibus gaudijs, af fi dua

pro te ci o ne re ge re, gubernare, & confer ua re di gne ris.

Respi ce et i a ma de uo ti ssi mum * Im pe ra to rem no strum

N. cuius tu De us de fi de ri j vo ta præ no scens, in effa-

bi li pi eta tis & mi se ri cor di æ tu æ mu nere, tran quil-


lum per petu æ pacis ac com moda: & cæ le stem vi cto riam

M. N. R.

M

cum

Si non
est co
rona
tus di
citur
Impe
tor.



cum om ni po pu lo su o. Per eum dem Dominum no-



strum Ie sum Christum fi li. um tu um: Qui tecum vi uit &



regnat in v ni ta te Spi ri tus sancti De us: per om ni a



sa cu la sa cu lo rum. **R.** Amen.

Cōpleta benedictione Cerei, Diaconus, depositis albis, sumit violacea paramēta, & vadit ad Celebrāte: qui exiit pluuiali, & sumit manipulū & casulam violacei coloris. Postea legūtur Prophetiæ sine titulo: & Celebrās legit eas submissa voce ad Altare in cornu Epistolæ. In fine Prophetiarum dñæ Orationēs modo subscripto. Ante, vel interim dū Prophetiæ leguntur, Presbyteri catechizent cathecumenos baptizandos; & preparēt ad baptismum. **Prophecia prima.**

Gen.
I.



IN principio creauit Deus calum & terram. Terra autem erat inanis, & vacua: & tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus Dei

ferebatur super aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucē, quòd esset bona: & diuisit lucē à tenebris. Appelauitque lucem, diem: & tenebras, noctem. Factumque est vespere & mane, dies vnus. Dixit quoq. De⁹. Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum: diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his quæ erāt super firmamentum. Et factum est ita: Vocauitque Deus firmamentum, calū. Et factum est vespere & mane, dies secundus. Dixit verò Deus. Congregentur aquæ, quæ sub celo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Factumque est ita. Et vocauit Deus

Deus

Deus aridam, terram: congregatio-
nesque aquarum appellauit maria.
Et vidit Deus, quod esset bonum:
& ait. Germinet terra herbam vi-
rentem, & facientem semen: & li-
gnum pomiferum faciens fructum
iuxta genus suum, cuius semen in
semetipso sit super terram. Et fa-
ctum est ita. Et protulit terra her-
bam virentem, & facientem semen
iuxta genus suum, lignumque fa-
ciens fructum, & habens vnum-
quodque sementem secundum spe-
ciem suam. Et vidit Deus, quod es-
set bonum. Factumque est vespere
& mane, dies tertius. Dixit autem
Deus. Fiant luminaria in firma-
mento cæli, & diuidant diem ac
noctem: & sint in signa & tempora,
& dies & annos: vt luceant in
firmamento cæli, & illuminent ter-
ram. Et factum est ita. Fecitque
Deus duo luminaria magna: lumi-
nare maius, vt præfesset diei: & lumi-
nare minus, vt præfesset nocti: & stel-
las. Et posuit eas in firmamento
cæli: vt lucerent super terram, &
præfessent diei ac nocti, & diuideret
lucem ac tenebras. Et vidit Deus,
quod esset bonum. Et factum est
vespere & mane, dies quartus. Dixit
etiam Deus. Producât aquæ repti-
le animæ viuientis, & volatilis super
terram, sub firmamento cæli. Crea-
uitque Deus cete grandia, & om-
nem animam viuentem atque mo-
tabilem, quam produxerant aquæ
in species suas: & omne volatilis se-
cundum genus suum. Et vidit Deus,
quod esset bonum: benedixitque eis,
dicens. Crescite & multiplicamini,
& replète aquas maris: auesq. mul-
tiplicentur super terram. Et factum
est vespere & mane, dies quintus.
Dixit quoque Deus. Producât terra

animam viuentem in genere suo:
iumenta, & reptilia, & bestias terræ
secundum species suas. Factumque
est ita. Et fecit Deus bestias terræ
iuxta species suas: & iumenta, & om-
ne reptile terræ in genere suo. Et vi-
dit Deus, quod esset bonum & ait.
Faciamus hominem ad imaginem
& similitudinem nostram: & presit
piscibus maris, & volatibus cæli, &
bestijs, vniuersæque terræ, omnique
reptili, quod mouetur in terra. Et
creauit Deus hominem ad imagi-
nem suam: ad imaginem Dei crea-
uit illum: masculum & feminam
creauit eos. Benedixitq. illis Deus,
& ait. Crescite, & multiplicamini,
& replète terram, & subijcite eam:
& dominamini piscibus maris, &
volatilibus cæli, & vniuersis animã
tibus, que mouentur super terram.
Dixitq. Deus. Ecce dedi vobis om-
nem herbam afferentem semen su-
per terram: & vniuersa ligna, quæ
habent in semetipsis sementem ge-
neris sui: vt sint vobis in escam, &
cunctis animantibus terræ, omni-
que volucris cæli, & vniuersis quæ
mouentur in terra, & in quibus est
anima viuens: vt habeant ad ve-
scendum. Et factum est ita. Vidit-
que Deus cuncta quæ fecerat: &
erant valde bona. Et factum est ve-
spere & mane, dies sextus. Igitur
perfecti sunt cæli & terra, & om-
nis ornatus eorum. Compleuitque ^{Gen.}
Deus die septimo opus suum, quod ^{2.}
fecerat: & requieuit die septimo ab
vniuerso opere, quod patrarat.
Qua completa, sacerdos dicit.
Oremus, Diaconus. Flectamus
genua. & Subdiaconus. Leuate.

Oratio.

Deus, q mirabiliter creasti ho-
minem, & mirabilius rede-

misti: da nobis, quæsumus, contra oblectamēta peccati, mētisratione persistere: vt mereamur ad æterna gaudia peruenire. Per Dominum.

Prophetia secunda.

Gen.
3. & 6.

NOë vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth. Cumque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent: videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerāt. Dixitque Deus. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorū. Gigantes autem erant super terrā in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt: isti sunt potētes à seculo viri famosi. Videns autem Deus, quod multa malitia hominū esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: pœnituit eum, quod hominē fecisset in terra. Et pœcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo (inquit) hominē quem creauī, à facie terræ, ab homine vsque ad volucres cæli: pœnitent enim me fecisse eos. Noë vero inuenit gratiam coram Domino. Hæ sunt generationes Noë. Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. Cumque vidisset Deus terram esse corruptā (omnis quippe caro corruperat viam suam super terrā) dixit ad Noë. Finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est ter-

ra iniquitate à facie eorum: & ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis lauigatis. Mansiunculas in arca facies: & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arce: quinquaginta cubitorum latitudo: & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies: & in cubito consuminabis summitatem eius. Ostium autem arce pones ex latere deorsum. Cœnacula & trilega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram: vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cælum: & vniuersa que in terra sunt consummentur. Ponamque fœdus meum tecum: & ingrediēris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorū tuorum tecum. Et ex cunctis animalibus vniuersæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: masculini sexus & feminini. De volūcribus iuxta genus suū, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecū, vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus fœcis quæ mādī possūt, & comportabis apud te: & erūt tam tibi, quā illis in cibum. Fecit ergo Noë omnia, quæ præceperat illi Deus. Eratque sexcentorum annorum, quādo diluuij aque ^{Capitulum 7.} inundauerunt super terram. Rupti sunt autē omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt: & facta est pluuia super terrā quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noë, Sem, Cham, & Iapheth filij eius, vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eo in arcam: ipsi &

& omne animal secundum genus suū, vniuersaque iumenta in genere suo, & omne quod mouētur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum. Porro arca ferebatur super aquas. Et aquæ præualuerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cælo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operauerat. Consumptaque est omnis caro, quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium quæ reptant super terrā. Remansit autem solus Noë, & qui cum eo erāt in arca. Obtinueruntque aquę terram centum quinquaginta diebus. Recordatus autem Deus Noë, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca: adduxit spiritum super terram, & imminutę sunt aquę. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractę cęli: & prohibite sunt pluuię de cælo. Reuersęque sunt aquę de terra euntes & redeuntes: & cęperunt minui post centum quinquaginta dies. Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noë fenestram arcę quam fecerat, dimisit coruū. Qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccaentur aquę super terrā. Emisit quoque columbam post eum, ut videret si iam cessassent aquę super faciem terrę. Quę cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aquę enim erant super vniuersam terrā. Extēditque manum, & apprehensam inuulit in arcā. Expectatis autem vltra septem diebus alijs, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperā, por-

tans ramū oliuę virētibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noë, quod cessassent aquę super terram. Expectauitque nihilominus septem diebus alijs: & emisit columbam, quę non est reuersa vltra ad eum. Locutus est autem Dominus ad Noë, dicēs. Egrēdere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecū. Cuncta animantia, quę sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quā in bestijs, & vniuersis reptilibus quę reptant super terram, eductecum, & ingredimini super terram. Crēscite, & multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noë, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quę reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca. Ædificauit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusque est Dominus odorem suauitatis. Oremus. Flectamus genua. *R. Leuate. Oratio.*

DEus incōmutabilis virtus, & lumen æternum: respice propitiū ad totius Ecclesię tuę mirabile sacramentum, & opus salutis humanę, perpetuę dispositionis effectū trāquillius operare: totusque mundus experiatur & videat, deicēta erigi, inueterata renouari, & per ipsum redire omnia in integrū, a quo sumpserē principium: Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Prophetia tertia.

IN diebus illis: Tentauit Deus Gen. 22. Abraham, & dixit ad eū. Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum

vnigenitum quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis; & offeres eum ibi in holocaustū super vnum montium, quem monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte confurgens, strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filiū suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum, quem praeceperat ei Deus. Die autem tertio eleuatis oculis, vidit locū procul: dixitq. ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego & puer illuc vsque properantes, postquā adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoq. ligna holocausti, & imposuit super Isaac filiū suum: ipse vero portabat in manib⁹ ignē & gladium. Cumque duo pergerēt simul, dixit Isaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis filii? Ecce (inquit) ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit Abrahā. Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo patriter: venerūtque ad locum, quem ostenderat ei Deus: in quo aedificauit altare, & desuper ligna composuit. Cumque colligasset Isaac filiū suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extēditque manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum. Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens. Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei. Ne extendas manum tuam super puerum: neque facias illi quidquam. Nunc cognoui, quod timeas Deum: & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos, viditque post tergum arietem inter vepres, hærentem cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque no-

men loci illi⁹. Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur. In monte Dominus videbit. Vocauit autem Angelus Domini Abraham secundò de cælo, dicens. Per memetipsum iuravi, dicit Dominus: quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicens benedicam tibi, & multiplicabo semen tuū sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersus est Abrahā ad pueros suos: abieruntque Bersabée simul, & habitauit ibi. **O remus.** Flectamus genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

Deus, fideiū pater summe, qui in toto orbe terrarum, promissionis tuæ filios diffusa adoptio nis gratia multiplicas: & p paschale sacramētum, Abraham, puerum tuum vniuersarum, sicut iurasti, gentium efficis patrem: da populis tuis digne ad gratiam tuæ vocatio nis introire. Per Dominum.

Prophetia quarta.

In diebus illis: Factū est in vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorū per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum: & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii. Fugiamus Israëlem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen. Extende manum tuam super mare: vt reuertantur aquæ ad Ægyptios super currus & equites eorū. Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluulo ad priorem locum.

Fugientibusque Ægyptijs occurrunt aquæ: & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuersaque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem Israël perrexerunt per medium siccis maris: & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris. Liberauitque Dominus in die illo Israël de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris: & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos. Timuitque populus Dominum: & crediderunt Domino, & Moyse seruo eius. Tunc cecinit Moyses, & filij Israël, carmen hoc Domino, & dixerunt.

Tractus. Cantemus Domino: gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare: adiutor & protector factus est mihi in salutem. **Ps.** Hic Deus meus, & honorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. **Ps.** Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi. **O** remus. Flectamus genua. **Et.** Leuate.

Oratio.

Deus, cuius antiqua miracula etiam nostris sæculis conuiescere sentimus: dum quod vni populo, à persecutione Ægyptiaca liberando, dexteræ tuæ potentia contulisti, id in salutem gentium per aquam regenerationis operaris: præsta, vt in Abrahamæ filios, & in Israëliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per Dominum.

Prophetia quinta.

Hæc est hereditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me, dicit Dominus. Omnes

sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione, vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audietes me, & comedite bonum: & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viueta anima vestra: & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israël: quia glorificauit te. Querite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur celi à terræ: sic exaltata sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud: dicit Domi-

nus omnipotens. *O* remus. Fle&ta-
mus genua. *R.* Leuate. *Oratio.*

Omnipotēs sempiternē Deus,
multiplica in honorem nomi-
nis tui quod patrum fidei spopōdi
sti: & promissionis filios sacra ado-
ptione dilata: vt quod priores sā&ci
non dubitauerunt futurum, Eccle-
sia tua magna iam ex parte cogno-
scat implētum. Per Dominum.

Prophetia sexta.

Baru.
3. b

AVdi Israēl mādata vitæ: auri-
bus pcipe, vt scias prudētiā.
Quid est Israēl, quod in terra inimi-
corum es? Inueterasti in terra aliena:
coinquatus est cum mortuis:
deputatus es cū descendētibz in
infernū. Dereliquisti fontem sa-
pientiæ. Nam si in via Dei ambu-
lasses, habitasses vtique in pace su-
per terram. Disce, vbi sit sapientia,
vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt
scias simul, vbi sit lōgiturnitas vitę
& victus, vbi sit lumen oculorum,
& pax. Quis inuenit locum eius?
Et quis introiuit in thesauros ei?
Vbi sunt principes gentium, & qui
dominantur super bestias, quæ sūt
super terrā? Qui in auibus cæli lu-
dunt, qui argentū thesaurizant, &
aurum: in quo confidūt homines:
& non est finis acquisitionis eo-
rum? Qui argentum fabricant, &
solliciti sunt: nec est inuentio ope-
rum illorum? Exterminati sunt, &
ad inferos descendērunt: & alij in
locum eorum surrexērunt. Iuuenes
vidērunt lumen: & habitauerunt
super terram. Viam autem disci-
plinæ nesciērunt, neque intellex-
rūt semitas eius, neque susceperūt
eam filij eorum. A facie eorum lon-
ge facta est. Non est audita in terra
Chanaan: neque visa est in Themā.
Filij quoque Agar, qui exquirunt

prudētiā quæ de terra est, nego-
tiatores terræ, & Themā: & fa-
bulatōres, & exquisitōres prudētię
& intelligentiæ: viam autem sapiē-
tiæ nescierunt, neque meminērunt
semitarum eius. O Israēl; quā
magna est domus Dei, & ingens
locus possessionis eius? Magnus
est, & non habet cōsummationem:
excelsus & immensus. Ibi fuerunt
gigātes nominati illi, qui ab initio
fuerunt, statūra magna, sciētes bel-
lum. Non hos elegit Dominus: ne-
que viam disciplinæ dedit illis: pro-
pterea perierunt. Et quoniam non
habuerunt sapientiam, interierunt
propter suam insipientiam. Quis
ascendit in cælum, & accepit eam,
& eduxit eam de nubibus? Quis
transfretauit mare, & inuenit eam,
& attulit eam super aurum ele-
ctum? Non est qui sciat viam eius:
neque qui excogitet semitas eius.
Sed qui scit vniuersa, nouit illam:
& adinuenit eam prudentia sua.
Qui perfecit terram in sempiterno
tempore: & adimpleuit eam pecu-
dibus. Qui emittit lumen, & va-
dit: & vocauit illud, & obediuit illi
in tremōre. Stellæ autem dederunt
lumen in custodijs suis: & lætata
sunt. Vocata sunt, & dixerunt:
Adsumus. Et luxerunt ei cum iu-
cunditate, qui fecit illas. Hic est
Deus noster: & non ælimabitur
alius ad eum: Hic adinuenit om-
nem viam disciplinæ: & dedit illā
Jacob puero suo, & Israēl dilecto
suo. Post hæc super terram visus est:
& cum hominibus conuersatus est.
O remus. Fle&tamus genua.

R. Leuate.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiā tuam sem-
per gentium vocatione mul-
tiplicas: cōcede propitijs: vt quos
aqua

aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominū.

Prophetia septima.

IN dieb⁹ illis: Facta est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Dñi: & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus: & circumduxit me per ea in gyrum. Erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis, putāsne viuēt ossa ista? Et dixi: Domine Deus, tu nosti. Et dixit ad me. Vaticināre de ossib⁹ istis: & dices eis. Ossa arida, audite verbū Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his. Ecce, ego inromittam in vos spiritum, & viuetis: & dabo super vos nervos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextēdam in vobis cutem: & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis, quia ego Dominus. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnumquodque ad iūcturam suam. Et vidi: & ecce super ea nervi & carnes ascēderunt, & extēta est in eis cutis desuper: & spiritum nō habebant. Et dixit ad me. Vaticināre ad spiritum, vaticināre fili hominis, & dices ad spiritum. Hæc dicit Dominus Deus. A quatuor ventis veni spirit⁹, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: & steterunt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, ossa hæc vniuersa domus Israël est. Ipsi dicunt: aruērunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus. Propterea vaticināre, & dices ad eos.

Hæc dicit Dñs Deus. Ecce, ego aperiam tumulos vestros, & educā vos de sepulchris vestris, populus me⁹: & inducam vos in terram Israël. Et scietis, quia ego Dominus, cū aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris, popule me⁹: & dēdero spiritum meum in vobis, & vixeritis: & requiescere vos faciam super humum vestram, dicit Dominus omnipotens. Oremus. Flectamus genua. *R. Leuate. Ofo.*

DEus, qui nos ad celebrandum paschale sacramentū, vtriusque testamenti pāginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione præsentium mūneram, firma sit expectatio futurorum. Per Dominum.

Prophetia octaua.

Apprehēdet septem mulieres ^{Matth. 4.} virum vnum in die illa, dicētes. Panem nostrum comedēmus, & vestimentis nostris operiēmur: tantummodo inuocētur nomen tuum super nos: aufer opprobriū nostrum. In die illa erit germen Dñi in magnificētia, & in gloria: & fructus terræ sublimis: & exultatio his qui saluati fuerint de Israël. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion: & sanguinem Ierusalē lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubē per diem, & fumum & splendorem ignis sūmantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu: & in securitatē & abscon-

tionem à turbine, & à pluuia.

Tractus. Vinea facta est dilectio in cornu, in loco vberi. **V.** Et mace-
riam circumdedit, & circumfodit:
& plantauit vineam Sorée, & ad-
ficauit turrim in medio eius. **V.** Et
torcular fodit in ea: vinea enim Do-
mici sabaoth, domus Israël est.

Oremus. Fleclamus genua.

R. Leuate.

Oratio.

DEus, qui in omnibus Ecclesiæ
tue filijs, sanctorum Prophetarum
voce manifestasti, in omni lo-
co dominationis tuæ fatorem te bo-
notum seminum: & electorum
palmitam esse cultorem: tribue
populis tuis, qui & vinearum apud
te nomine cęsentur & segetum: vt,
spinarum & tribulorum squalore
refecato, digna efficiatur fruge fec-
cundi. Per Dominum.

Prophetia nona.

EXO. **I**N diebus illis: Dixit Dñs ad
12. Moysen & Aarō in terra Ægy-
pti. Mensis ille, vobis principium
mensium: primus erit in mensibus
anni. Loquimini ad vniuersum cę-
tum filiorum Israël, & dicite eis.
Decima die mensis huius tollat
vnusquisque agnū per familias: &
domos suas. Sin autem minor est
numerus, vt sufficere possit ad ve-
scendum agnum: assumet vicinum
suum, qui cōiunctus est domui sue:
iuxta numerū animarum, quæ suf-
ficere possunt ad esum agni. Erit
autem agnus absque macula, ma-
sculus, anniculus: iuxta quem ritū
tolletis & hœdum. Et seruabitis eū
vsque ad quartandecimam diem
mensis huius. Immolabitque eum
vniuersa multitudo filiorum Israël
ad vesperam. Et sumet de sanguine
eius: & ponent super vtrumque po-
llē, & in superliminaribus domo-

rum, in quibus comedent illum. Et
edent carnes nocte illa affas igni,
& azymos panes, cū lactūcis agre-
stibus. Non comedētis ex eo crud-
um quid, nec coctum aqua: sed tā-
tū affum igni. Caput cum pedibus
ei⁹ & intestinis vorabitis: & os eius
non confringetis: nec remanebitis
ex eo quidquā vsque mane. Si quid
residuum fuerit, igne comburetis.
Sic autem comedētis illum. Renes
vestros accingētis: & calceamenta
habebitis in pedibus, tenētes bācu-
los in manibus: & comedētis festi-
nanter. Est enim phase (idest tran-
situs) Domini. **O**remus. Fleclamus
genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

OMnipotens sempiterna Deus,
qui in omnium operum tuorum
dispensatione mirabilis es: in-
telligant redempti tui, non fuisse,
excellētius quod initio factus est
mundus, quā quod in fine sæcu-
lorum pascha nostrum immolatus
est Christus. Qui tecum.

Prophetia decima.

IN diebus illis: Factum est ver-
bū Domini ad Ionam prophe-
tam secundo, dicens. Surge, &
vade in Niniuen ciuitatem magnā:
& prædica in ea prædicationem,
quam ego loquor ad te. Et surrexit
Ionas, & abiit in Niniuen iuxta
verbum Domini. Et Niniue erat
ciuitas magna, itinere dierum triū.
Et cępit Ionas introire in ciuitatē
itinere diei vnus: & clamauit, &
dixit. Adhuc quadraginta dies, &
Niniue subuertetur. Et crediderūt
viri Niniuntæ in Deum: & prædica-
uerunt ieiunium, & uestiti sunt sa-
cis à maiore vsque ad minorem.
Et peruenit verbum ad regē Nini-
ue. Et surrexit de folio suo, & abie-
cit vestimentum suū à se: & indu-
tus

cus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Ninive ex ore regis, & principū eius, dicens. Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquā: nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, & iumenta: & clament ad Dominum in fortitudine. Et conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & miser^o est populo suo, Dominus Deus noster. *O remus. Flectamus genua. R. Leuate. O. ro.*

DEus, qui diuersitatem gētium in cōfessione tui nominis aduasti: da nobis & velle & posse quæ præcipis: vt populo ad eternitatem vocato, vna sit fides mētium, & pietas actionum. Per Dominum.

Prophetia vndecima.

IN diebus illis: Scripsit Moyses cāticum: & docuit filios Israēl. Præcepitque Dominus Iosue filio Nun, & ait. Confortare, & esto robustus. Tu enim introduces filios Israēl in terram, quā pollicitus sum tuis: & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit: præcepit leuitis, qui portabāt arcā fœderis Domini, dicens. Tollite librum istum, & pōnite eum in late-re arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit tibi contra te in testimonium. Ego enim scio cōtentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero? Congre-

gate ad me omnes maiores ratu per tribus vestras, atque doctores: & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo cōtra eos cælum & terram. Nouenim, quod post mortem meam iniqui agētis: & declinabitis cito de via, quā præcepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore: quādo feceritis malum in conspectu Domini: vt iritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cętu filiorum Israēl, verba carminis huius: & ad finem vsque compleuit.

Traçtus. A. Attende cælū, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo. Deut. 32.

V. Expectetur sicut pluuia eloquiū meum: & descendant sicut ros verba mea. V. Sicut imber super gramen, & sicut nix super scēnū: quia nomen Domini inuocabo. V. Date magnitudinē Deo nostro: Deus, vera opera eius, & omnes viæ eius iudicia. V. Deus fidelis, in quo nō est iniquitas: iustus, & sanctus Dominus. O remus. Flectamus genua. R. Leuate.

Oratio.

DEus celsitudo humiliū, & fortitudo rectorum: qui per sanctum Moysen puerum tuū, ita erudire populum tuum sacri carminis tui decantatione voluisti, vt illa legis iteratio, fieret etiā nostra directio: excita in omnem iustificatarum gentium plenitudinem potentiam tuam, & da lætitiā, mitigando terrorem: vt omnium peccatis tua remissione delētis, quod denūtiatum est in vltionem, transeat in salutem. Per Dominum.

Prophetia duodecima.

IN diebus illis: Nabuchodonosor rex fecit statuā aureā, altitudinem cubitorū sexaginta, latitudine cubi-

cubitorum sex : & statuit eam in cāpo Dura prouinciæ Babylonis. Itaque Nabuchodónosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus & iudices, duces & tyrannos, & præfectos, omnesque principes regionum: vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodónosor rex. Tūc congregati sunt satrapæ, magistratus & iudices, duces & tyrāni, & optimātes qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionū: vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodónosor rex. Stabant autem in conspectu statuæ, quam posuerat Nabuchodónosor rex: & præco clamabat valēter. Vobis dicitur populis, tribus, & linguis: In hora qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambúcæ, & psalterij, & symphoníæ, & vniuersi generis musicorum: cadentes adorete statuam auream, quam constituit Nabuchodónosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eādē hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hæc igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ & citharæ, sambúcæ & psalterij, & symphoníæ, & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguę adorauerunt statuam auream, quam constituerat Nabuchodónosor rex. Statimq. in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos, dixeruntque Nabuchodónosor regi. Rex in æternum viue. Tu rex posuisti decretum: vt omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambúcæ & psalterij, & symphoníæ, & omnis generis musicorum, prosternat se, & adoret

statuam auream. Si quis autem nõ procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdénago, viri isti contempserunt rex decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti, non adorant. Tunc Nabuchodónosor in furore & ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdénago. Qui confestim adducti sunt in conspectu Regis. Pronuntiansque Nabuchodónosor rex, ait eis. Vere ne Sidrach, Misach, & Abdénago deos meos non colitis, & statuam auream quam constitui, non adoratis? Nunc ergo, si estis parati, quacūque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambúcæ, & psalterij, & symphoníæ, omnisque generis musicorum, prosternite vos, & adorete statuam quam feci. Quod si non adoraueritis, eādē hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdénago, dixerunt Nabuchodónosor regi. Non oportet nos de hac re responderetibi. Ecce enim Deus noster quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, & de manib⁹ tuis, ò rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex: quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodónosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdénago. Et præcepit, vt succederetur fornax septuplū, quā succēdi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu

to suo iussit, vt ligatis pedib⁹ Sidrach, Misach, & Abdénago, mitte-
rent eos in fornacé ignis ardentis.
Et cōfestim viri illi vincti, cū brac-
cis suis, & tiarīs, & calceamentis &
vestibus missi sunt in medium for-
nacis ignis ardentis. Nā iussio Reg-
is vrgebat. Fornax autem succen-
sa erat nimis. Porro viros illos, qui
miserant Sidrach, Misach, & Ab-
dénago, interfecit flamma ignis.
Viri autem hi tres, idest, Sidrach,
Misach, & Abdénago, ceciderunt
in medio camino ignis ardētis, col-
ligati. Et ambulabant in medio flā-
mæ laudantes Deum, & benedicen-
tes Domino. *Hic non dicitur,*
Flectamus genua. sed tantum,
Oramus.

Omnipotēs sempiternæ Deus,
spes vnica mūdi, qui Prophe-
tarum tuorum præconio, præsen-
tiam temporum declarasti myste-
ria: auge populi tui vota placatus:
quia in nullo fidelium, nisi ex tua
inpiratione, proueniunt quarum-
libet incrementa virtutum. Per
Dominum nostrum Iesum.

His expletis, si ecclesia habuerit
fontem baptismalem, Sacerdos be-
nedicturus fontem, accipit pluuiam
violaceam, & præcedente Cruce
um candelabris, & Cereo benedi-
cto accenso, descendit cum clero
& ministris paratis ad fontem: &
interim cantatur sequens Tractus.
icut ceruus desiderat ad fontes

aquarum: ita desiderat anima mea
ad te, Deus. *Ps.* Sitiuit anima mea
ad Deum viuum: quando veniam,
& apparebo ante faciem Dei?
Ps. Fuérunt mihi lacrymæ meæ pa-
nes die ac nocte, dum dicitur mihi
per singulos dies: vbi est De⁹ tuus?
Deinde Sacerdos antequam intret
ad benedictionem fontis, dicit hanc
Orationem iuxta fontem. Ps. Do-
minus vobiscum. *R.* Et cum spiri-
tu tuo. *Oremus.*

Omnipotēs sempiternæ Deus,
respice propitius ad deuotio-
nem populi renascentis, qui sicut
ceruus, aquarum tuarum expetit
fontem: & cōcede propitius: vt fi-
dei ipsius sitis, baptismatis myste-
rio animam corpusque sanctificet.
Per Dominum. *R.* Amen.

Postea procedit ad benedictionem
fontis, dicens Ps. Dominus vobis-
cum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Omnipotēs sempiternæ Deus,
adesse magne pietatis tuę my-
sterijs, adesse sacramentis: & ad re-
creandos nouos populos, quos tibi
fons baptismatis parturit, spiri-
tum adoptionis emitte: vt quod
nostræ humilitatis gerendum est
ministerium, virtutis tuæ impleatur
effectu. Per Dominum nostrum Ie-
sum Christum filium tuum. Qui
tecum viuunt & regnat.

Elevans vocem in modum Prafa-
tionis prosequitur.

Er^o omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen. *Ps.* Dominus
vobis-



vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *V.* Surfum cor da. *R.* Ha-




be mus ad Dominum. *V.* Grati as a gamus Domino Deo no-



stro. *R.* Dignum & iustum est. *V.* ere dignum & iustum est, æquum



& salutare, nos tibi semper & vbique grati as agere, Domine fan-




cte, pater omnipotens, æterne Deus. Qui inui sibi li potentia,




sacramentorum tuorum mirabiliter opera ris effectum. Et licet nos




tantis mysteri js exequendis simus indigni: tu tamen gratia tua do-



na nō deferens, etiam ad nostras preces, aures tuę pietatis incli-



nas. Deus, cuius spiritus super aquas, inter ipsa mundi pri-



mor dia se rebatur: ut iam tunc virtutem sancti fidei, a-




quarū natura conciperet. Deus, qui nocentis mundi crimina per



aquas abluens, regenerationis specie in ipsa diluuij effusio-



ne signasti: ut vnus eiusdemq. elementi mysterio, & finis esset



vi tuis, & origo virtutibus. Respice Domine in faciem Ecclesie
tuę,



tu a, & multiplica in ea regenera tiones tuas, qui gratiæ tuæ af-



fluentis impetu lætifi cas ciuitatem tuam: fontemque baptif-




matis aperis toto orbe terrarū gentibus innouādis: vt tuæ maie-



statis imperiō, sumat Vni geniti tu i gratiā de Spiritu sancto.


*Hic Sacerdos manu extensa
diuidit aquam in modum
crucis, & eam statim linteo
extergit, dicens.*




Qui hanc aquam regenerandis ho-




minibus præparatam, arcana sui numinis admixtione fecūdet:




vt sanctificatiōne concepta, ab immaculato diuini fontis ytero,
in



in nouam re na ta cre a turam, progenies cælestis emerget. Et




quos aut fexus in cor po re, a ut æ tas discernit in tempore, om-



nes in vnam pa ri at gra tia mater infantiam. Procul er go hinc,




iubente te Domine, omnis spi ri tus immundus abscedat: procul



to ta ne qui tia di a boli cæ fraudis ab si stat. Nihil hic loci ha-



beat con tra ri æ virtutis admixtio: non in fi dian do circumuo-



let: non la tendo sub répat: non in fi ci endo corrumpat.

Aquam manu
tangit.

Sit hæc sancta & innocens crea-
tura, libera ab

omni impugnatoris incurfu, & totius nequitiæ purgata discessu.

Sit fons viuus, a qua regerans, vnda purificans: vt omnes hoc

laudacro saluti ferodi luendi, operante in eis Spiritu sancto,

per se & purgationis indulgentiam consequantur.


Facit tres cru-
ces supra fon-
tem, dicens.

Vnde benedico te creatura aquæ, per Deum ✠

viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum: per Deum
qui




quite in principio, verbo separavit ab arida: cuius spiri-




*Hic manu aquam diu-
dit, & effudit eam
versus quatuor mundi
partes, dicens.*


tus super te ferebatur.




Qui te de paradisi fonte manare fecit, & in quatuor fluminibus




totam terram rigare precepit. Qui te in deserto amaram, sua uita te



inditavit esse potabile, & sitienti populo de petra produxit.




Benedico te & per Iesum Christum filium eius uenientem, Domi-



num nostrum: qui te in Cana Galilee signo admirabili, sua potentia



ti a conuertit in vinum. Qui pedibus super te ambulauit: & a Ioan-



ne in Iordane in te baptizatus est. Qui te vnâ cum sanguine de latere



suo produxit: & discipulis suis iussit, vt credentes baptizarentur



in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine



Mutat vocem, & profertur in tono Lectio-
nis.

Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

HÆc nobis præcepta seruanti-
bus, tu Deus omnipotens, cle-
mens adesto: tu benignus ad spira-
malat ter in aquâ in modum crucis,
dicens, Tu has simplices aquas tuo
ore benedicto: vt præter naturalē

emundationē, quam lauandis pos-
sunt adhibere corporibus, sint etiã
purificandis mentibus efficaces.

Hic Sacerdos paululum demittit
Cereum in aquam: & resumens to-
num Præfationis, dicit.




Descendat in hanc plenitudinem fontis, vir tus Spiritus sancti.

Deinde

Deinde extractum Cereum de aqua iterum profundius mergit, aliquanto altius repetens. Descendat in hanc. Postea Cereum rursus de aqua extractum, tertio in-

mergens vsque ad fundum, altiori adhuc voce repetit. Descendat vt supra. Et deinde sufflans ter in aquam, secundum hanc figuram, prosequitur.



Totamq. huius aquæ substantiam, regenerandi fecundet effectu.
Hic tollitur Cereus de aqua, & prosequitur.



Hic omnium peccatorum maculæ deleantur: hic natura



ad imaginem tuam condita, & ad honorem sui reformata



principij, cunctis virtutibus squalloribus emundetur: vt omnis homo sacramentum hoc regenerationis in-



gressus, in veram innocentiam & novam infantiam reformatur.



gressus, in veram innocentiam & novam infantiam reformatur.

Sequentia dicit legendo.

Per Dominū nostrum Iesum Christum filium tuum: qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sēculum per ignem. **R. Amen.**

Deinde per assistentes Sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populum. Et interim vnus ex ministris Ecclesie accipit in vase aliquo de eadem aqua, ad aspergendum in domibus, & alijs locis. His peractis, Sacerdos q̄ benedicit fontem, infundit de oleo Catechumenorum in aquam in modū crucis, intelligibili voce dicens, **S**anctificetur, & fecundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitam æternam. **R. Amen.**

Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicens.

Infusio Chrismatis Domini nostri Iesu Christi, & Spiritus sancti paracleti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. **R. Amen.**


Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti & Chrismatis, & de vtroq; simul in modum crucis infundendo, dicit.

Commixtio Chrismatis sanctificationis, & olei vñctionis, & aquæ baptismatis, pariter fiat, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. **R. Amen.**


Tunc miscet ipsum oleum cum aqua, & spargit manu sua per omnem fontem. Si aderunt baptizandi, eos baptizat more cōstituto. Deinde reuertētib; Sacerdote & ministris ad Altare, cantatur Litanias a duobus clericis, & Chorus idem simul repetit, vt dicitur infra.

Vbi vero nō est fons Baptismalis, finita vltima Prophetia cum sua Oratione, Celebrās casulam deponit, & cū ministris ante Altare pro-


cumbit: & alijs oibus genuflexis, cantatur Litanias in medio Chori a duobus clericis, vtroque Choro idem simul respōdente. Cum autē peruentū fuerit ad **V. Peccatores, te rogamus:** Sacerdos & ministri surgunt, & accedentes ad Sacrificiū, induuntur paramētis albi coloris pro Missa solemnitè celebranda: & interim accenduntur luminaria in Altari. In fine Litaniarum cantantur solemnitè, **Kyrie eleison:** & repetūtur, vt in Missa motis est.




Kyrie eleison. Christe ele-




ison. **Kyrie eleison. C**hriste




audi nos. **C**hriste exaudi nos.



Pater de calis Deus, miserere



nobis. **F**ili redemptor mundi
Deus,

Deus, misere re nobis. **S** pi ri tus


sancte Deus, mi se re re nobis.



Sancta Tri ni tas vn us Deus,


mi se re re no bis. **S**ancta

Ma ri a, o ra pro nobis.

Sancta Dei genitrix, ora.**S**ancta virgo Virginum, ora.**S**ancte Michael, ora.**S**ancte Gabriel, ora.**S**ancte Raphael, ora.**O**mnes sancti Angeli & Archangeli, orate pro nobis.**O**mnes sancti beatorum spirituum ordines, orate pro nobis.**S**ancte Ioannes Baptista, ora.**O**mnes sancti Patriarcharum & Prophetarum, orate.**S**ancte Petre, ora.**S**ancte Paule, ora.**S**ancte Andrea, ora.**S**ancte Ioannes, ora.**O**mnes sancti Apostoli & Euangelistarum, orate pro nobis.**O**mnes sancti discipuli Domini, orate.**S**ancte Stephane, ora.**S**ancte Laurenti, ora.**S**ancte Vincenti, ora.**O**mnes sancti Martyres, orate.**S**ancte Siluester, ora.**S**ancte Gregori, ora.**S**ancte Augustine, ora.**O**mnes sancti Pontifices & Confessores, orate.**O**mnes sancti Doctores, orate.**S**ancte Antoni, ora.**S**ancte Benedicte, ora.**S**ancte Dominice, ora.**S**ancte Francisce, ora.**O**mnes sancti Sacerdotes & Leuitarum, orate.**O**mnes sancti Monachi & Eremitarum, orate pro nobis.**S**ancta Maria Magdalena, ora.**S**ancta Agnes, ora.**S**ancta Cæcilia, ora.**S**ancta Agatha, ora.**S**ancta Anastasia, ora.**O**mnes sanctarum virgines & viduarum, orate pro nobis.**O**mnes Sancti & Sanctarum Dei, Intercedite pro nobis.**P**ropitius esto, parce nobis Domine.**P**ropitius esto, exaudi nos Domine.**A**b omni malo, libera nos Domine.**A**b omni peccato, libera.**A**morte perpetua, libera.**P**er mysterium sanctarum incarnationis

nis tuæ, libera.
 P er aduentum tuum, libera.
 P er natiuitatem tuam, libera.
 P er baptismum & sanctum ieiunium tuum, libera.
 P er crucem, & passionem tuam, libera nos Domine.
 P er mortem & sepulturam tuam, libera nos Domine.
 P er sancta resurrectionem tuam, libera nos Domine.
 P er admirabilem ascensionem tuam, libera.
 P er aduentum Spiritus sancti paracleti, libera.
 I ndie iudicij, libera.

V t fructus terræ dare & conseruare digneris, te rogamus.
 V t omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus.
 V t nos exaudire digneris, te rog.



Peccatores, te rogamus audi nos.



Vt nobis parcas, te rog. audi nos.

Vt Ecclesiam tuam sanctam regere & conseruare digneris, te rog.

Vt Domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris, te rogamus.

Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus.


Vt Regibus & principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rog.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris, te rogamus.

Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.




Agnus Dei, qui tollis peccata



mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.



Christe audi nos.



Christe exaudi nos.

Hic cantores solemniter incipiunt.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. & ter singula repetuntur. Interim Sacerdos cum ministris in paramentis albis accedit ad Altare, & dicto Psalmo, Iudicame Deus, cum Gloria Patri, facit Confessionem, & moris est, in loco consueto: deinde ascendens, oscu-

osculatur Altare, incensat more solito, & finitis à Choro, Kyrie eleis. incipit soléniter, Gloria in excelsis. & pulsantur campanæ. Postea sacerdos dicit: Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Oratio.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dñicæ resurrectionis illustras: conserua in noua familiæ tuæ progenie adoptionis spiritum, quem dedisti: vt corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per eundem Dominum nostrum. in vnitatem eiusdem Spiritus sancti.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Colossenses.

Fratres. Si consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite: non quæ super terram. Mortui enim estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

Finis Epistolæ Celebrans incipit.



Alle lu ia.

Et totum decantat ter, eleuando vocem gradatim: & Chorus post quælibet vicem, in eodẽ tono repetit illud idẽ. Postea Chorus prosequit.

V. Confitemini Domino, quoniã bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Deinde dicitur Tractus.

Laudate Dominum omnes gètes:

& collaudate eum omnes populi. **V.** Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed tantum incensum: petitur benedictio, & alia sunt de more.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Vespere autem sabbati, quæ ^{Matt.} ^{28.} lucet in primâ sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce tremotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius, sicut fulgur: & vestimentum eius, sicut nix. Præ timore autem eius, exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim, quod Iesum, qui crucifixus est, queritis. Non est hic. Surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius, quia surrexit. Et ecce, præcedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis.

Non dicitur, Credo. sed finito Euangelio Sacerdos dicit: Dominus vobiscum. Postea, Oremus. Non dicitur Offertorium. Ad Lauabo, dicitur, Gloria Patri. **Secreta.**

Suscipe, quæsumus Domine, preces populi tui, cum oblationibus hostiarum: vt Paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelam, te operante proficiant. Per Dominum.

Præfatio. Te quidem Domine omni tempore, sed in hac potissimum nocte, vt iusta. 217.


Infractionem.

Communicates, & noctem sacratissimam celebrantes Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem, sed & memoriam venerantes, in primis gloriosa semper virginis Mariae, genitricis eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi, &c.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrae, sed & cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quae sumus Domine, ut placatus accipias, &c. *Dicitur,* Pax Domini sit semper vobiscum. *Sed pacis osculum non datur, Agnus Dei, non dicitur, nec Postcommun.*

dicuntur tamen tres consuetae Orationes ante Communionem. Post sumptionem Sacramenti, pro Vesperis in Choro cantatur Antiphona, Alleluia, alleluia, alleluia. &

Psalms. Laudate Dominum omnes gentes. cum Gloria Patri. in fine, & post repetitur eadem Antiphona. Capitulum, Hymnus, & versus non datur, sed statim celebrans in cantu incipit Añam ad Magnificat.



Ve spe re autem sab bati,


Et prosequitur Chorus, quae luce-
scit in prima sabbati: venit Maria
Magdalene, & altera Maria videre
sepulchrum, alleluia.

*Deinde cantatur, Magnificat, cum
Gloria Patri, in fine, & fit incensario, ut alias in Vesperis.*

*Reperita Antiph. Celebrans dicit,
Dominus vobiscum. R. Et cum spi-
ritu tuo. O remus.*

Spiritum nobis Domine, tuae charitatis infunde: ut quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Dominum nostrum. in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus.

Deinde dicit, Dominus vobiscum. Et Diaconus vertens se ad populum, cantat.



I te missa est, Alle lu ia,



al le lu ia.

*R. Deo gratias, alleluia, alleluia.
Et Sacerdos dicit, Placeat tibi
sancta Trinitas. dat benedictionem more solito.*

ORDO MISSÆ.

Sacerdos paratus cum ingreditur ad Altare facta illi debita reuerentia signat se signo Crucis à fronte ad pedus, & clara voce dicit.



IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde iunctis manibus ante pedus, incipit

Antiphonam. Introibo ad altare Dei, *Ministri* &c. Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Postea alternatim cum ministris dicit sequentem Psalmum.

Vidua me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Repetit Antiphonam. Introibo ad altare Dei. &c. Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Signat se dicens. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

Qui fecit cælum & terram.

Deinde iunctis manibus, profunde inclinatus facit Confessionem.

In Missis Defunctorum, & in Missis de tempore à Dominica Passionis usque ad Sabbatum sanctum exclusiue, omittitur Psal. **V**idua me Deus: cum Gloria Patri, & repetitione Antiphonæ: sed dicto, **I**n nomine Patris. **I**ntroibo. & **A**diutorium, sicut Confessio, ut sequitur.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus sanctis, & vobis fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere. *Ministri* **M**ei peccasti, dicens: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum. *Ministri* &c.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. *Sacerdos dicit, Amen.*

Eterigit se. Deinde ministris repetunt Confessionem: & vbi dicitur *Sacerdote dicebatur, vobis fratres, & vos fratres, à ministris dicitur, tibi pater, & te pater.*

Postea *Sacerdos* iunctis manibus facit absolutionem dicens.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. *Amen.*

Signat se signo Crucis, dicens.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. *R.* Amen. *Et inclinatus prosequitur.*

V. De^o tu cōuersus uiuificabis nos.

R. Et plebs tua lætabitur in te.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. *R.* Et salutare tuum da nobis. *V.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *V.* Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Et extendens ac iungens manus, clara voce dicit, O remus, & ascendens ad Altare, dicit secreto.

Aufer à nobis, quæsumus Domine, iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorum, puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde manibus iunctis super Altare, inclinatus dicit.

Oramus te Domine, per merita Sanctorum tuorum, *Osculatur Altare in medio,* quorum reliquæ hic sunt, & omnium Sanctorum: vt indulgere digneris omnia peccata mea, Amen.

In Missa solenni, Celebrans antequam legat Introitum, benedicit incensum dicens. A billo bene dicaris, in cuius honore cremaberis, Amen.


Et accepto thuribulo à Diacono, incensat Altare, nihil dicens.

Postea Diaconus recepto thuribulo à Celebrate, incenset illum tantum. Deinde Celebrans signans se signo Crucis incipit Introitum, quo finito, iunctis manibus alternatim cum ministris dicit.

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. **C**hriste eleison. Christe eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. *Postea in medio Altaris extendens & iungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, si dicendum est, Gloria in excelsis Deo. & prosequitur iunctis manibus. Cum dicit, Adoramus te. Gratias agimus tibi, & Iesu Christe, & Suscipe deprecationem, inclinatur caput: & in fine dicens, Cum sancto Spiritu, signat se à fronte ad pectus.*


In Duplicibus, & solemnibus diebus.




Gloria in excelsis Deo. *In Missis beatæ Mariæ.*



Gloria in excelsis Deo. *In Dominicis, festis Semiduplicibus, & infra Octauas, quæ non sunt Beatæ Mariæ.*



Gloria in excelsis Deo. *In festis Simplicibus.*



Gloria in excelsis Deo. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

luntatis. **B**enedicimus te, **A**doramus te, **G**lorificamus te. **G**ratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. **D**omine Deus rex cælestis, Deus pater omnipotens. **D**omine fili unigenite Iesu Christe. **D**omine Deus agnus Dei, filius Patris. **Q**ui tollis peccata mundi, miserere nobis. **Q**ui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. **Q**ui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. **Q**uonia tu solus sanctus, **T**u solus Dominus, **I**u solus altissimus, Iesu Christe. **C**um sancto Spiritu, in gloria Dei Patris, Amen.

Sic dicitur, Gloria in excelsis. etiam in Missis beatæ Mariæ, quando dicenda est. Deinde osculatur altare in medio, & versus ad populum dicit. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. postea dicit. Oremus. & Orationes, vnam aut plures, vt ordo Officij postulat: sequitur Epistola, Graduale, Tractus, vel Alleluia, cum Versu, aut Sequentia, vt tempus postulat. His finitis, si est Missa solemnis, Diaconus deponit librum Euangeliorum super medium Altaris, & Celebrans benedicit incensam, vt supra: deinde Diaconus genuflexus ante Altare, manibus iunctis dicit.

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaia prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, vt sanctum Euangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea accipit librum de Altari, & rursus genuflexus petit benedictionem a Sacerdote, dicens: **I**ube domne benedicere.

Sacerdos responder

Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis: vt digne & competenter annunties Euangelium suum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Et accepta benedictione, osculatur manum Celebrantis: & cum alijs ministris, incenso & luminaribus, accedens ad locum Euangelij, itas iunctis manib⁹, dicit. **D**ominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Et pronuntians, S**equentia sancti Euangelij secundum **N.** siue **I**nitium. pollice dextræ manus signat librum in principio Euangelij, quod est lectur⁹, deinde, seipsū in fronte, ore, & pectore, & dū ministri respondent, **G**loria tibi Domine, incensat ter librum, postea profequitur Euangelium iunctis manib⁹. Quo finito, Subdiaconus defert librum Sacerdoti, qui osculatur Euangelium, dicens: **P**ereuangelica dicta deleant nostra delicta. Deinde Sacerdos incensatur a Diacono. Si vero Sacerdos sine Diacono & Subdiacono celebrat, delatolibro ad aliud cornu Altaris, inclinatus in medio, iunctis manibus dicit: **M**unda cor meum. vt supra. & **I**ube Domine benedicere: Dominus sit in corde meo, & in labijs meis: vt digne & competenter annuntie Euangelium suum, Amē. Deinde conuersus ad librum, iunctis manibus dicit. **D**ominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. & pronuntians, **I**nitium, siue **S**equentia sancti Euangelij, & c. signat librum & se in fronte, ore, & pectore, & legit Euangelium, vt dictum est. Quo finito, respondet minister, **L**austibi Christe. & Sacerdos osculatur Euangelium, dicens:

Per

Per euangelica dicta, vt supra.
In Missis Defunctorum dicitur, **M**unda cor meū, sed non petitur benedictio, non deferuntur luminaria; nec Celebrans osculatur librū. Deinde ad medium Altaris extendens, eleuans, & iungens manus, dicit, si dicendum est, **C**redo in vnū Deū, & prosequitur iunctis manibus. Cū dicit, **D**eum, caput Crucis inclinat: quod similiter facit cum dicit, **I**esum Christum, & simul adoratur. Ad illa autē verba, **E**t incarnatus est, genuflectit vsque dum dicatur, **E**t homo factus est. In fine ad, **E**t vitam venturi sæculi, signat signo Crucis a fronte ad pectus.



Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem celi, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. **E**t in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum. **E**t ex Patre natū ante omnia secula. **D**eum de Deo, lumē de lumine, Deū verum de Deo vero. **G**enitum, non factum, consubstantialē Patri: per quem omnia facta sunt. **Q**ui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. **E**t incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine: **E**t homo factus est. **C**rucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, & sepultus est. **E**t resurrexit tertia die, secūdum scripturas. **E**t ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. **E**t iterum venturus est cum gloria, iudicare viuos & mortuos: cuius regni nō erit finis.

Hic genuflectitur.

Et in Spiritū sanctū; Dominū & viuificantem: qui ex Patre Filioque procedit. **Q**ui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. **E**t vnā sanctā catholicā & apostolicā Ecclesiam. **C**onfiteor vnum baptisma in remissionē peccatorum. **E**t expecto resurrectionem mortuorum. **E**t vitam venturi sæculi, Amen.

Deinde osculatur Altare, & versus ad populum, dicit **V**. Dominus vobiscum. **R**. Et cum spiritu tuo. **P**ostea dicit, **O**remus. & Offertoriū: **Q**uo dicto, si est Missa solemnis, Diaconus porrigit Celebranti patenam cum Hostia: si priuata, Sacerdos ipse accipit patenam cum Hostia, quam offerens dicit.

Suscipe sancte Pater, omnipotēs æternæ Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo & vero, pro innumerabilibus peccatis & offensionibus, & negligentijs meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis viuis atq. defunctis: vt mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Deinde taciens crucem cum eadem patena, deponit Hostiā super corporale. **D**iaconus ministrat vinum, Subdiaconus aquam in Calice: vel si priuata est Missa, vtrumque infundit Sacerdos, & aquam miscendam in Calice, benedicit & dicens.

Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti & mirabilius reformati: da nobis per huius aquæ & vini mysterium, eius diuinitatis esse cōsortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus

tus est particeps, Iesus Christus filius tuus Dominus noster: Qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum, Amen.

In Missis pro defunctis dicitur prædicta Oratio, sed aqua non benedicitur. Postea accipit Calicem: & offert. dicens.

Offerimus tibi Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementia: ut in conspectu diuinæ maiestatis tuæ, pro nostra & totius mundi salute cum odore suauitatis ascendat. Amen.

Deinde facit signum crucis cū Calice, & illud ponit super corporale, & palla cooperit: tum iunctis manibus super altare, aliquantulum inclinatus dicit.

In spiritu humilitatis, & in animo cōtrito suscipiamur à te Domine: & sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum porrectas iungens, eleuatis ad cælum oculis, & statim demissis, dicit.

Veni sanctificator omnipotēs æterne Deus: **Benedic** oblatam, prosequendo & bene **†** dichoc sacrificium tuo sancto nomini præparatum.

Postea, si solemniter celebrat, benedicit incensum dicens.

Per intercessionē beati Michaelis Archangeli stantis à dextris altaris incensū, & omnium electorū suorum, incensum istud dignetur Dominus bene **†** dicere, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et accepto thuribulo à Diacono, incensat oblata, modo in tubricis

generalibus præscripto, dicens.

Incensum istud à te benedictum, ascendant ad te Domine, & descēdat super nos misericordia tua.

Deinde incensat altare, dicens.

Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone Domine, custodiam ori meo, & ostiū circumstantiæ labijs meis: ut nō declinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. **Dum reddit thuribulum diacono dicit.**

Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, & flammā æternæ charitatis. Amen.

Postea incensatur Sacerdos à Diacono, deinde alij per ordinem. Interim Sacerdos lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocētes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine.

Ut audiam vocem laudis: & enarrem vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorē domus tuę: & locum habitationis gloriæ tuę.

Ne perdas cum impijs animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est meribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te Domine.

Gloria Patri, & Filio, & Spūi sãcto. Sicut erat in principio, & nunc, & sēper: & in sæcula sæculorū, Amen.

In Missis pro Defunctis, & tempore Passionis in Missis de Tempore omittitur, Gloria Patri. Deinde aliquan-

quantum inclinatus in medio Altaris, iunctis manibus super eo dicit.

Suscipe sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, & ascensionis Iesu Christi Domini nostri: & in honore beatę Marię semper virginis, & beati Ioannis Baptistę, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & istorum, & omnium Sanctorum: vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis quorum memoriam agimus in terris. Pereumdem Christũ Dñm nostrum. Amē. *Postea osculatur Altare, & versus ad populum extendens & iungens manus, voce paululũ eleuata dicit.*

Orate fratres: vt meũ acvestiũ sacrificium acceptabile fiat apud Deũ patrem omnipotentem. *Minister, seu circumstantes respondent: alioquin ipsemet Sacerdos.*


Suscipiat Dominus sacrificiũ de manibus tuis (*vel, meis*) ad laudem & gloriam nominis sui, ad vtilitatem quoque nostrã, totiusque Ecclesię suę sanctę. *Sacerdos submissa voce dicit. Amen.*

Deinde manibus extensis absolute sine O remus, subiungit Orationes secretas. Quibus finitis, cum peruenit ad conclusionem, clara voce dicit: Per omnia sæcula sæculorũ. cum Præfatione, vt in sequentibus. Præfatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super Altare: quas aliquantulum eleuat, cum dicit, Sursum corda. Iungit eas ante pectus, & caput inclinat, cum dicit. Gratias agamus Domino Deo nostro. Deinde disiungit manus & disiunctas tenet vsque ad finẽ Præfationis: qua finita iterum iungit eas & inclinatus dicit, Sanctus. Et cum dicit, Benedictus qui venit. signum Crucis sibi producit à fronte ad pectus.

sequens Præfatio cum suo cantu dicitur à Natiuitate Domini, vsque ad Epiphaniã (præterquã in die Octaua sancti Ioannis Apostoli) & in Purificatione Beatę Marię: & in festo Corporis Christi, & per Octauam, nisi in ea occurrat festum, quod propriam Præfationem habeat: & in Transfiguratione Domini.

Per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen. *V.* Dominus vobiscũ.

R. Et cũ spiritu tuo. *V.* Sursum corda. *R.* Habemus ad Dominum.




mi num. *v.* Gratias a ga mus Do mi no De o no stro. *v.* Di-



gnum & iu stum est. *v.* ere dignum & iustum est, æquum & fa-



lu ta re, nos ti bi sē per, & vbi que gra ti as a gere: Do mi ne fa-



æ, pa ter om ni po tens, æ ter ne De us. *Q*uia per in car na ti Ver bi



my ste rium, no ua men tis nos træ o culis lux tu æ cla ri ta tis in-



ful sit: vt dū vi si bi li ter De um co gno sci mus, per hunc in in ui si-



bi li um a morem ra pi a mur. Et i de o cū An gelis & Ar-



chan ge, lis, cum Thronis & Domi na ti o nibus, cumque



omni mi li ti a cæ le stis e xer citus, hymnum gloria tu æ



ca ni mus, si ne fi ne di centes.

Infra actionem.

Communicantes, & diem sa-
cratissimum celebrantes, quo
beata Mariæ intemerata virgini-
tas, huic mûdo edidit Salvatorem.
Sed & memoriam venerantes, in
primis eiusdem gloriosæ semper
virginis Mariæ, genitricis eiusdem

Dei & Domini nostri Iesu Christi:
Sed & beatorû Apostolorum, &c.
*In prima vero Missa dicitur, noctem sa-
cratissimâ celebrâtes, qua deinceps
semper dicitur, diem sacratissimû,
quo usque ad Octavam Natiuita-
tis Domini inclusive, & non
ultra.*


Sequens Prefatio cum suo cantu incipit in Epiphania Domini,
& per Octavam.




P E rom ni a sæ cula sæ cu lo rum. *Ps.* Amen. *V.* Dominus



vo bi scum. *Ps.* Et cû spi ri tu tu o. *V.* Sur sum cor da. *Ps.* Ha be-
mus




mus ad Domi nū. *V.* Gra tias a ga mus Do mi no De o no stro.



R. Dignum & ius tum est. *V.* e re dignum & ius tum est, æ quum &




fa lu ta re, nos ti bi sem per, & ubi que gra ti as a ge re: Do mi-




ne san cte, pa ter om ni potēs, æ ter ne De us. *Q*uia cum *V* ni geni-




tus tuus in sub stan ti a nos træ mor tali tatis ap pa ru it, noua nos



im mor ta li ta tis su æ lu ce re pa ra uit. Et i de o cum An gelis



& Ar chan ge lis, cum Thronis & Do mi na ti o ni bus, cum que



omni mi li ti a caelestis e xer citus, hymnum gloriae tu æ



ca ni mus, si ne si ne di cen tes.

Infrascriptio.

Communicantes, & diem sa-
cratissimum celebrantes, quo
Unigenitus tuus in tua tecum glo-
ria coæternus, in veritate carnis no-
stre visibiliter corporalis apparuit.


Sed & memoriam venerantes, in-
primis gloriosæ semper virginis
Mariæ, genitricis eiusdem Dei &
Domini nostri Iesu Christi: Sed &
beatorum Apostolorum, &c.

Et dicitur per totam Octavam.


*Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Dominicis Quadragesimali,
& in festis Duplicibus & Semiduplicibus in ea occurrentibus, usq;
ad Dominicam Passionis nisi in festis propria assignetur.*




Per omnia facu la se cu lo rum. *Ps.* Amen. *V.* Dñs vobiscum.



P. Et cum spiri tu tu o. *V.* Surfum corda. *R.* Ha be mus ad Do-




minum. *V.* Gra ti as a ga mus Domino De o nostro. *R.* Di-
gnum




gnum & iustum est. **V**ere dignum & iustum est, æquum & fa-



lu ta re, nos tibi sēper, & vbi que grati as a gere: Domine fan-



ctē, pater omnipotens, æ ter ne De us. **Q**ui corporali ie iu ni o




vi ti a comprimis, mentem ele uas, virtutem lar gi ris & præmi a:



per Christum Dōminū nostrū. Per quem maiestatē tuam laudant




An ge li, adorant Do mi na ti o nes, tremunt Po te sta tes.




Caeli, calorūque vir tu tes, ac be a ta Se raphim, so ci æ

O 3 exul-




exulta ti o ne concelebrant. Cum quibus & noſtras voces, vt




admitti iubeas depre camur, ſup plici confef ſi o ne dicentes.


Sequens Praefatio cum ſuo cantu dicitur in Dominica Paſſionis, in Dominica Palmarum, in Feria quinta in Cena Domini, & in feſtis Duplicibus & Semiduplicibus eo tempore occurrentibus, (niſi in feſtis propria aſſignetur,) & in ſolemnitatibus S. Crucis.



Per omnia ſæcu la ſæ cu lo rum. **R.** Amen. **V.** Dñs vobiscum.




R. Et cum ſpiri tu tu o. **V.** Surſum corda. **R.** Ha be mus ad Do-




minum. **V.** Gra tias a ga mus Domino De o noſtro. **R.** Di-




gnum & iu ſtū eſt. **V.** ere dignū & iu ſtū eſt, æquū & ſalu ra re, nos




nos tibi sēper, & vbiq̄e grati as a gere: Domine sancte, pater om-




nipotens, æ ter ne Deus. Qui salutem humani gene ris in ligno




crucis constitu i sti: vt vnde mors ori e batur, inde vi ta re sur-




geret: & qui in ligno vin ce bat, in ligno quoque vin ce re tur: per




Christū Dominū no strū. Per quē maietatē tuā laudant Angeli,



adorant Domina ti o nes, tremunt Pote sta tes. Cæli, cælorumq̄.



virtutes, ac be a ta Seraphim, fo ci a exultati o ne concelebrāt.




Cum quibus & nostras voces, vt ad mit ti iu beas de pre ca mur,



sup plici con fel si o ne di centes.


Sequitur Prefatio cum suo cantu dicitur à Vigilia Pasche vsque ad Oda. seu Dominicis vsque ad Ascensionem: & in festis Duplicibus & Semiduplicibus eo tempore occurrentibus, nisi in eis propria assignentur. In Missa Sabbati sancti dicitur, in hac potissimum nocte, in die Pasche vsque ad Sabbatum in Albis inclusiue, in hac potissimum die, & abinceps in hoc potissimum gloriosius.



Per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen. *V.* Dñs vobiscū.



R. Etcū spi ri tu tu o. *V.* Surfum corda. *R.* Habemus ad Dominum.



V. Grati as a ga mus Domino De o nostro. *R.* Dignū & iustū est.



Ve re di gnum & iu stum est, æquum & sa lu ta re,

e quidē Domine om ni tem pore, sed in hac potissimum die

glori o sius præ di ca re, cū Pascha nostrū immola tus est Chri-

stus. Ipse enim verus est agnus, qui ab stulit pec ca ta mūdi. Qui

mortē nostram moriendo de stru xit, & vi tam resurgendo re-

pa ra uit. Et i de o cum Angelis & Ar changelis, cum Thro-

nis & Domi nati o nibus, cū que om ni mili ti a cæ le stis e-

xer citus, hymnū glo ri æ tu æ ca nimus, si ne si ne di centes.

Intra ascensionem.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes Resurrectionis Dñi nostri Iesu Christi secundum carnem: Sed & memoriã venerãtes, in primis gloriose semper virginis Marię, genitricis eiusdẽ Dei, & Dñi nostri Iesu Christi: Sed & beatorũ Apostolorũ, &c. Sequitur.

Hacigitur oblationẽ seruitutis no-

strę, sed & cunctę familię tuę, quã tibi offerimus p̄ his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu sancto, tribuẽs eis remissionem omnium peccatorũ, **Quęsumus** Domine, vt placatus accipias, &c.

Sicut et a Vigilia Pasche vsque ad Sabbarũ Athanasius sine. Sed in huiusmodi quibusdam, & noẽm sacratissimam celebrantes.

Sequens Præfatio cum suo cano. dicitur in die Ascensionis vsque ad Vigiliam Pentecostes excluso, & in festis tunc occurrentibus, nisi propriam habuerit.

Per omnia sæcula sæculorũ. Amen. Dominus vobiscum.

Et cũ spiritu o. Sursum corda. Habemus ad Do-

minum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Di-

gnũ & iustum est. Vere dignũ & iustum est, equũ & salutare,

nos tibi sēper, & vbi q. gratias agere: Dñe sancte, pater omnipotens,

potēs, æter ne De us: per Chri stū Dominū no strū. Qui post re-

furrexionem su am omnibus discipulis suis manifestus ap paruit,

& ip sis cernentibus est e le uatus in cæ lum, vt nos di-

ui ni ta tis su æ tri bu e ret ef se par ti ci pes.

Et i de o cum Angelis & Archangelis, cum Thronis & Do-

mina ti o nibus, cū que omni mi li ti a cæ lestis e xer citus,

hymnum gloria tu æ ca nimus, si ne fi ne di cen tes.

Infra

Intra actionem.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster, vnigenitus filius tuus, vnitam sibi fragilitatis nostrae substantiam, in gloriae tuae dex-

tera collocavit. Sed & memoriam venerantes, in primis gloriose semper virginis Mariae, genitricis eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi. Sed & beatorum Apostolorum ac Martyrum,

Et dicitur per totam Octavam.


Sequens Praefatio en in hoc cantu dicitur a Vigilia Pentecostae usque ad sequens Sabbatum inclusive.




P Er omnia saecula saeculorum. Amen. Dominus vobiscum.



Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad Do-




minum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Di-



gnum & iustum est. Vere dignum & iustum est, aequum &



salutare, nos tibi semper, & ubique gratias agere: Domine




mine ſanæ, pater omnipotens, æter ne Deus: per Chriſtum Do-




minum noſtrum. Qui aſcendens ſuper omnes cælos, ſedensque ad




dexteram tuam, promiſſum Spiritum ſanctum hodierna die




in filios adoptiōnis effudit. Quapropter profuſis gau-



dijs, totus in orbem terrarum mundus exultat. Sed & ſupernæ



virtutes, atque angelicæ poteſtates hymnū gloriæ tuæ con-



cinunt, ſine ſineſeſ dicentes.

Intra ascensionem.

Communicâtes, & diem sacratissimum Pêtecottes celebrantes, quo Spiritus sâctus Apostolis, innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam, &c.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ,

quam tibi offerimus pro his quosque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, Quæsumus Domine, vt placatus accipias, &c.

Et dicitur: Iste ad sequens Sabatum inclusiue.

Sequens Prælatio cum suis cantu dicitur in festo
Intra Trinitatis.


P Er omnia sæcula seculorum. **R.** Amen. **V.** Dominus vobiscum.

R. Et cum spi ri tu tuo. **V.** Sursum corda. **R.** Ha be mus ad Do mi num. **V.** Gra tias a ga mus Do mi no De o nos tro. **R.** Di gnum


& ius tum est. **V.** ere di gnum & ius tū est, æquū & sa lu ta re, nos

tibi semper, & ubique gra ti as a gere: Dñe san cte, pater om ni potens,


tibi semper, & ubique gra ti as a gere: Dñe san cte, pater om ni potens,




potens, æ ter ne De us. Qui cū v ni ge ni to Fi li o tu o, & Spi-




ri tu fan cto, v n us es De us, v n us es Do mi nus: non in v-




nus sin gu la ri ta te per so nã, sed in vni us Trini ta te sub-




stan ti æ. Quod enim de tu a glo ri a, re ue lan te te cre di-



mus, hoc de Fi li o tu o, hoc de Spi ri tu fan cto, sine differen-




ti a discre ti o nis sen ti mus. Ut in confessi o ne ver æ, semi-



ternæ que De i ta tis, & in per so nis pro pri etas, & in essen-
tia



ti a v ni tas, & in maieſtate a do re tur æ qualitas. Quã lau-




dant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim,



qui non ceſſant cla ma re quo ti di e, vna vo ce di cen tes.


Sequens Præfatio cum ſuo cantu dē in feſtis B. Mariæ. (excepto feſto Purificationis, in quo dicitur de Natiuitate Domini) & per eorū Octa-
 uas, etiam in feſtis infra eas occurrentibus, ſi propria nō habuerint. Di-
 citur autem vel, **Ette in Annūtiatione, vel Viſitatione, vel Aſſūptione,**
 vel **Natiuitate, vel Præſentatione, vel Cōceptione,** ſecundū denomi-
 nationem feſti: & in Dedicatōne S. Marię ad Nives dē, **Et te in feſtiuitate.**



P E r omnia ſæcula ſæculorū. **℞. Amen. ♯. Dominus vobiscum.**




℞. Et cū ſpi ri tu tu o. ♯. Sur ſum cor da. ℞. Habemus ad Domi-



num. ♯. Gra tias a ga mus Domino De o noſtro. ℞. Dignum


&




& iuſtum eſt. **Ve** redignum & iuſtū eſt, æquum & fa lu ta re,



nos ti bi ſemper, & v bi que gra ti as a ge re: Domine ſan-



ctē, pater om ni po tens, æ ter ne De us. **Et** te in * *



* be a tæ Ma ri æ ſemper virginis col lau da re, be ne di-




ce re, & præ di ca re. Quæ & v ni genitum tuum ſancti Spi-ri-




tus obum brati o ne con ce pit: & vir gi ni ta ti ſglo ri a per-



manente, lumen æ ternum mundo ef fu dit, Ie ſum Chri ſtum




Dominum nostrum. Per quæ maiestatem tuam laudant Angeli,




adorant Dominati ones, tremunt Potestates. Cali, cælorumq.



virtutes, ac beata Seraphim, sociæ exultatione con-



celebrant. Cum quibus & nostras voces, ut admitti iubeas




deprecamur, suppliciter confessione dicentes.


Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in festis Apostolorum, & Evangelistarum, (præterquam in die S. Ioannis Apostoli) & per Octavas eorum, & in festis infra eas occurrentibus, nisi in eis propria assignetur.




Per omnia sæcula sæculorum. Amen. Dominus



nus vo biscum. *R.* Et cum spiritu tu o. *V.* Sur sum cor da.




R. Ha be mus ad Do mi num. *V.* Grati as a ga mus Domi no



Deo no stro. *R.* Di gnum & iu stum est. *V.* e re di gnum &



iu stum est, æquum & sa lu ta re, *T.*e Domine suppliciter exo ta-



re, vt gregē tuū, pastor æterne non de seras: sed per bea tos apo-



stolos tuos continua proteçti o ne cu sto di as. Vt ijs dē reçtori-



bus guber ne tur: quos o peris tu i vi ra ios e i dem con tu-



li sti præ ef se pa sto res. Et i de o cum Angelis & Ar-



changelis, cum Thronis, & Domi na ti o nibus, cumque omni



mi li ti a caelestis e xer citus, hymnum glori æ tu æ ca ni-



mus, si ne fi ne di cen tes.


Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in omnibus Dominicis, & festis Duplicibus, & per octavas eorum, & in omnibus Semiduplicibus, ubi propria non habetur.



P Er omnia sæcu la sæ cu lo rum. *R.* Amen. *V.* Dominus vobis-




cū. *R.* Etcū spiritu tu o. *V.* Sursum corda. *R.* Habemus ad Do-
minum.




minum. *♮* Grati as a ga mus Do mi no De o no stro . *✠* Di-




gnū & iustū est. Vere dignū & iustum est, æquum & sa lu ta re,




nos ti bi semper, & ubique gra ti as a gere : Do mine san cte,




pater om ni potēs, æ ter ne De us: per Christū Do mi nū no strū. Per




quē ma iesta tē tu ā laudāt An ge li, a do rant Do mi na ti o nes, tre-



mūt Po te sta tes. Cæ li, cæ lorūq. vir tu tes, ac be a ta Se ra phim, so-




ci a exul ta ti o ne cō ce le brant. Cū qui bus & no stras vo ces, *♮*




admitti iubeas de pre ca mur, sup pli ci confessi o ne dicentes.


Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in diebus ferialibus Qua-
dragesimæ à feria quarta Cinerum vsque ad Sabbatum ante
Dominicam Passionis inclusivæ.




Et omnia sæcu la sæ cu lo rum. ✠. Amen. ✠. Dñs vobiscum.




✠. Et cum spiritu tuo. ✠. Surfum corda. ✠. Habemus ad Dominum.




✠. Gratias a gamus Dòmino Deo nostro. ✠. Dignum & iustū est.



V ere dignū & iustum est, æquum & sa lu ta re, nos ti bi semper,




& vbi que gra tias a gere: Do mi ne san cte, pater omnipotens,
ater-



a ter ne Deus. Qui corpora li ie iuni o vi ti a comprimis, mētem




e le uas, vir tu tem lar gi ris & præ mi a: per Christum Domi-



num nostrum. Per quem ma ie sta tem tuam laudant An geli,



a dorant Domi na ti o nes, tremunt Po te sta tes. Cæli, cælo-



rumque virtutes, ac be a ta Seraphim, foci a exultati o ne con-



celebrant. Cum quibus & nostras voces, vt ad mit ti iu beas de-



pre ca mur, sup pli ci con fel si o ne di centes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in diebus ferialibus à Dominica Passionis vsque ad feriam quintam in Cœna Domini exclusiue: & in Missis votiuus de sancta Cruce.

Per omnia sæcula sæculorū. **℞.** Amen. **℣.** Dominus vobiscum.


℞. Etcū spi ri tu tu o. **℣.** Sursum corda. **℞.** Habemus ad Dominum.

℣. Grati as a ga mus Domino De o nostro. **℞.** Dignū & iustū est.

Vere dignū & iustū est, æquum & sa lu ta re, nosti bi semper,

& v bi que gra ti asa ge re: Domine sancte, pater omnipotēs,


æ ter ne Deus. **Q**ui sa lu tem hu ma ni ge ne ris in li gno Cru-
cis




cis constituisti: ut videremorsori eba tur, inde vi ta resurge-



ret: & qui in ligno vincebar, in ligno quoque vince re tur: per



Christum Dominū nostrū . Per quē maie sta tē tuam laudant An-



geli, adorant Domina ti o nes, tremunt Pote states. Cæli, celo-



rumque virtutes, ac bea ta Seraphim, so ci a exul tati o ne



concelebrāt. Cū quibus & nostras voces, ut ad mit ti iu be as de-




pre ca mur, sup plici con fes si o nedicentes,

Sequens Praefatio cum suo cantu dicitur in diebus ferialibus, & in festis Simplicibus, ab Octava Paschae usque ad Ascensionem.


Per omnia saecula saeculorum. *℞.* Amen. *℣.* Dominus vobiscum. *℞.* Et cum spiritu tuo. *℣.* Sursum corda. *℞.* Habemus ad Dominum. *℣.* Gratias agamus Domino Deo nostro. *℞.* Dignum & iustum est. *℣.* Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, **T**e quidem Domine, omni tempore, sed in hoc potissimum gloriosius prædicare, cum Pascha




Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est agnus




qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destru-



xit, & vitam resurgendo reparavit. Et i de o cū Angelis & Archā-




gelis, cū Thronis & Dominati o nibus, cumq. omni mili tia cæle-




stis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Missis votivis de Sancta Trinitate.




P Et omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen. *V.* Dominus vobiscum.


R. Et




Et cum spi ri tu tu o. *✠* Sursum corda. *✠* Habemus ad Domi-



num. *✠* Gratias a gamus Domi no De o nostro. *✠* Dignum



& iustum est. *✠* Vere dignum & iustum est, æquum & sa lu ta re,




nos tibi semper, & ubique gratias a ge re: Domine san cte, pater



omnipotens, æterne Deus. *✠* Qui cum vni ge nito fi li o tuo, &




Spi ri tu san cto, vnus es Deus, vnus es Dominus: non in vnus



sin gu la ri ta te per sonæ, sed in vnus Tri ni ta te sub stan ti æ.


Quod




Quod enim de tu a glo ri a , reuelante te credimus, hoc de Fi-



li o tu o , hoc de Spiritu san cto , sine differen ti a discreti o-



nis sentimus. Ut in confessi o ne ve ra , sempiterna e que De ita-



tis , & in personis proprietas , & in essenti a v ni tas , & in



ma ie sta te a do re tur æqua litas. Quam laudant Ange-





li atque Archan ge li , Cherubim quo que ac Se ra phim:




qui non cessant clama re quo ti die , vna vo ce dicen tes.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in Missis ro-
tunis de Spiritu sancto.







æ ter ne De us: per Christum Do mi num no strum. Qui



a scen dens su per om nes cæ los, se dens que ad dex te ram




tuum, promissum Spi ri tum san ctum in fi li os a do pti o nis




effudit. Qua propter pro fu sis gau di js, totus in orbè terrarum



munduse xul tat. Sed & su per næ vir tù tes, at que an ge



li cæ po te sta tes, hymnum glo ri æ tu æ concinunt,



si ne fi ne di cen tes.

Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Missis votivis de Beata Maria.




Per omnia sæcula sæculorū. *✠* Amen. *✠* Dominus vobiscum.




✠ Et cum spiritu o. *✠* Surrexerunt coram deo. *✠* Habemus ad




Dominum. *✠* Gratias agimus tibi Domine Deo nostro.




✠ Dignum & iustum est. *✠* Vere dignum & iustum est, æquum & fa-



luta re, nostri semper, & ubique gratias agere: Domine san-




cte, pater omnipotens, æterne Deus. *✠* Et in veritate one
beata




be a tæ Ma ri æ fem per vir gi nis col lauda re, be ne di cere,



& præ di ca re. Quæ & v ni ge nitum tuum san cti Spi ri tus



obum bra ti o ne con ce pit: & vir gi ni ta tis glo ri a permanen-




te, lu men æ ter num mun do effu dit, Ie sum Chri stum Domi-



num noſt rum. Per quem ma ie ſta tem tu am lau dant An geli,




ado rant Do mi na ti o nes, tremunt Po te ſta tes. Cali, cælo-



rumque vir tutes, ac be a ta Seraphim, ſo cia exul ta ti o ne con-



ce le brant. Cum qui bus & nostras vo ces, vt ad mit ti u beas




de pre ca mur, sup pli ci con fel si o ne di cen tes.


Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in Missis
votiuus de Apollolis.




P E r om ni a sæ cu la sæ cu lo rum. *R.* Amen. *ψ.* Domi-




nus vo bi scum. *R.* Et cum spi ri tu tu o. *ψ.* Surfum cor da.



R. Ha be mus ad Do mi num. *ψ.* Gra ti as a ga mus Do mi no




De o nostro. *R.* Di gnum & ius tum est. *ψ.* Ve re di gnum & ius tum



iustum est, æquum & salutare. Te Domine suppliciter exorare,



ut gregem tuum, pastor æterne non deferas: sed per beatos apo-



stolos tuos continua protectio ne custodias. Ut iisdem rectori-




bus gubernetur: quos o peris tui vicarios eisdem contulisti præ-



esse pastores. Et iudeo cum Angelis & Archangelis, cum Thronis



& Dominatibus, cumque omnimilitiæ cælestis exerci-




tus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes.

Sequens Præfatio cum sume cantu dicitur in festis Simplicibus, & diebus ferialibus, ubi propria non habetur, & in omnibus Missis Defunctorum.

P Er omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen. **V.** Dominus
vobiscum. **R.** Et cū spiritu tuo. **V.** Sursum corda. **R.** Habemus
ad Dominum. **V.** Gra tias a gamus Domi no Deo nostro.
R. Dignum & iustum est. **V** ere dignum & iustum est, æquum
& salutare, nos tibi semper, & vbique gra ti as a ge re: Domine
sancte, pater om ni po tens, æterne Deus: per Christum Domi-
num



num nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,



adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælo-



rumque virtutes, ac beata Seraphim, sociata exultatione



concelebrant. Cum quibus & nostras voces, ut admitti iubeas



deprecamur, suppliciter confessione dicentes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth.

Pleni sunt cæli & terra gloria tua,

Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini,

Hosanna in excelsis.

I. N. R. I.



CANON MISSÆ

S A C E R D O S

extendēs & iungens manus, eleuans ad cælum oculos, & statim dimittens, profunde inclinatus ante Altare, manibus super eo positis, dicit.



E igitur, clementissime Pater, per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus,

Osculatur Altare, vti accepta habeas, & benedicas. Iungat manus; deinde signet ter sup oblata. Hęc & dona, hęc & munera, hęc & sancta sacrificia illibata, Extensis manibus prosequitur. in primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa nostro **N.** & Antistite nostro **N.** & omnib⁹ orthodoxis, atque catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

Memento Dñe, famulorū famularumq. tuarū **N.** & **N.** *Iungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde manibus extensis prosequitur.*

Et omnium circūstantium, quorū tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibustibi offerimus: vel quæ tibi offerūt hoc sacrificiū laudis, pro se suisque omnibus: pro redemptione animarū suarū, pro spe salutis & incolumitatis suæ: tibi que reddūt vota sua æterno Deo, viuo & vero.

Infra actionem.

Communicantes, & memoriā venerantes, in primis glo-

riosa semper virginis Mariæ, genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi: **S**ed & beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri & Pauli, Andree, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Thadæi: Lini, Cleti, Clementis, Xyfti, Cornelij, Cypriani, Laurëtij, Chryfogni, Ioannis, & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium sanctorum tuorum: quorū meritis precibusque concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. *Iungit manus.* Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Tenens manus expansas super oblata dicit.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, **Q**uæsumus Domine, vt placatus accipias, diesque nostros in tua pace disponas: atq. ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorū iubeas grege numerari. *Iungit manus.* Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæsumus, *Signat ter super oblata, bene & dictam, adscrip̄tam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: Signat semel super Hostiā, & semel super Calicem:* vt nobis **C**orpus, & **S**anguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi.

Qui pridie, quàm pateretur, *Accipit Hostiam:* accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas *Eleuat oculos ad cælum,* & eleuatis oculis in cælum

ad te Deum patrem suum omnipotentem; tibi gratias agens, **Signat super Hostiam**, bene ✠ dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & māducate ex hoc omnes. Tenēs ambobus manibus Hostiam inter indices & pollices, profert verba consecrationis secreta, distincte, & attente.

Hoc est enim Corpus meum.

Prolatis verbis consecrationis, statim Hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit populo, reponit super Corporale: iterū adorat: & non disiungit pollices & indices: nisi quando Hostia tractanda est, vsque ad abluionem digitorum.

Tunc deteō Calice dicit.

Simili modo postquam cenatum est, **Ambabus manibus accipit Calicem**, accipiens & hunc præclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, **Sinistra tenens Calicem, dextra signat super eum**, bene ✠ dixit, deditque discipulis suis, dicens: **Accipite & bibite ex eo omnes.** Profert verba consecrationis secreta super Calicem, tenens illum parum eleuatum.

Hic est enim Calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Prolatis verbis consecrationis, deponit Calicem super Corporale, & dicens secreta: Hæc quotiescūque feceritis, in mei memoriā facietis. genuflexus adorat: surgit, ostendit populo, deponit, cooperit, & iterū adorat. Deinde disiunctis manibus dicit.

Vnde & memores Domine, nos serui tui, sed & plebs tua sancta, eiusdem Christi filij tui Domini nostri tam beatæ passionis, necnō & ab inferis resurrectionis, sed & in celos gloriose ascensionis: offerimus prælaratæ maiestati tuæ de tuis donis ac datis, **Iungit manus, & signat ter super Hostiam & Calicem simul**, Hostiam ✠ purā, hostiam ✠ sanctā, hostiā ✠ immaculatā, **Signat semel super Hostiam, & semel super Calicem.** Panem ✠ sanctum vitæ æternæ, & Calicem ✠ salutis perpetuæ.

Extensis manibus prosequitur.

Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ: & quod tibi obtulit sūmus sacerdos tuus Melchisedech, sandum sacrificiū, immaculatā hostiā. **Profunde inclinatus iunctis manibus, & super altare positus dicit.**

Supplices te rogamus, omnipotēs Deus: iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ: vt quotquot, **osculatur Altare**, ex hac altaris participatione, sacrosanctum Filij tui, **Iungit manus & signat semel super Hostiam, & semel super Calicem,** Cor ✠ pus, & San ✠ guinem sumpserimus, **Seipsum signat.** omni benedictione cælesti & gratia repleamur.

mur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Commemoratio pro Defunctis.

Memento etiam, Domine famularum famularumque tuarum **N.** & **N.** qui nos preceserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis.

Iungit manus, orat aliquantulum pro ijs defunctis, pro quibus orate intendit, deinde extensis manibus prosequitur: Ipsi Domine, & omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis & pacis, ut indulgeas, deprecamur. *Iungit manus,* Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Manu dextera percutit sibi pectus, elata parum voce dicens.

Nobis quoque peccatoribus famularis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus: cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexan-

dro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, & omnibus sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. *Iungit manus.* Per Christum Dominum nostrum.

Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, Signat ter super Hostiam & Calicem simul, dicens, sancti & sanctas, viui & sanctas, bene & dicis, & præstas nobis. *Discoperit Calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dextera, tenens sinistra Calicem: signat cum Hostia ter à labio ad labium Calicis, dicens:* Per ipsum & sum, & cum ipso & sum, & in ipso & sum, *bis signat inter Calicem & pectus, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus sancti, Eleuans parum calicem cum Hostia, dicit: omnis honor & gloria. Reponit Hostiam, cooperit Calicem, genuflectit, surgit, & dicit.*

Per omnia secula seculorum. *Et.* Amen.





Iungit manus.

Oremus. Præceptis salutariibus moniti, & diuina

in institutione formati, audemus dicere.


Extendit manus.

Pater



Sequens cantus dicitur in festis simplicibus, & diebus feriatis, & in Missis Defunctorum.







Præceptis sa lu ta ri bus moni ti , & di uina insi tu ti o ne




forma ti au de mus di ce re.



Pater noster, qui es in cælis: Sanctificetur nomen tuum: Ad-




ueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in ter-



ra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte no-



bis de bita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et



ne nos inducas in tentationem. & Sed libera nos a ma lo.

Sacerdos submissa voce dicit, Amen.

Deinde

Deinde accipit Patenam inter indicem & medium digitos, & dicit,

Libera nos, quæsumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris: & intercedente beata & gloriofa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea, & omnibus Sanctis,


Signat se cum Patena à fronte ad pectus: da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato finis sæper liberi, & ab omni perturbatione securi. Submittit Patenam Hostiæ, dis-

scooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam, frangit eam super Calicem per mediū, dicens: Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Partem, quæ in dextera est, ponit super Patenam: Deinde ex parte quæ in sinistra remansit frangit particulam dicens: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Aliam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super Patenam, & dextera tenens particulam super Calicem, sinistra Calicem, dicit.



Per omnia sæcula sæcu-



lorum. R. Amen.

Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens.



Pax ✠ Domini, sit ✠ sæper vo-



bis ✠ cū. R. Et cū spiritu tu o.

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secrete.

Hæc commixtio & cōsecratio Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitā æternam. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit & inclinatus Sacramento, iunctis manibus, & ter pectus percussiens, dicit:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In Missis pro Defunctis non dicitur, miserere nobis. sed eius loco, dona eis requiem. & in tertio additur, sempiternam.

Deinde iunctis manibus super Altare, inclinatus dicit sequentes Orones.

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ: eamque secundum voluntatem tuam pacificare & coadunare digneris. Qui vivis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Si danda est pax osculatur Altare,

&

Et dans pacem, dicit: Pax tecum.
 R. Et tecū spiritu tuo. In Missis Defunctorum non datur pax, neque dicitur præcedens Oratio.

Domine Iesu Christe, fili Dei viui, quæ ex volūtate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum viuificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus, & Sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & vniuersis malis: & fac me tuis semper inhærere mādatis, & à te numquam separari permittas. Qui cum eodē Deo Patre & Spiritu sancto viuus & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Preceptio Corporis tui, Domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proueniat in iudiciū & condemnationem: sed pro tua pietate proficit mihi ad tutamētū mētis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui viuus & regnas cum Deo Patre in vnitæ Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Genuflectit, surgit, & dicit.

Panem cælestem accipiam, & nomen Domini inuocabo. Deinde parum inclinatus, accipit ambas partes hostiæ inter pollicem & indicem sinistra manus, & Patenam inter eundem indicem & medium, & dextera percutiēs pectus, cleuata aliquantulum voce dicit ter deuote, & humiliter.

Domine, nō sum dignus, vt intres sub tectū meū: sed tātum dic verbo, & sanabitur anima mea. Postea dextera se signans cum Hostia super Patena, dicit.

Corpus Dñi nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam, Amen. Sumit reuerēter ambas partes Ho-

stia, iungit manus, & quiescit aliquantulum in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde discooperit Calicē, genuflectit, colligit fragmenta, si quæ sint, extergit Patenā super Calicem, interim dicens.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Laudās inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

Accipit Calicem manu dextera, & eo se signans dicit.

Sanguis Dñi nostri Iesu Christi, custodiat animam meam in vitam æternam, Amen.

Sumit totum Sanguinem cum particula. Quo sumpto, si qui sūt communicandi, eos communicet, antequam se purificet. Postea dicit.

Quod ore sumpsimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.


Interim porrigit Calicē ministro, qui infundit in eo parum vini: quo se purificat: deinde prosequitur.

Corpus tuum Dñe, quod sumpsisti, & Sanguis quem potavi, adhæreat visceribus meis: & præsta, vt in me nō remaneat scelerum macula, quæ pura & sancta refecerunt sacramenta. Qui viuus & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Abluit digitos, extergit, & sumit ablutionem: extergit os, & Calicem, quem operit, & plicato Corporali, collocat in Altari vt prius: deinde prosequitur Missam. Dicit, post vltimam Orationem, Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. dicit pro Missæ qualitate vel, Ite missa est, vel, Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

In Missis Defunctorum dicit, Requiescant in pace. R. Amen.

Tempore Paschali, hoc est, à Missa Sabbati sancti vsque ad Sabbatum in Albis inclusive.



I te missa est, Allelu ia,



al le lu ia.


In festis solemnibus.



I te e




e e



e mis sa est.

In festis Duplicibus.




I te e




c missa est.

In Missis beatæ Mariæ.




I te e



mis sa est.

In Dominicis infra annum, in festis Semiduplicibus, & infra Octavas, quæ non sunt B. Mariæ.




I te e



mis sa est.

In festis Simplicibus.



I te mis sa est.

In Dominicis Aduentus &
Quadragesimæ.

B e n e d i c a m u s
Do mi no.

In Ferijs.

B e n e d i c a m u s D o m i n o .

In Missa Vigiliæ Natiuitatis Do-
mini, & in festo sanctorum
Innocentium.

B e n e d i c a m u s D o -

o o mi no.

In Missis Defunctorum.

R e q u i e s c a n t i n p a c e .

Dicto Ite Missa est, vel **Benedicamus Domino.** Sacerdos inclinatur ante mediū Altaris, & manibus iunctis super illud dicit.

Placeat tibi sancta Trinitas, obsequium seruitutis meæ, & præsta: vt sacrificium quod oculis tuæ maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihiq; & omnibus, pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde osculatur altare: & eleuat oculis, extendens, eleuans, & iungēs manus, caputque Cruci inclinans, dicit: **Benedicat vos omnipotens Deus,** & versus ad populum, semel tantum benedicens, etiam in Missis solemnibus, prosequitur, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. **R. Amen.**

In Missa Pontificali ter benedicitur, vt in Pontificali habetur.

Deinde in cornu Euangelij dicto, Dominus vobiscum. & Initiū vel Sequētia sancti Euangelij, signans Altare, vel librum, & se, vt supra in Euangelio Missæ, legit Euāgelium secundum Ioannem. In principio erat Verbum, vel aliud Euangelij, vt dictum est in Rubricis generalibus. Cum dicit, **Et verbum caro factū est,** genuflectit: in fine **R. Deo gratias.** In Missis Defunctorum, non datur benedictio, sed dicto, **Requiescant in pace.** dicit, **Placeat tibi sancta Trinitas.** deinde osculato Altari legit Euāgelium sancti Ioannis.

Finito Euangelio sancti Ioannis, discedēs ab Altari, pro gratiarum actione dicit Antiphonam. **Trium puerorum.** cum reliquis, vt habetur in principio Missalis.



DOMINICA

RESURRECTIONIS.

Statio ad S. Mariam maiorem.

Introitus.



Resurrexi, & adhuc tecum sum, alleluia: posuisti super me manū tuam, alleluia: mirabilis facta est scientia

tua, alleluia, alleluia. **Psalmus.**

Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

V. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui hodierna die per Vni-
genitum tuum, eternitatis no-
bis aditum deuiſta morte reſerasti:
vota nostra, que præueniendo aspí-
ras, etiam adiuuando proféquare.
Per eundem Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
ad Corinthios.

Fratres. Expurgate vetus fer-
mentum: vt sitis noua consper-
ſio, sicut estis azymi. Etenim pa-
ſcha nostrum immolátus est Chri-
ſtus. Itaque epulémur: non in fer-
mento veteri, neque in fermento
malitiæ & nequitia: sed in azymis
ſinceritatis & veritatis. **Graduale.**

Hæc dies, quam fecit Dñs: exulte-
mus, & lætemur in ea. **V. Confite-
mini Domino, quoniã bonus: quo-
niam in sæculū misericordia eius.**

Alleluia, allelu. **V. Pascha nostrū
immolatus est Christus. Sequētia.**

Vitæ paschali laudes immo-
lent Christiani. **A**gnus redé-
mit oues: Christus innocens Patri
reconciliauit peccatores. **M**ors &
vita, duello cōſſixére mirādo: dux
vitæ, mortuus regnat viuus. **D**ic

M.N.R.

nobis Maria, quid vidisti in via?

Sepulchrum Christi uiuentis: &
gloriam vidi resurgentis. **A**ngeli-
cos testes, sudarium & vestes. **S**ur-
rexit Christus spes mea: præcedet
vos in Galilæam. **S**cimus Christū
surrexisse à mortuis vere: tu nobis
victor Rex miserere, Amen. Allelu.

**Sequentia dicitur vsque ad Sabba-
tum in Albis inclusiue.**

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Marcum.

In illo tempore: Maria Magda- Marc. 16.
léne, & Maria Iacobi, & Salome,

emérunt arómata: vt venientes,
úngerent Iesum. Et valde mane,
vna sabbatorum, veniunt ad monu-
mentum, orto iam sole. Et dicebāt
ad inuicem. Quis reuoluet nobis
lapidem ab ostio monumenti? Et
respicientes, vidérunt reuolútum
lapidē. Erat quippe magnus valde.
Et introeuntes in monumentum,
vidérūt iuuenem sedentem in dex-
tris, coopértum stola candida: &
obltupérunt. Qui dixit illis. Nolí
te expauéscere. Iesum quæritis Na-
zarenum, crucifixum: surrexit, non
est hic: ecce locus, vbi posuerūt eū.
Sed ite, dicite discipulis eius, & Pe-
tro: quia præcedet vos in Galilæā.
Ibi eum videbitis: sicut dixit vo-
bis. **C**redo. **Offertorium.**

Terra tremuit, & quieuit, dum re- ff. 75.
ſurgeret in iudicio Deus, alleluia.

Secreta.

Suscipe, que sumus Domine, pre-
ces populī tui cū oblationibus
hostiarum: vt Paschalibus initiata
mysterijs, ad æternitatis nobis me-

R dé-

délam, te operante proficiant. Per Dominum nostrum.

Præfatio. Te quidē Domine omni tempore, sed in hac potissimū die.

Infra octauam. Communicantes.

& Hanc igitur. *supra.* fol. 218.

Et sic dicitur vsque ad Sabbatū in Albis inclusiuē. **Communio.**

1.
Cor.
5.

Pascha nostrum immolatus est Christus, alleluia: itaq. epulemur in azymis sinceritatis & veritatis, alleluia, allel. allel. **Postcommun.**

Spiritum nobis Domine, tuę charitatis infunde: vt quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Dominum nostrum. In vnitāte eiusdem Spiritus sancti Deus.

Post Dominus vobiscum, dicitur, Ite missa est, alleluia, alleluia.

Re. Deo gratias, alleluia, alleluia.

Et sic dicitur vsque ad Sabbatum in Albis inclusiuē.

Infra Octauam Paschæ non fit de aliquo festo Duplici vel Semiduplici, sed post Octauam celebrantur. De Simplicibus autem occurrentibus post hoc triduum, fit tantum commemoratio.

F E R I A S E C U N D A .

Statio ad S. Petrum. **Introitus.**

Exo.
23.



Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel, alleluia: & vt lex Domini semper fit in ore vestro, alleluia, allelu. **Psal.** Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Psal.
104.

Deus, qui solēnitāte Paschali, mundo remedia cōtulisti: populum tuum, quęsumus, cęlesti dono proficere: vt & perfectam li-

bertatem consequi mereatur, & ad vitam proficiat sempiternam. Per.

Lesio Actuum Apostolorum.

In diebus illis. Stās Petrus in medio plebis, dixit. Viri fratres, vos scitis, quod factum est verbum per vniuersam Iudęam: incipiens enim à Galilæa post baptismū quod prædicauit Ioānes: Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute: qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo: quoniā Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium, quę fecit in regione Iudæorum & Ierusalem: quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus scitauit tertia die: & dedit eum manifestum fieri, nō omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis, qui māducauimus & bibimus cū illo, postquā resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui cōstitutus est à Deo iudex viuorū & mortuorum. Huic omnes Prophetę testimonium perhibēt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credūt in eū.

Graduale. Hęc dies, quam fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. **V.** Dicat nunc Israēl, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. **Alleluia, alleluia.**

V. Angelus Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.

Sequentia. Victimæ Paschali, cum Alleluia, in fine, vt supra in Dominica Paschæ. fol. 257.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Duo ex discipulis Iesu ibāt ipsa die in castellū, quod erat in spatio stadiorū sexaginta

ginta ab Ierusalē, nomine Emma.
 Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quę acciderant. Et factum est: dum fabularentur, & secum quęrerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autē illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait illis. Qui sunt hi sermone, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondēs vnus, cui nomē Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Ierusalē, & non cognouisti quę facta sunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit: Quę? Et dixerūt. De Iesu Nazareno, quę fuit vir propheta, potens in opere & sermone corā Deo & omni populo. Et quomodo tradiderūt eū sūmi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis: & crucifixerunt eū. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël. Et nūc super hęc omnia, tertia dies est hodie, quod hęc facta sunt. Sed & mulieres quędam ex nostris terruerunt nos, quę ante lucem fuerunt ad monumentū: & non inuēto corpore eius, venērunt, dicentes se etiam visionē Angelorum vidisse, qui dicūt eum viuere. Et abiērunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenērunt, sicut mulieres dixerūt: ipsum vero nō inuenērūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti, & tardi corde ad credēdū in omnibus, quę locuti sūt Prophetę. Nonne hęc oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quę de ipso erāt. Et appropinquauerūt castello, quod ibāt: & ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes. Mane nobiscum, quoniā ad uesperas cit,

& inclinata est iā dies. Et intrauit cum illis. Et factum est: dū recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerūt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dū loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eādem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenērunt cōgregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: quia surrexit Dñs uere, & apparuit Simōni. Et ipsi narrabant quę gesta erant in uia: & quomodo cognouerūt eum in fractione panis. **C**redo. **Offertoriū.**

Angelus Domini descēdit de celo, & dixit mulieribus. Quę quæritis, surrexit sicut dixit, allel. **Secreta.**

Mattj
18.

Suscipe, quęsumus Domine, preces populi tui cū oblationibus hostiarum: vt Paschalibus initiata mysterijs, ad eternitatis nobis medelam, te operante proficiant. Per Dominum nostrum.

Communio. Surrexit Dominus, & apparuit Petro, alleluia.

Lucj
24.

Postcommunio.

Spiritū nobis Dñe, tuę charitatis infunde: vt quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Dominum. In unitate eiusdem Spiritus sancti.

F E R I A T E R T I A .

Statio ad sanctum Paulum.

Introitus.



Qua sapientia potauit eos, alleluia: firmabitur in illis, & non flectetur, alleluia: & exaltabit eos in æternum, alleluia, alleluia. **Psal.** Confitemini

Eccclj
15.

Psalj
104.

R 2 Do-

Domino, & inuocate nomen eius :
annuntiate inter gētes opera eius.

✠ Gloria Patri. *Oratio.*

Deus, qui Ecclesiam tuam no-
uo semper factu multiplicas :
concede famulis tuis: vt sacramen-
tum viuendo teneant, quod fide
percepērunt. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Surgēs Paulus, &
manu silentium indicens, ait. Vi-
ri fratres, filij generis Abraham, &
qui in vobis timent Deum: vobis
verbum salutis huius missum est.
Qui enim habitabant Ierusalem, &
principes eius, ignorātes Iesum, &
voces Prophetarum quæ per omne
sabbatum leguntur, iudicantes im-
pleuerunt: & nullam causam mor-
tis inueniētes in eo, petiērunt à Pi-
lato, vt interficerent eum. Cumque
consummassent omnia, quæ de eo
scripta erant deponentes eū de li-
gno, posuerunt eum in monumento.
Deus autem suscitauit eum à
mortuis tertia die. Qui vis⁹ est per
dies multos his, qui ascēderant si-
mul cum eo de Galilæa in Ierusa-
lem: qui vsque nūc sunt testes eius
ad plebem. Et nos vobis annuntia-
mus eam, quæ ad patres nostros re-
promissio facta est: quoniam hanc
Deus adimpleuit filijs vestris, resu-
scitans Iesum Christum Dominum
nostrum.

Graduale.

Hæc dies, quam fecit Dominus:
exultemus, & lætemur in ea. ✠ Di-
cant nunc, qui redēpti sunt à Dño,
quos redēmit de manu inimici, &
de regionibus congregauit eos.

Alleluia, alleluia. ✠ Surrexit Do-
minus de sepulchro, qui pro nobis
pendit in ligno.

Sequentia.

Victimæ paschali. vt supra in Do-
minica Pascha. 257.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Lucam.

In illo tēpore: Stetit Iesus in me-
dio discipulorum suorum, & di-
cit eis. Pax vobis: ego sum, nolite
timere. Conturbati vero & contēr-
riti, existimabant se spiritū videre.
Et dixit eis. Quid turbati estis, &
cogitationes ascēdunt in corda ve-
stra? Videte manus meas & pedes:
quia ego ipse sum. Palpate & videte:
quæ spiritus carnē & ossa non ha-
bet, sicut me videtis habere. Et cū
hoc dixisset, ostēdit eis man⁹ & pe-
des. Adhuc autē illis non credenti-
bus, & mirantibus præ gaudio, di-
xit. Habētis hic aliquid, quod mandu-
cetur? At illi obtulerunt ei partem
piscis assi, & fauum mellis. Et cum
manducasset coram eis, sumens re-
liquias, dedit eis. Et dixit ad eos.
Hæc sunt verba, quæ locutus sū ad
vos, cum adhuc essem vobiscum:
quoniā necesse est impleri omnia,
quæ scripta sunt in lege Moyfi, &
Prophetis, & Psalmis de me. Tunc
aperuit illis sensum, vt intelligerēt
scripturas. Et dixit eis: Quoniā sic
scriptum est, & sic oportebat Chri-
stū pati, & resurgere à mortuis die
tertia: & prædicari in nomine eius
pœnitentiam, & remissionem pec-
catorum in omnes gentes. **C**redo.

Offertorium. **I**ntonuit de cælo Do-
minus, & Altissimus dedit vocem
suam: & apparuerunt fontes aqua-
rum, alleluia. *Secreta.*

Suscipe Domine fidelium pre-
ces cum oblationibus hostiarū:
vt per hæc piæ deuotionis officia,
ad cælestem gloriam transeamus.
Per Dominum nostrum.

Communio. **S**i consurrexistis cum
Christo, quæ sursum sunt quærite,
ubi Christus est in dextera Dei se-
dens,

Act.
23. c

Psal.
117.
Psal.
106.

Psal.
17.

Col.
3.

dens, alleluia: quæ sursum sunt sapite, alleluia. *Postcommun.*

Concede, quæsumus omnipotens Deus: vt Paschalis perceptio sacramenti, continua in nostris mētibus perseveret. Per Dominū.

F E R I A Q V A R T A.

Statio ad S. Laurentium extra muros.

Introitus.

Enite benedicti Patris mei, percipite regnum, alleluia: quod vobis paratum est ab origine mundi, alleluia, alleluia. *Psal.* Cantate Dño canticum nouum: cantate Domino omnis terra. *v.* Gloria. *Oratio.*

Deus, qui nos Resurrectionis Dominicæ annua solemnitate latificas: concede propitius: vt per temporalia festa quæ agimus, peruenire ad gaudia æterna mereamur. *Per eundem Dominum.*

Ab hac die vsque ad Sabbatum in Albis inclusiuè, post Orationem diei dicitur vna ex sequentibus Orationibus tantum, nisi faciendâ sit commemoratio alicuius festi simplicis occurrentis.

Contra persecutores Eccl. Oratio.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, securâ tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, ppitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam, vnâ cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum.

LECTIO Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Aperiens Petrus ^{AA.} os suum, dixit. Viri Israëlita, & ^{3.b} qui timetis Deum, audite. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorū glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicâte illo dimitti. Vos autem sanctū & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et nunc, fratres, scio quia per ignoratiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autē, qui prænuntiavit per os omnium Prophetarū, pati Christum suum: impleuit sic. Penitemini igitur, & conuertimini: vt deleantur peccata vestra.

Graduale. Hæc dies, quam fecit Dñs: exultemus, & lætemur in ea. ^{Psal. 117.}

v. Dextera Domini fecit virtutē, dextera Dñi exaltauit me. *A*lleluia. *v.* Surrexit Dñs vere: & apparuit Petro. *Sequentia. Victimæ* ^{Lud. 24.} paschali. *vt su. in die Pasche. f. 257.* *Sequentia sancti Evangelij secundum Ioannem.*

In illo tempore: Manifestauit se ^{Ioan. 21.} iterum Iesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanaël, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem factō, stetit Iesus in littore: non tamen cognouerūt discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri,

numquid pulmentarium habétis? Respóderunt ei: Non. Et dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebāt illud trahere præ multitudine pisciū. Dicit ergo discipulus ille quē diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset, quia Dominus est: tū nica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio uenerunt, (non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahētes rete piscium. Ut ergo descendērūt in terram, uiderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus. Asserte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centū quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prāde. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et uenit Iesus, & accepit panem, & dedit eis: & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis. **C**redo.

Offertorium. P ortas celi aperuit Dominus: & pluit illis manna, ut ederent: panem celi dedit eis: panem Angelorum manducauit homo, alleluia.

Secreta.

Sacrificia, Domine, Paschalibus gaudijs immolamus: quibus Ecclesia tua mirabiliter & pascitur & nutritur. Per Dominum.

Contra persecutores Eccl. Secreta.

Protege nos Domine, tuis mysterijs seruientes: ut diuinis rebus inherētes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis, quæsumus, Domine, placare muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesie tue præesse uoluisti, assidua protectione gubernare. Per Dñm.

Communio. Christus resurgēs ex mortuis iam nō moritur, alleluia: mors illi ultra non dominabitur, alleluia, alleluia. **Postcommunio.**

Ab omni nos, quæsumus Domine uetustate purgatos: sacramenti tui ueneranda perceptio in nouam transferat creaturam. Qui uiuis & regnas cum Deo Patre.

Contra persecutores Ecclesie.

Postcommunio.

Quæsumus Domine Deus nosster: ut quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiaccere periculis. Per Dominum nostrum.

Vel pro Papa. Postcommunio.

Hæc nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuū **N.** quē pastorem Ecclesie tue præesse uoluisti, unā cum commisso sibi grege saluet semper, & munit. Per Dominum nostrum.

F E R I A Q U I N T A .

Statio ad SS. duodecim Apostolos.

Introitus.



Virtricem manum tuam Domine, laudauerunt pariter, alleluia: quia sapientia aperuit os mutum, & linguas infantium fecit disertas, alleluia, alleluia. **Psal.** Cantate Domino canticum nouū: quia mirabilia fecit.

Oratio.

Deus, qui diuersitatem gētium in confessione tui nominis adu-

adunasti: da, vt renatis fonte baptis-
matismatis, vna sit fides mentium, &
& pietas actionum. Per Dominū.

Secunda Oratio, Ecclesie tuæ, vel

Deus omnium. vt in fer. præc. 261.

Lectio Actuum Apostolorum.

9.8. **I**N diebus illis. Angelus Domini
locutus est ad Philippum, dicēs.
Surge, & vade cōtra meridianum,
ad viam quæ descendit ab Ierusalē
in Gazā: hæc est deserta. Et surgens
abiit. Et ecce vir Æthiops eunúch⁹,
potēs Candácis reginæ Æthiopū,
q̄ erat super omnes gazas eius, vene-
nerat adorāre in Ierusalē: & reuer-
tebatur sedēs super currum suum,
legensq̄ Isaiam prophetā. Dixit
autē spiritus Philippo. Accede, &
adiunge te ad currum istum. Accur-
rens autem Philippus, audiuit illū
legentem Isaiam prophetam, & dixit.
Putāsne intelligis quæ legis? Qui ait:
Et quomodo possum, si nō aliquis ostenderit mihi? Rogauit-
que Philippum, vt ascenderet, & se-
deret secum. Locus autē scripturæ
quam legebat, hic erat. Tamquam
ouis ad occisionem ductus est: &
sicut agnus coram tondente se, sine
voce, sic non aperuit os suum. In
humilitate iudicium eius sublatū
est. Generationem eius quis enar-
rabit? quoniā tolletur de terra vita
eius. Respondēs autem Eunúchus
Philippo, dixit. Obsecro te, de quo
propheta dicit hoc: de se, an de alio
aliquo? Aperiens autem Philippus
os suū, & incipiens à scriptura ista,
euangelizauit illi Iesum. Et dum
irent per viam, venerunt ad quam-
dam aquam: & ait Eunúchus. Ecce
aqua, quis prohibet me baptiza-
ri? Dixit autē Philippus. Si credis
ex toto corde, licet. Et respondens,
ait. Credo filium Dei esse Iesum

Christum. Et iussit stare currum:
& descenderūt vterque in aquam,
Philippus & Eunúchus: & baptiza-
uit eum. Cum autem ascendissent
de aqua, spiritus Domini rapuit
Philippum, & amplius non vidit
eum Eunúchus. Ibat autem per
viam suam gaudens. Philippus au-
tem inuentus est in Azóto. Et per-
transiens euangelizabat ciuitatibus
cunctis (donec veniret Cæsaráam)
nomen Domini Iesu Christi.

Graduale. Hæc dies, quā fecit Do-
minus: exultemus, & lætemur in ea. Prae.
117.

V. Lapidem, quem reprobauerunt
ædificantes, hic factus est in caput
anguli: a Domino factum est istud,
& est mirabile in oculis nostris.

Alleluia, alleluia. **V.** Surrexit Chri-
stus, qui creauit omnia: & misertus
est humano generi. **Sequentia.**

Victimæ paschali, vt in Dominica
Paschæ. fol. 257.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Ioannem.

IN illo tēpore: Maria stabat ad
monumentum foris, plorans. Ioan.
10. b
Dum ergo fleret, inclinauit se, &
prospexit in monumētum: & vidit
duos Angelos in albis, sedētes, vnū
ad caput, & vnum ad pedes, vbi po-
sitū fuerat corpus Iesu. Dicunt ei
illi. Mulier, quid ploras? Dicit eis.
Quia tulērunt Dominum meum:
& nescio vbi posuerunt eum. Hæc
cum dixisset, conuersa est retrorsū,
& vidit Iesum stantem: & non scie-
bat quia Iesus est. Dicit ei Iesus.
Mulier, quid ploras? Quem quæ-
ris? Illa existimās, quia hortulanus
esset, dicit ei. Domine, si tu sustuli-
sti eum, dicito mihi, vbi posuisti
eum: & ego eum tollam. Dicit ei
Iesus. Maria. Conuersa illa, dicit ei.
Rabbóni, quod dicitur, magister,

R 4 Dicit

Dicit ei Iesus. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dice eis. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis: quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. **Credo.** **Offertorium.**

Exod. **13.** In die solemnitatis vestre, dicit Dominus, inducam vos in terram fluentem lac, & mel, alleluia. **Secreta.**

Suscipe, quesumus Domine munerata populorum tuorum propitius: vt confessione tui nominis & baptisinate renouati, sempiternam beatitudinem consequantur. Per Dominum.

Altera Secreta, vel Protege nos, vel Oblatis. vt in feria preced. 262.

1. Pet. **2.** **Commun.** Populus acquisitionis, annuntiate virtutes eius, alleluia: quia vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, allel. **Postcom.**

Exaudi Domine, preces nostras: vt redemptionis nostre sacrosancta commercia, & vite nobis conferant presentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient. Per.

Altera postcomm. vel Quæsumus. vel Hec nos. vt in fer. præc. f. 262.

F E R I A S E X T A.

Statio ad S. Mariam ad Martyres.

Introitus.

FL77. **I**nduxit eos Dominus in spe, alleluia: & inimicos eorum operuit mare, alleluia, alleluia, alleluia. **Psal.** Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. **Oratio.**

Ibid.

Omnipotens sempiternus Deus, qui Paschale sacramentum in reconciliationis humane fœdere contulisti: da mētibus nostris: vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per Dominum.

Secunda Oratio, vel Ecclesie tue. vel Deus omnium fidelium. vt in quarta feria præcedenti. fol. 261.

Lectio Epistolæ B. Petri Apostoli.

Charissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus, piniustus: vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus, veniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabat Dei patientia in diebus Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientie bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem Iesu Christi Domini nostri, qui est in dextera Dei. **Gradu.**

Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. Be-

nedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Alleluia, alleluia. Dicite in

gētibus: quia Dominus regnauit à ligno. Sequētia. Victimæ paschali. vt in Dominica Paschæ. fol. 257.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Vndecim discipuli abiērunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcumque

que

Mart. **28. q.**

que mandauī vobis. Et ecce ego vobiscū sum omnibus diebus, vsque ad summationē sęculi. Credo.

Offertorium. Erīt vobis hęc dies memorialis, alleluia: & diem festū celebrabitis solemnem Domino in progenies vestras: legitimum sempiternum diem, alleluia, alleluia, alleluia.

Secreta.

Hostias, quęsumus Domine placatus assūme: quas & pro renatorum expiatione peccati deserimus, & pro acceleratione cęlestis auxiliij. Per Dominum.

Altera Secr. vel Prōtege nos. vel Oblātis. vt in feria iij. p̄cedenti. folio 262.

Communio.

Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra, alleluia: euntes, docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, alleluia, allel. **Postcom.**

Respice, quęsumus Domine, populum tuum: & quę æternis dignatus es renouāre mylterijs, a temporalibus culpīs dignanter absolue. Per Dominum.

Altera postcommun. vel Quęsumus Domine. vel Hęc nos. vt in feria iij. p̄cedenti. fol. 262.

S A B B A T O

in Abis.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.

Introitus.

Duxit Dominus populum suum in exultatione, alleluia: & electos suos in lætitia, alleluia, alleluia. **Psalm.**

Confitemini Dño & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius. **Gloria Pat. Oratio.**

Concede, quęsumus omnipotens Deus: vt q̄ festa Paschalia ve-

nerando egimus: per hęc cōtingere ad gaudia æterna mereamur. **p. Secunda Oratio, vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium. vt in feria iij. p̄cedenti. fol. 261.**

Lectio Epistola B. Petri Apostoli.

Charissimi. Deponentes omnē malitiam, & omnem dolum & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut modo geniti infātes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus. Ad quę accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum: & ipsi tamquam lapides viuī superædificamini, domus spiritalis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura. Ecce ponam in Sion lapidem summum angularem, electū, pretiosum. Et qui crediderit in illum, non confundetur. Vobis igitur honor creditibus. Non creditibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendūt verbo, nec credūt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes eius annūtiētis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. Qui non aliquando populus: nūc autem populus Dei. Qui nō consecuti misericordiam: nunc autem misericordiā cōsecuti.

Ab hac die vsque ad Octauā Pentecostes, tam in officio de Tēpore, quā de Sanctis, non dicitur Graduale: sed eius loco dicuntur duo versus



sus cum quatuor Alleluia. ordine
infra scripto: præterquam in Missis
Rogationum, & Vigiliæ Penteco-
stes, in quibus dicitur vnū Allelu.
cum vno versu: similiter & post
quamlibet Lectionem in Sabbato
Quatuor Tpm post Pentec. Alio
tempore vsque ad Septuagesimā,
quando dicitur Graduale, dicuntur
tria Alleluia, post Graduale, bis an
te versum, & semel post versum: cū
autem dicitur Sequētia, Alleluia, quod
dicendum esset post versum, dicitur
post Sequētiā. Alleluia alleluia.

Psal.
117.

¶ Hęc dies, quam fecit Dominus:
exultemus, & lætemur in ea. Allel.

Psal.
112.

¶ Laudate pueri Dominū, lauda-
te nomen Domini. *Sequentia. Vi-
ctimæ paschali. vt supra in die
Pachæ. fol. 257.*

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Ioannem.

Ioan.
20.

IN illo tēpore: Vna sabbati, Ma-
ria Magdalēne, venit mane, cū
adhuc tenebræ essent, ad monumē-
tum: & vidit lapidem sublātū a mo-
numento. Cucurrit ergo, & venit
ad Simonem Petrum, & ad alium
discipulum, quem diligebat Iesus:
& dicit eis. Tulērunt Dominum de
monumento: & nescimus vbi po-
suerunt eum. Exijt ergo Petrus, &
ille alius discipulus, & venērunt ad
monumentum. Currebant autem
duo simul: & ille alius discipulus præ-
cucurrit citius Petro, & venit pri-
mus ad monumentum. Et cum se
inclinasset, vidit linteamina posita:
non tamen introiuit. Venit ergo Si-
mon Petrus sequens eum, & introi-
uit in monumentum: & vidit lin-
teamina posita, & sudarium, quod
fuerat super caput eius, non cū lin-
teaminibus positum, sed separatim
involūtum in vnum locum. Tunc

ergo introiuit & ille discipulus, q̄
venerat primus ad monumentum:
& vidit, & credidit. Nondum enim
sciebāt scripturas, quia oportebat
eum a mortuis resurgere. **Credo.**
Offertorium. Benedictus qui venit
in nomine Domini: benediximus
vobis de domo Dñi: Deus Dñs &
illuxit nobis, alleluia, allelu. **Secr.**

Concede quæsumus Domine,
semper nos per hæc mysteria
Paschalia gratulari: vt continua no-
stræ reparationis operatio, perpe-
tue nobis fiat causa lætitie. Per Do.
Alia Secr. vel Protege, **vel O**blā-
tis. **vt in feria iiii. præcedēri. f. 262.**
Cōmunio. Omnes qui in Christo
baptizati estis, Christū induistis,
alleluia. **Postcommunio.**

Redemptionis nostræ munere
vegetati, quæsumus Domine:
vt hoc perpetuæ salutis auxilio, fi-
des semper vera proficiat. Per Do.
Altera postcommun. vel Quæsu-
mus Domine. **vel H**ęc nos. **vt in fe-
ria iiii. præcedenti. fol. 262.**

DOMINICA IN ALBIS, in Octaua Paschæ.

Statio ad Sanctum Pancratium.

Introitus.



Vasi modo geniti in-
fantes, alleluia: ratio-
nabiles, sine dolo lac
concupiscite, alleluia,
alleluia, alleluia. **Psal.**

Exultate Deo adiutori nostro: iu-
bilate Deo Iacob. **¶ Gloria. Ofo.**

Praesta quæsumus omnipotens
Deus: vt qui Paschalia festa per-
regimus: hæc te largiente, moribus
& vita teneamus. Per Dominum.

Lectio Epist. B. Ioannis Apostoli.

Charissimi. Omne quod natū
est ex Deo, vincit mūdum. Et

hęc

hec est victoria, que vincit mundū: fides nostra. Quis est autem, qui vincit mundum: nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei? Hic est, qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus. Non in aqua solum: sed in aqua & sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniā Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sāctus: & hi tres, vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sāguis: & hi tres, vnū sunt. Si testimonium hominum accipimus: testimonium Dei maius est. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est: quia testificat^r est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei: habet testimonium Dei in se. **A**lleluia, alleluia. **V.** In die resurrectionis meæ, dicit Dñs, præcedam vos in Galilæam: Alleluia. **V.** Post dies octo, ianuis clausis, stetit Ies^{us} in medio discipulorū suorum, & dixit: Pax vobis. **Alle.**

Sequentia sancti Evangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore: Cum esset sero die illa, vna sabbatorū, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli cōgregati propter metum Iudæorū: venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritū sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt. Thomas autē, vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cū eis, quando

venit Iesus. Dixērunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manū meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterū erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitū tuum huc, & vide manus meas, & affer manū tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei. Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, que nō sunt scripta in libro hoc. Hęc autem scripta sūt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei: & vt credentes, vitā habeatis in nomine eius. **C**redo.

Offertorium. Angelus Domini descendit de cælo, & dixit mulieribus: Quem quæritis, surrexit sicut dixit, alleluia. **Secreta.**

Suscipe munera, Domine quæsumus, exultantis Ecclesiæ: & cui causam tāti gaudij præstitisti, perpetuę fructuū concede lætitiæ. **Per.**

Communio. Mitte manum tuam, & cognosce loca clauorū, alleluia: & noli esse incredulus, sed fidelis, alleluia, alleluia. **Postcommun.**

Quæsumus Dñe Deus noster: vt sacrosancta mysteria, quæ pro reparationis nostrę munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. **Per.**

A feria ij. post Oct. Paschæ, vsque ad Ascensionem post Oronem diei dicun-

Mat.
28.

Ioan.
20.

dicuntur Orationes sequentes, nisi sit festum duplex.

De beata Maria. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriola beatæ Mariæ semper virginis intercessione, a præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Contra persecutores Eccl. Oratio.

Fcclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secûra tibi seruiat libertate. Per Dominum.

Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propiti⁹ respice, da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam vnâ cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Dominum.

De beata Maria. Secreta.

TVa Domine propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem.

Contra persecutores Eccl. Secreta.

PRôtege nos Domine, tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mête. Per Dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblâtis, quæsumus Dñe, placare muneribus: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernâ. Per Dominum.

De beata Maria. Postcom.

SVmptis Domine, salutis nostræ subsidijs: da quæsumus, beatæ

Mariæ semper virginis patrocinijs nos vbique protégi: in cui⁹ veneratione, hæc tuæ obtulimus maiestati.

Contra persecutores Ecclesiæ.

Postcommunio.

OVæsumus Domine Deus nos: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiaccere periculis. Per.

Vel pro Papa. Postcommun.

HÆc nos, quæsumus Dñe, diuini sacramenti perceptio protégat: & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnâ cum commisso sibi grege saluet semper, & muniat. Per Dñm.

DOMINICA SECUNDA

post Pascha. Introitus.



Misericordia Domini plena est terra, allel. verbo Domini celi firmatisunt, alleluia, alleluia.

Psal. Exultate iusti in

Domino: rectos decet collaudatio. v. Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui in Filij tui humilitate, iacentem mundû erexisti: fidelibus tuis perpetuam concede lætitiâ: vt quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sempiternis perfrui. Per eundem.

Aliæ Orationes. Concede nos famulos tuos. & Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium fidelium. vt supra post Octauam Paschæ.

Lectio Epistolæ Beati Petri Apostoli.

Charissimi. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

bat̄ur. Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo sup lignū: vt peccatis mortui, iustitię viam. Cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuerfi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. **A**lleluia, allel. **V.** Cognouerunt discipuli Dominum Iesum in fractione panis. Alleluia. **V.** Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meę. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tēpore: Dixit Iesus Pharisęis. Ego sū pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues proprię, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouib. Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscūt me meę. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouib. meis. Et alias oues habeo, quę nō sunt ex hoc ouili: & illas oportet me addūcere, & vocē meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus pastor. **C**redo.

Offertorium. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo: & in nomine tuo leuabo manus meas, alleluia. **Secr.**

Benedictionem nobis Domine, conferat salutarem sacra semper oblatio: vt, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dominū.

Alia Secreta. Tua Domine. & **P**rotege, vel **O**blatis. vt supra post Octauam Paschæ. fol. 268.

Commun. Ego sum pastor bonus,

alleluia: & cognosco oues meas, & cognoscūt me meę, allel. all. **Postc.**

Presta nobis, quęsum⁹ omnipotens Deus: vt viuificationis tuę gratiam consequentes, in tuo semper munere gloriamur. Per Dñm. **Alia postcommun.** Sumptis Dñe. & **Quęsumus.** vel **Hęc nos.** vt supra post Octauam Paschæ. f. 268.

DOMINICA TERTIA post Pascha. Introitus.



Iubilate Deo oīs terra, alleluia: psalmum dicite nomini eius, alleluia: date gloriam laudi eius, alleluia, alleluia, alleluia. **Psalm.** Dicite Deo, quā̄m terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuę mētientur tibi inimici tui. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui errātibus, vt in viam possint redire iustitię, veritatis tuę lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respūere quę huic inimica sūt nomini: & ea, quę sunt apta, sectari. Per Dominum.

Alia Orationes. Concede nos. & **E**cclēsię. vel **D**eus omnium. vt supra. fol. 268.

Lectio Epistolę B. Petri Apostoli.

Charissimi. Obsecro vos tamquam aduenas & peregrinos, abstinere vos a carnalib. desiderijs quę militant aduersus animā, conuersationem vestrā inter gentes habētes bonam: vt in eo quod detrectāt de vobis tamquam de malefactorib., ex bonis operibus vos considerātes, glorificēt Deū in die visitationis. Subiecti igit estote omni humanę creature ppter Deū, siue regi, quasi pcellēti: siue ducib., tam-

tamquā ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt benefaciētes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatē, sed sicut serui Dei. Omnes honore: fraternitatem diligite: Deum timete: regem honorificāte. Serui, subditi estōte in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiā discoloris. Hæc est enim gratia: in Christo Iesu Domino nostro. **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Redemptionem misit Dñs populo suo. Alleluia. **Ps.** Oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis: & ita intrare in gloriam suam, Alleluia. **S**equentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Psal.
110.Luc.
24.Ican.
16. c

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Mōdicum, & iam non videbitis me: & iterum mōdicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. Dixērunt ergo ex discipulis eius ad inuicē. Quid est hoc, quod dicit nobis: Mōdicum, & nō videbitis me: & iterū mōdicū, & videbitis me: & Quia vado ad Patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc, quod dicit, Mōdicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autē Iesus, quia volebant eum interrogare: & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Mōdicum, & nō videbitis me: & iterū mōdicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorābitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem péperit puerum, iam nō meminit pressuræ propter gau-

dium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterū autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. **C**redo. **Offertorium.**

Lauda anima mea Dominum: laudabo Dñm in vita mea: psallā Deo meo, quāmdiu ero, alleluia. **Secr.**

His nobis, Domine, mysterijs conferatur, quò terrena desideria mitigantes, discamus amare cælestia. Per Dominum.

Alia Secr. **T**ua Domine. & **P**roterge. **vel O** blātis. fol. 268.

Communio. **M**ōdicum, & non videbitis me, alleluia: iterum mōdicum, & videbitis me, quia vado ad patrem, alleluia, alleluia. **Postcom.**

Sacramēta quę sumpsimus, quęsum⁹ Domine, & spiritualibus nos instaurent alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per Dominum. **Alia postcommun.** **S**umptis Domine. & **Q**uæsumus. **vel H**æc nos quæsumus. fol. 268.

DOMINICA QVARTA post Pascha. Introitus.



Antate Domino canticum nouum, alleluia: quia mirabilia fecit Dominus, alleluia: ante cōspectum gentium reuelauit iustitiam suam, alleluia, alleluia, alleluia. **Psalm.** **S**aluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius. **Ps.** Gloria. **Oratio.**

Deus, qui fideiū mentes vnus efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod p̄cipis, id desiderare quò promittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per.

Alia Oraciones. **C**oncede nos. & **E**cclē-

Ecclēsiā tuā. *vel* Deus omnium fidelium. *vt supra.* fol. 268.

Lectio Epistolę B. Iacobi Apostoli.

Charissimi. Omne datū optimum, & omne donum perfectum desursum est, descēdens à Patre lūminum: apud quem non est trāsmutatio, nec vicissitudinis obūbratio. Volūtarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initiū ali-quod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiēdum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ: in mansuetudine suscipite in situ verbum, qđ potest saluare animas vestras.

Alleluia, alleluia. *v.* Dextera Domini exaltauit me. Alleluia. *v.* Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Vado ad eum, qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis? Sed quia hæc locut⁹ sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadā. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mit-tam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderūt in me. De iustitia vero: quia ad Patrem vado, & iam nō vidēbitis me. De iudicio autē: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Ad-

huc habeo multa vobis dicere: sed non potestis portare modō. Cum autē venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatē. Non enim loquētur à semetipso: sed quę cūque audiet, loquētur: & quę vētura sunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. **Credo. Offert.**

Iubilate Deo vniuersa terra, psal-^{ps. 67.} mum dicite nomini eius: venite, & audite, & narrabo vobis, omnes qđ timetis Deum, quanta fecit Dominus animæ meæ, alleluia. **Secreta.**

Deus, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia, vnus summæ diuinitatis participes effecisti: præsta quæsumus: vt sicut tuam cognoscimus veritatē, sic eā dignis moribus assequamur. Per Dominum.

Alia Secreta. Tua Domine. *&* **P**rotege nos. *vel* Oblatis. fol. 269. **Communiō.** Cum venerit paracletus Spiritus veritatis, ille arguet mundū de peccato, & de iustitia, & de iudicio, alleluia, allel. ^{Ioan. 16.} **Postcom.**

Ad esto nobis Domine Deus noster: vt per hæc quę fideliter sumpsimus, & purgemur à vitijs, & à periculis omnibus eruamur. Per Dominum nostrum.

Alia Postcom. Sumpsis Domine. & Quæsumus Domine. *vel* Hæc nos. *vt supra.* fol. 268.

DOMINICA QVINTA
post Pascha. Introitus.



Vocem iucunditatis annūciate, & audiatur, alleluia: annuntiate vř que ad extremum terræ: liberauit Dominus populum suum, alleluia, allel. **Psal. I**ubilate Deo oīs terra: psal-^{ps. 67.}

num dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. *v. Gloria. Oro.*

DEus, à quo bona cuncta procedunt, largite supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirate, quæ recta sunt: & te gubernante, eadem faciamus. Per Dominum.

*Alia Orationes. C*oncede nos. & *F*elestia tua. *vel D*eus omnium fidelium. *vt supra.* fol. 268.

*L*ectio Epistolæ B. Iacobi Apostoli.

Iaco,
x.c

Charissimi. Estote factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipfos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in factio suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem, hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. *A*lleluia, alleluia. *v.* Surrexit Christus, & illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Alleluia.

Ioan.
16.

v. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem, Alleluia.

*S*equentia sancti Evangelij secundum Ioannem.

Ioan.
16.d

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo. Petite, & accipietis: vt gau-

dium vestrum sit plenum. Hæc in prouerbij locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbij loquar vobis: sed palam de Patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos. quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbum nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non est opus tibi: vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi. *C*redo. *Offertorium.*

Benedicite gentes Dominum Deum nostrum, & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me, alleluia.

Secreta.

Suscipe Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc pie deuotionis officia, ad caelestem gloriam transeamus. Per Dominum nostrum.

*Alia Secreta. T*ua Domine, & *P*rotege nos Domine. *vel O*blatis. fol. 268. *Communio.*

Cantate Dño, alleluia: cantate Domino, & benedicite nomē eius: bene nuntiate de die in diem salutare eius, alleluia, alleluia. *Postcommu.*

Tribue nobis Domine, celestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dominum.

*Alia Postcomm. S*umptis Dñe. & *Q*uæsumus Domine. *vel H*æc nos quæsumus. *vt supra.* fol. 268.

IN LITANIIS MAIORIBVS

In festo S. Marci Euāgelista, Statio ad S. Petrum. Et in minoribus ante Ascensionem, Feria ij. Rogationū, Statio ad S. Mariam Maiorem. Feria iij. Statio ad S. Ioannem in Laterano. Feria iij. Statio ad S. Petrū.

Sequens Missa dicitur in Litanij Maioribus & Minorib⁹ ad processionem, sine commemoratioe festi occurrentis. In Ferijs autem Rogationum, in Missis priuatis, si dicitur de Sancto fit commemoratio Rogationum: si dicitur de Rogationibus, fit commemoratio festi occurrētis, Feria vero iij. si Festum non occurrat, dicatur Missa de Rogationibus, sine Gloria in excelsis, licet in officio dictum sit, Te Deū, & Oratio Dominicz.

Introitus.

Xaudiuit de templo sancto suo vocem meam, alleluia: & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius, alleluia, alleluia. *Psal.*

Diligam te Domine virtus mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. *V.* Gloria Patri. *in hac Missa nō dicitur Gloria in excelsis, neque Credo.* **Oratio.**

Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus: cōtra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per Dominū. *Alia Orationes. C*ōcede nos famulos tuos, & Ecclesiæ tuæ. *vel D*eus omnium fidelium. *vt supra. f. 268.*

Lectio Epist. B. Iacobi Apostoli. **C**harissimi. Confitemini alterutrū peccata vestra: & orate

M. N. R.

pro inuicem, vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit, vt non plueret super terram: & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursū orauit: & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eū: scire debet, quoniam qui conuertit fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorū.

Alleluia. V. Cōfitemini Domino, *Psal. 117.* quoniam bonus: quoniam in saculum misericordia eius.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Quis vestrum, habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi. Amice, accommoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondēs, dicat. Noli mihi molestus esse: iam ostiū clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatē tamē ei⁹ surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Pétite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpētem dabit illi? Aut si petierit ouum: nūquid por-

S riger

riget ei scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nollis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? *Offertorium.*

Pfal.
103.

Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorū laudabo eū, qui adstitit à dextris pauperis: vt saluam faceret à persequētibus animam meam, allel. *Secreta.*

HÆc munera, quæsumus Dñe, & vincula nostræ prauitatis absoluant, & tuæ nobis misericordix dona concilient. Per Dominū. *Alia Secreta.* Tua Domine. & *Prôtege. vel Oblatis.* fol. 268.

Luc.
11.

Et dicitur Præf. Pasch. Communio. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur, alleluia. *Postcommunio.*

VOta nostra, quæsumus Domine, pio fauore profèquere: vt dū dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per Dñm.

Alia Postcomm. Sumptis Dñe. & Quæsumus. vel Hæc nos. fol. 268.

IN VIGILIA ASCENSIONIS.

Si hodie occurrat festū Simplex, sit de ipsa tantū commemor. Si occurrat festum Duplex vel Semiduplex, Missa dicit de Festo cū comm. Vigiliæ, & Rogationum. Sed in Ecclesijs collegiatis præter Missam de Rogationibus dñi duæ Missæ, vna de festo, & alia de Vigilia. Introit.

Isaiz
a8, d



VOcem iucunditatis annuntiate, & audiatur, alleluia: annuntiate vt que ad extremum terræ: liberauit Dominus populum suum, alleluia, allel.

Pfal. Iubilate Deo oīs terra: psal-
mum dicite nomini eius, date glori-
am laudi eius. *Ps.* Gloria Patri.

Et dicitur, Gloria in excelsis. Of.

DEus, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirate, quæ recta sunt: & te gubernante, eadem faciamus. Per Dominum.

Secunda Oratio de Rogationibus, Præsta quæsumus. fol. 273. *tertia de sancta Maria, Concede nos famulos tuos.* fol. 268.

In Ecclesijs autem collegiatis, vbi dicitur alia quoque Missa de Rogationibus secunda Oratio erit de B. Maria, tertia, Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium. vt supra. fol. 268.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit: ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euāgelistas, alios autē pastores & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurrant omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mēsuram ætatis plenitudinis Christi. Alleluia, alleluia. *Ps.* Surrexit Christus, & illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Alleluia.

Ps. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum,

& vado ad Patrem. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in cælum, dixit. Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: vt cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt: & cognouerunt vere, quia à te exiui: & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt: & ego ad te venio.

Offertorium. **B**enedicite gentes Dominum Deum nostrum, & obaudite vocem laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me, alleluia. Præb. 69.

Secreta.

Suscipe Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dominum.

Secunda Secreta de Rogationibus,

Hæc munera. fol. 274. tertia de B.

Maria, Tua Domine. fol. 268.

Vel secunda de Beata Maria: tertia

Prôtege nos. vel Oblatis. fol. 268.

Communio. Cantate Domino, alleluia: cantate Domino, & benedicite nomen eius: bene nuntiate de die in diem salutare eius: alleluia, alleluia. Præb. 95.

Postcommun.

Tribue nobis Domine, cælestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dominum.

Secunda postcomm. de Rogationibus,

Vota nostra. f. 274. tertia de

B. Maria, Sumptis Domine. f. 268.

Vel secunda de Beata Maria: tertia

Quæsumus Domine, vel Hæc nos quæsumus. fol. 268.



IN DIE ASCENSIONIS

D O M I N I.

Statio ad S. Petrum. **Introitus.**



Iri Galilæi, quid admiramini aspicientes in cælum? alleluia: quem admodum vidistis eum ascendentem in cælum,

ita veniet, alleluia, alleluia, alleluia. **Psal.** Omnes gentes plaudite manib⁹: iubilare Deo in voce exultationis. **Ps.** Gloria Patri. **Oratio.**

Concede quæsum⁹ omnipotēs De⁹: vt qui hodierna die vni-genitum tuum redemptorem nostrū ad cælos ascendisse credimus: ipsi quoque mēte in cælestibus habitemus. Per eundem Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

Primum quidem sermonem feci de omnib⁹, o Theophile, quæ cepit Iesus facere & docere, vsque in diē, qua præcipiēs Apostolis per Spiritum sanctum, quos elégit, assumptus est. Quib⁹ & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumētis, per dies quadraginta appārens eis, & loquēs de regno Dei. Et cōuescens, præcepit eis ab Ierosolymis ne discēderent, sed expectarent promissionem Patris, quā audistis, (inquit) per os meū: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autē baptizabimini Spiritu sãcto nō post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes. Dñe, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superueniētis

Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimū terræ. Et cū hoc dixisset, vidētibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi, quid statis aspiciētes in cælū? Hic Iesus, q̄ assumptus est à vobis in cælū, sic veniet, quem admodum vidistis eum euntem in cælum.

Alleluia, alleluia. **Ps.** Ascēdit Deus ^{Psalm.} in iubilatione, & Dominus in voce ^{46.} tube. Alleluia. **Ps.** Dominus in Sina ^{Psalm.} in sancto, ascēdēs in altum, captiuam duxit captiuitatem. Alleluia. ^{67.}

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

In illo tempore: Recumbētibus ^{Mar.} ^{16.9} vndecim Discipulis, apparuit illis Iesus: & exprobrauit incredulitatē eorū, & duritiā cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prædicatē Euangelium omni creaturæ. Quī crediderit, & baptizat⁹ fuerit, salu⁹ erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequētur. In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollēt. Et si mortiferum quid biberint, nō eis nocēbit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum: & sedet à dextris Dei. Illi au-

tē profecti, prædicauerunt vbique: Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

Dicto Euangelio extinguitur cereus paschalis, nec ulterius acceditur, nisi in Sabbato Pētecost. ad benedictionem fontis. C redo.

Pfal.
46. **Offertorium.** Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ, alleluia. **Secreta.**

Suscipe Domine munera, quæ pro Filij tui gloriosa ascensione deferimus: & cōcede propitius: vt à præsentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternam. Per eundem Dominum.

Præfatio Qui post resurrectionem. 219.

Et dī vsque ad vigiliam Pētecostes exclusiue. Infra actionem. Communiçates, & diem sacratissimum.

Et dicitur per Octauam tantum.

Pfal.
67. **Communio.** Passite Domino, qui ascendit super cælos cælorum ad Orientem, alleluia. **Postcommunio.**

Presta nobis, quæsumus oīpotēs & misericors Deus: vt quæ visibilis mysterijs sumēda pcepim⁹, inuisibili cōsequamur effectū. Per.

Intra Oct. Ascensionis dī Missa de Ascensione, nisi occurrat festū Duplex, vel Semiduplex, de quo tūc fit cū commem. Octauæ: de Simplicī autem fit tantum commemoratio.

Post Orationem diei dicitur ij. Oratio de S. Maria, Concede nos famulos tuos. & tertia, Ecclesie tuæ. vel Deus omnium. vt supra. fol. 268.

DOMINICA INFRA

Oct. Ascensionis. Introitus.

Pfal.
26. **A**udi Domine vocem meam, qua clamaui ad te, alleluia: tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum, vultum tuum Domine re-

quiram: ne auertas faciem tuam à me, alleluia, alleluia. **Psal. D**ñs illuminatio mea, & sal⁹ mea, quem timebo? **Gloria Patri. Oratio.**

Omnipotēs sempiternus Deus, fac nos tibi semper & deuotā gerere voluntatem, & maiestati tuæ sincero corde seruire. Per Dominū.

Et fit comm. de Ascensione tantum. Concede quæsumus. fol. 277.

Lectio Epistolæ B. Petri Apostoli.

Charissimi. Estote prudētes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuā in vobismet-

ipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicē sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gratiā, in altērutrum illam ministrātes: sicut boni dispēsatōres multiformis gratiæ Dei.

Si quis loquitur: quasi sermones Dei. Si quis ministrat: tamquā ex virtute, quā ministrat Deus. Vt in omnibus honorificetur De⁹ per Iesum Christum Dñm nostrum.

Alleluia, alleluia. **Regnauit Dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Alleluia.**

Non vos relinquam orphanos: vado & venio ad vos, & gaudebit cor vestrum. Alleluia.

Sequētia S. Euāgelij secūdū Ioānē.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cū uenerit paraclit⁹, quem ego mittā vobis à Patre spiritū veritatis, qui à Patre procedit: ille testimoniū perhibebit de me.

Et vos testimoniū perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini.

Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiū se præstare Deo. Et hæc facient vobis: quia

non

1b

1. P
4. bPfal
46.Ioan
14.Ioan
15. dCap
16.

non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum uenerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. **Credo.**

16. **Offertorium.** Ascendit Deus in iubilatione: & Dominus in voce tubæ, alleluia. **Secreta.**

Sacrificia nos, Dñe, immaculata purificent: & mentibus nostris supernæ gratiæ dent vigorem. Per.

Pro Ascensione. suscipe Domine munera. **Offertorium.** f. 278. **Commun.**

n. **P**ater quum essem cum eis, ego ser uabā eos, quos dedisti mihi, alleluia. nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mūdo, sed vt serues eos a malo, alleluia, alleluia. **Postcōm.**

Repleti Dñe muneribus sacris: da quæsumus, vt in gratiarū semper actione maneamus. Per.

Pro Ascensione. Preſta nobis. vt s. 278.

In Octa. Ascensionis dñi. Missa sicut in die, cum vna tantum Oratione.

Feria vj. post Octa. Ascensionis. si non fuerit festum Duplex, vel Semiduplex, Missa dñi de Dñica p̄terita, cū commem. de S. Maria, **Concede,** & **Ecclesiæ.** vel **Deus omnium.** f. 268. de Simplici fit tantum commemo. Et non dicitur **Credo.**

SABBATO IN VIGILIA Pentecostes.

Statio ad S. Ioannem in Laterano.



Dicta Nona, Sacerdos & ministri induti paramenti violacei coloris, accedunt ad Altare, & facta reuerentia

Sacerdos illud osculatur in medio. Deinde leguntur Prophetiæ sine titulo, candelis Altaris extinctis vsque ad principiū Missæ, sicut in Sabbato s̄cto. Sacerdos legit eas submissa voce ad Altare in cornu Epistolæ.

In fine Prophetiarum dicuntur Orationes sine Flectamus genua. **Prophetia prima.** In diebus illis: Tentauit Deus Abrahā. vt sup. in Sabbato s̄cto. fol. 181. **Oratio.** Sacerdos dicit. Oremus. **Oratio.**

Deus, qui in Abrahæ famuli tui opere humano generi obediētiæ exēpla præbuiti: cōcede nobis & nostræ volūtatis prauitatē frāgere, & tuorum præceptorū rectitudinē in omnibus adimplēre. Per Do.

Prophetia ij. In diebus illis: Factū est in vigilia matutina. & **Tractus.** Cantemus Domino. vt in Sabbato s̄cto. f. 182. **Oratio.**

Deus, qui primis temporibus impleta miracula, noui testamenti luce reserasti, vt & mare Rubrū forma sacri fontis existeret, & liberata plebs ab Ægyptiaca seruitute, Christiani populi sacramēta præferret: da, vt omnes gētes, Israēlis priuilegium merito fidei consecutę, Spiritus tui participatione re generentur. Per Dominum. in vnitāte eiusdem Spiritus sancti Deus.

Prophetia iij. In diebus illis: Scripsit Moyses canticum. & **Tractus.** Attende cælū & loquar. vt in Sabbato s̄cto. f. 187. **Oratio.**

Deus, glorificatio fidelium, & vita iustorum, qui per Moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis gētibus misericordiæ tuæ munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem: vt quod pronuntiatum est ad supplicium, in remedium transferatur æternum. Per Dominum.

Prophetia iij. Apprehēdent septem mulieres virum vnum. & **Tractus.** Vineā facta est dilectō. vt in Sabbato s̄cto. f. 185. **Oratio.** Oremus. **Oro.**

Omnipotēs sempiternus Deus, qui per vnicum Filium tuum, Ecclesie tuæ demonstrasti te esse cultorem: omnem palmitē, fructū in eodē Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolēs, vt fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineā ex Ægypto per fontē baptismi transtulisti, nullā peccatorū spinā preualeant: vt Spiritus tui sãctificatione muniti perpetua fruge ditentur. Per eūdē Dominum. in vnitatie eiusdem.

Prophetia v. Audi Israēl mandata vitæ. vt in Sabbato sancto. fol. 184.

Oratio.

Deus, q̄ nobis per Prophetarū ora præcepisti temporalia relinquere atque ad æterna festinare: da famulis tuis vt quæ à te iussa, cognouimus, implere cælesti inspiratione valeamus. Per Dominum.

Prophetia vj. In diebus illis: Facta est super me manus Dñi. vt in Sabbato sancto. f. 185. Oratio. Oratio.

Domine Deus virtutū, qui col lapsarē paras, & reparata cōseruas: auge pupulos ī tui nominis sãctificatione renouādos: vt omnes, qui sacro baptisinate diluuntur, tua semper inspiratione dirigantur. Per.

Hic expletis, Celebrās accipit plumale violaceum, & descendēdo ad fontem cantatur Tractus.

Ps. 41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus. *Ps.* Sitiuit anima mea ad Deum viuum: quando veniam, & apparēbo ante faciem Dei?

Ps. Fuērunt mihi lacrymæ meæ panes dies ac nocte, dū dicitur mihi per singulos dies: vbi est Deus tuus?

Deinde Sacerdos antequā intret ad benedictionem fontis, dicit

Ps. Dominus vobiscum. & Et cum

spiritu tuo. *Oramus. Oratio.*

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt, qui solemnitatem doni sancti Spiritus colimus, cælestibus desiderijs accensi, fontem vitæ sitiamus. Per Dominum. in vnitatie eiusdem.

Deinde proceditur ad benedictionem fontis, vt supra in Sabbato sancto.

Vbi vero nō fuerint fontes, finita sexta Prophetia cū sua Oratione, Celebrans deponit calulam, & cū ministris ante Altare procūbit: & alijs omnibus genuflexis, cantatur Litanię a duob⁹ cātorib⁹ in medio chori, vtroque choro idē simul respondente. Cū autē peruentū fuerit ad *Ps.* Peccatores, Te rogamus.

Sacerdos & ministri surgunt, & accedentes ad Sacristiam, induuntur paramenti rubeis, & acceduntur luminaria circa Altare. In fine Litaniarum cantatur solemniter *Kyrie eleison*, pro Missa, & repetitur, vt moris est. Quo icepto, Sacerdos cū ministris procedit ad Altare, & facit confessionem: deinde ascendens, illud osculatur, & incēsat more solito. Finitis *Kyrie elei.* incipit solemnititer, *Gloria in excelsis Deo.* Et campanæ pulsantur. *Oratio.*

Præsta, quæsumus omnipotens De⁹, vt claritatis tuę super nos splendor effulgeat: & lux tuæ lucis, corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus illustratione confirmet. Per Dominum. in vnitatie eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Factum est, cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus *Act. 19.* peragratis superioribus partib⁹ veniret Ephesū, & inueniret quosdā de discipulis: dixitq̄ ad eos. Si Spiritum sanctū accepistis credentes?

At

At illi dixerunt ad eum. Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In Ioannis baptifmate. Dixit autē Paulus. Ioannes baptizauit baptifmo penitētia populū, dicēs, in eum qui venturus esset post ipsū, vt crederēt, hoc est, in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu. Et cū imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos: & loquebantur linguis, & propheta-bant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgessus autem synagoga Paulus, cum fiducia loquebatur per tres mense, disputās & suadens de regno Dei. Alleluia. **¶** Cōfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sēculum misericordia eius. **Nō repetitur.** Allel. **sed immediate sequitur Tract.**

Laudate Dominum omnes gētes: & collaudate eum omnes populi. **¶** Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed incensum tantum.
Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me, mādāta mea seruate. Et ego rogabo Patrē, & aliū patrēclitū dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus nō potest accipere, quia non videt eū, nec scit eum. Vos autem cognoscētis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autē vidētis me: quia ego viuō, & vos viuētis. In illo die vos

cognoscētis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est, qui diligit me. Qui autē diligit me, diligetur a Patre meo: & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. **Non dicitur, Credo. Offertor.** Emitte spiritum tuum, & creabūtur, & renouabis faciē terre: sit gloria Dñi in sēcula, allel. **Secr.**

M Vnera, quæsumus Dñe, oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spirit⁹ illustratione emūda. Per Dominum, in vnitāte eiusdem. **Præfa.** Qui ascēdes super oēs celos. **Infra acionē.** Cōicantes, & diē sacratissimū Pentecostes celebrātes. & Hancigitur oblationē. fol. 221. **Et dicuntur vsque ad sequens Sabbatum inclusiue Communio.**

Vltimo festiuitatis die dicebat Iesus: Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia. **Postcommun.**

Sancti Spiritus, Dñe, corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fecūdet. Per Dominū, in vnitāte eiusdem Spiritus.

In Missis priuatis huius Vigiliæ, omisissis Prophetijs, Orationibus, & Litanijs, Missa absolute incipitur ab Introitu, vt infra. Introitus.



Vm sanctificatus fuero in vobis, cōgregabo vos de vniuersis terris: & effundā super vos aquā mūdā, & mūdabimini ab omnibus inquinamētis vestris: & dabo vobis spiritū nouum, allel. allel. **Psal.** Benedicā Dñm in omni tēpore: sēper laus eius in ore meo. **Præf.**

¶ Gloria. Deinde dicit Kyrie eleisō. Gloria in excelsis.



IN DOMINICA

PENTECOSTES.

Statio ad S. Petrum. Introitus.



Spiritus Domini repleuit orbem terrarū, alleluia: & hoc quod cōtinet omnia, scientiam habet vocis, alleluia,

alleluia, alleluia. **Psalm.** **E**xurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui odérunt eum, à facie eius. **V.** Gloria. **Oratio.**

Deus, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere: & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum. in vnitatem eiusdem Spiritus sancti.

Lectio Actuum Apostolorum.

Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de cælo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehemētis: & repleuit totam domum, vbi erant sedētes. Et apparuerūt illis dispersitæ linguæ tamquam ignis: seditque supra singulos eorū. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto: & cæperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Ierusalem habitantes Iudei, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est. Facta autem hac voce, cōuenit multitudo: & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisq. lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes. Nonne, ecce omnes isti qui loquuntur,

Galilæi sunt? Et quomodo nos audiimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrénem, & aduenæ Romani: Iudæi quoque, & Profélyti, Cretes & Arabes, audiimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. **A**lleluia, alleluia. **V.** Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Alleluia. **V.** Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. **Sequentia.**

Veni sancte Spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium.

Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium.

In labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium.

Olux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium.

Iua quod est sordidū, riga quod est aridum, sana quod est saucium.

Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est deuium.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenarium.

Da virtutis meritū, da salutis exitū,

Prat.
103.

le
genu-
flecti.
uu.

da perenne gaudium. Amen. Allel.

Et dicitur quotidie vsque ad sequens Sabbatum inclusiue.

Sequentia sancti Evangelij secundum Ioannem.

Ioan.
14. d

In illo tēpore : Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit : & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quē audistis, nō est meus : sed eius, qui misit me, Patris. Hęc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autē Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo : ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quęcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis : pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Nō turbetur cor vestrū, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis : Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me gauderētis utique, quia vado ad Patrem : quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat : vt cum factum fuerit, credatis. Iā non multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mūdi huius, & in me non habet quidquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem : & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. *Credo. Offertorium.*

Psal.
67.

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis : à templo tuo, quod est in Ierusalem, tibi offerent Reges munera, alleluia. *Secreta.*

Mvnera, quęsumus Domine, oblata sanctifica : & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum. in vnitāte eiusdem Spiritus sancti Deus. *Prelatio. Q*ui ascendēs. *C*ommu-

nicantes, & *H*anc igitur. fol. 227. *Communio.* Factus est repente de celo sonus tamquam aduenientis spiritus vehemētis, vbi erant sedentes, alleluia : & repleti sunt omnes Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, allel. *Postcomm.*

Sancti Spiritus, Domine corda nostra mundet infusio : & sui roris intima aspersione fecundet. Per Dominum. in vnitāte eiusdem Spiritus sancti Deus.

Infra Octauam Pentecost. non fit de aliquo festo Duplici, vel Semiduplici, sed post Octauam celebratur : de Simplici occurrenti post triduum fit commemoratio tantum.

F E R I A S E C V N D A

post Pentecosten.

Statio ad S. Petrum ad Vincula.

Introitus.



Ibavit eos ex adipe frumenti, alleluia : & de Petra, melle saturauite eos, alleluia, allel.

Psalm. E xultate Deo

adiutori nostro : iubilate Deo Iacob. *v.* Gloria Patri. *Oratio.*

Deus, qui Apostolistuis sanctū dedisti Spiritum : concede plebi tuę pię petitionis effectum : vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per Dominum. in vnitāte eiusdem Spiritus sancti.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis : Aperiens Petrus os suum, dixit. Viri fratres : nobis pręcepit Dominus prędicare populo, & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetę testimonium perhibent : remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes quę

cre-

credunt in eū. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebāt verbum. Et obstupuerūt ex circumcissione fideles, qui vènerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus. Nūquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi.

Alleluia, alleluia. *✠*. Loquebantur varijs linguis Apostoli magna Dei. Alleluia. *✠*. Veni sancte Spiritus, reple tuorū corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia. *V*eni sancte Spiritus. & in fine. Alleluia. vt supra. f. 283. **S**equentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus Nicodemo. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsū, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucē. Erant enim eorum mala opéra. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius: quia in Deo sunt facta. **Credo.**

Offertorium. Intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: & apparuerunt fontes aquarum, alleluia. **Secreta.**

Propitius, Domine quæsumus, hæc dona sanctifica: & hostiæ spiritualis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Dominum nostrum.

Communio. Spiritus sanctus docebit vos, alleluia: quæcūque dixerit vobis, alleluia, allel. **Postcomm.**

Adesto, quæsumus Domine, populo tuo, & quæ mysterijs cælestibus imbuisti, ab hostium furore defende. Per Dominum.

F E R I A T E R T I A

post Pentecosten.

Statio ad S. Anastasiam. **Introit.**



Accipite iucunditatem gloriæ vestræ, alleluia: gratias agentes Deo, allel. qui vos ad cælestia regna vocauit, alleluia, alleluia, alleluia. **Psal.** **A**tten dite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. *✠*. Gloria. **Oratio.**

Adsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti: quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum nostrum. in vnitæte eiusdem Spiritus sancti.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis. Cum audissent Apostoli, qui erāt Ierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum, & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine

Domini-

Domini Iesu . Tunc imponebant manus super illos , & accipiebant Spiritum sanctum . Alleluia , alleluia . *Ps.* Spiritus sanctus docebit vos quaecumque dixerō vobis . Alleluia . *Ps.* Veni sancte Spiritus , reple tuorum corda fidelium : & tui amoris in eis ignem accende . *Sequentia .* Veni sancte Spiritus . vt supra in Dominica Pentecostes . fol. 287 .

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem .

Ioan. **I**N illo tempore : Dixit Iesus Pharisæis . Amen , amen dico vobis : qui non intrat per ostium , in ouile ouium , sed ascendit aliunde : ille fur est & latro . Qui autem intrat per ostium : pastor est ouium . Huic ostiarius aperit , & oues vocem eius audiunt : & proprias oues vocat nominatim , & educit eas . Et cum proprias oues emisserit , ante eas vadit : & oues illum sequuntur , quia sciunt vocem eius . Alienum autem non sequuntur , sed fugiunt ab eo : quia non nouerunt vocem alienorum . Hoc prouerbiū dixit eis Iesus . Illi autem non cognouerunt , quid loqueretur eis . Dixit ergo eis iterum Iesus . Amen amen dico vobis : quia ego sum ostium ouium . Omnes quotquot venerunt , fures sunt & latrones : sed nō audierūt eos oues . Ego sum ostiū . Per me si quis introierit , saluabit : & ingredietur , & egredietur , & pascua inueniet . Fur non venit , nisi vt furetur , & mactet , & perdat . Ego veni , vt vitam habeant , & abundantius habeant . **Credo .**

Psal. **O**ffertorium . *77.* **P**ortas cæli aperuit Dominus & pluit illis manna , vt ederent : panem cæli dedit eis , panem Angelorum manducauit ho-

mo , alleluia .

Purificet nos , quæsumus Domine , muneris præsentis oblatio : & dignos sacra participatione efficiat . Per Dominum .

Communio . Spiritus qui à Patre procedit , alleluia : ille me clarificabit , alleluia , alleluia . **Postcomm.**

Mentes nostras quæsumus Domine , Spiritus sanctus diuinis replet sacramentis , quia ipse est remissio omnium peccatorum . Per Dominum nostrum . in vnitatem .

F E R I A Q V A R T A

Quatuor temp. Pentecost.

Statio ad S. Mariam maiorem .

Introitus.

DEus , dum egredereris coram populo tuo , iter faciens eis , habitans in illis , alleluia : terra mota est , cæli distillauerunt , alleluia , alleluia . *Psal.* E xurgat Deus , & dissipentur inimici ei : & fugiant , qui oderunt eum , à facie eius . *Ps.* Gloria Patri . **Post Kyrie eleison . dicitur ,** O remus . & non dicitur , Flectamus genua . **Oratio .**

Mentes nostras , quæsumus Domine , Paráclitus qui à te procedit , illuminet : & inducat in omnem , sicut tuus promissit Filius , veritatem . Qui tecum viuunt & regnat in vnitatem eiusdem Spiritus sancti Deus .

Lectio Actuum Apostolorum .

IN diebus illis . Sctas Petrus cum vndecim , leuauit vocem suam , & locutus est eis . Viri Iudæi , & qui habitatis Ierusalem vniuersi : hoc vobis notum sit , & auribus percipite verba mea . Non enim , sicut vos existimatis , hi ebrii sunt , cum sit hora diei tertia : sed hoc est , quod

quod dictū est per Prophetā Ioēl.
Eterit in nouissimis diebus, dicit
Dominus, effundā de spiritu meo
super omnem carnem: & propheta-
bunt filij vestri, & filia vestra: &
iuuenes vestri visiones videbūt, &
seniores vestri somnia somniabūt.
Et quidem super seruos meos, &
super ancillas meas in diebus illis
effundā de spiritu meo, & propheta-
bunt. Et dabo prodigia in cælo
sursum, & signa in terra deorsum,
sanguinem, & ignem, & vaporem
fumi. Sol conuertetur in tenebras,
& luna in sanguinem, antequam
veniat dies Domini magnus & ma-
nifestus. Eterit: omnis quicum-
que inuocauerit nomen Domini,
saluus erit. **A**lleluia. **V.** Verbo Do-
mini cæli firmati sunt: & spiritu
oris eius omnis virtus eorum.

Huc dicitur, Gloria in excelsis. &
postea. Dominus vobiscum. **O.**

Praesta quasumus omnipotens
& misericors Deus: vt Spiritus
sanctus adueniens, templū nos glo-
riae suae dignāter inhabitando perficiat.
Per Dñm. in vnitāte eiusdem.

**Ab hac die vsque ad Sabbatum se-
quēs inclusiue, post Orōnē diei dñi,
Contra persecutores Eccl. Oratio.**

Ecclēsiā tuā, quasumus Domi-
ne, preces placatus admitte: vt
destruētis aduersitatibus, & erro-
ribus vniuersis, secūra tibi seruiat
libertate. Per Dominum.

Ve. ad Epā. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor
& rector: famulum tuum **N.**
quem pastorem Ecclesiae tuae praese-
esse voluisti, propiti⁹ respice, da ei,
quasumus, verbo & exemplo, qui-
bus praest, proficere: vt ad vitam
vnā cum grege sibi credito, perue-
niat sempiternam. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Per manus autē ^{act}
Apostolorum fiebant signa & ⁶⁰
prodigia multa in plebe. Eterant
vnanimiter omnes in porticu Salo-
monis. Ceterorum autem nemo
audebat se coniungere illis: sed ma-
gnificabat eos populus. Magis au-
tem augebatur credētium in Dño
multitudo virorum ac mulierū: ita
vt in plateas eijcerent infirmos, &
pōnerent in lectulis & grabātis: vt
veniēte Petro, saltem vmbra illius
obumbrāret quemquam illorum,
& liberarentur ab infirmitatibus
suis. Concurrēbat autem & multi-
tudo vicinarum ciuitatum Ierusa-
lem, afferentes ægros, & vexatos à
spiritibus immundis: qui curaban-
tur omnes. **A**lleluia, allel. **V.** Veni
sancte Spiritus, reple tuorum
corda fidelium: & tui amoris in eis
ignem accende. **Sequentia.**

**Veni sancte Spiritus. vt in Domi-
nica Pentecostes. fol. 283.**

**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Ioannem.**

In illo tempore: Dixit Iesus tur- ¹⁰⁹
bis Iudeorum. Nemo potest ve- ⁶⁰
nire ad me, nisi Pater, qui misit me
traxerit eum: & ego resuscitabo eū
in nouissimo die. Est scriptum in
Prophetis: Et erunt omnes discipu-
les Dei. Omnis qui audiuit à Patre,
& didicit, venit ad me. Non quia
Patrem vidit quisquam, nisi is qui
est à Deo: hic vidit Patrem. Amen,
amen dico vobis: qui credit in me,
habet vitam æternam. Ego sum pa-
nis vitæ. Patres vestri manduca uē-
runt manna in deserto: & mortui
sunt. Hic est panis de cælo descen-
dens: vt si quis ex ipso māducauerit,
non moriatur. Ego sum panis
vivi, q̄ de cælo descēdi. Si quis mā-
duca-

ducānerit ex hoc pane, viuet in eter-
num. Et panis, quē ego dabo, caro
mea est pro mundi vita. *Credo.*

Psal.
118.

Offertorium. *M*editabor in man-
datis tuis, quę dilexi valde: & leuā-
bo manus meas ad mandata tua,
quę dilexi, alleluia. *Secreta.*

*A*ccipe quęsumus Domine
munus oblātum: & dignan-
ter operāre, vt quod myſterijs
agimus, pijs effectibus celebremus.
Per Dominum noſtrum.

Alia Secreta.

*P*rotege nos Domine, tuis my-
ſterijs ſeruiētes: vt diuinis re-
bus inhārentes, & corpore tibi fa-
mulemur, & mēte. Per Dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

*O*blātis, quęsumus Dñe, placā-
re muneribus: & famulum
tuum *N.* quem paſtorem Eccleſiæ
tuę præſſe voluisti, aſſidua prote-
ctione gubernā. Per Dominum.

Joan.
14.

Communio. *P*acem relinquo vo-
bis, alleluia, pacem meā do vobis,
alleluia, alleluia. *Postcommun.*

*S*umentes Domine, cęlestia sa-
cramenta, quęsumus clemen-
tiam tuam: vt quod temporaliter
gērimus, eternis gaudijs conſequa-
mur. Per Dominum.

Alia Postcommun.

*Q*uęsumus Domine Deus no-
ſter: vt quos diuina tribuis
participatione gaudere, humanis
non ſinas ſubiacerē periculis. Per
Dominum noſtrum.

Vel pro Papa.

*H*ęc nos, quęsumus Dñe, di-
uini ſacramēti perceptio pró-
teget: & famulum tuum *N.* quem
paſtorem Eccleſiæ tuę præſſe vo-
luisti, vnā cum commiſſo ſibi grege
ſaluet ſemper, & muniat. Per Do-
minum noſtrum.

F E R I A Q V I N T A

post Pentecosten.

Statio ad S. Laurentium extra muros.

Intrōitus.



*S*piritus Domini reple-
uit orbem terrarum,
alleluia: & hoc quod
continet omnia, ſcien-
tiam habet vocis, alle-
luia, alleluia, allelu. *Psal* *E*xurgat
Deus, & diſſipētur inimici eius: &
fugiant qui odērunt eum, à facie
eius. *Oratio.*

*D*eus, qui hodierna die corda
fidelium ſancti Spiritus illu-
ſtratione docuiſti: da nobis in eo-
dem Spiritu recta ſapere, & de eius
ſemper conſolatione gaudere. Per
Dominum noſtrum. In vnitate
eiuſdem Spiritus.

Alia Oratio. *E*cclēſiæ tuę. *vel*
*D*eus omnium fidelium. *vt ſupra.*
folio 287.

*L*ectio Actuum Apoſtolorum.
*I*n diebus illis: Philippus deſcē-
dens in ciuitatem Samarię, præ-
dicabat illis Chriſtum. Intende-
bant autem turbę his, quę dicebā-
tur à Philippo, vnanimiter audiē-
tes & videntes ſigna, quę faciebat.
Multi enim eorum, qui ha-
bebant ſpiritus immundos, cla-
mātes voce magna, exibant. Multi
autem paralytici & claudi curati
ſunt. Factum eſt ergo gaudium
magnum in illa ciuitate.

*A*lleluia, alleluia. *Oratio.* Emitte ſpi-
ritum tuum, & creabuntur, & reno-
uabis faciē terrę. Alleluia. *Oratio.* Veni
ſanctę Spiritus, reple tuorū cor-
da fidelium: & tui amoris in eis
ignem accende. *Sequentia.*

*V*eni ſanctę Spiritus. *vt in Domi-
nica Pentecostes.* fol. 283.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Conuocatis Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia: & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tulêritis in via: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quacumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella, euangelizantes, & curantes vbique. **Credo.**

Offertorium. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: à tēplo tuo, quod est in Ierusalē, tibi offerrent Reges munera, allel. **Secreta.**

Mvnera, quæsumus Domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum. in vnitatem eiusdem.

Altera Secreta. Prôtege nos. vel Oblatis. vt supra. fol. 288.

Communio. Factus est repente de celo sonus tamquam aduenientis spiritus vehemētis, vbi erant sedētes, alleluia: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Sancti Spiritus, Domine corda nostra mundet infusio: & suorum intima asperzione fecundet. Per Dominum. in vnitatem eiusdem Spiritus sancti Deus.

Alia postcomm. Quæsumus Dñe. vel Hęc nos. vt sup. f. 288.

M. N. R.

F E R I A S E X T A

Quatuor temp. Pentecost.

Statio ad SS. duodecim Apostolos.

Introrsus.



Repleatur os meum laude tua, alleluia: vt possim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, allelu. **Psal. I** n te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me. **v. Gloria Patri.**

DA quæsumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus: vt sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum. in vnitatem eiusdem.

Secunda Oratio. Ecclesiæ tuæ. vel Deus omnium fidelium. vt supra in terra quarta. fol. 287.

Lectio Ioelis prophetæ.

Hæc dicit Dñs Deus. Exultate filiæ Sion, & lætamini in Dño Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut in principio. Et implebuntur aræ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et comedētis vescētes, & saturabimini: & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia: & non confundetur populus meus in sempiternum. Et sciētis, quia in medio Israēl ego sum: & ego Dominus Deus vester, & non est amplius: & nō confundetur populus meus in æternum: ait Dominus omnipotēs. Alleluia, alleluia. **v. O** quam bonus & suavis est Domine, spiritus tuus in nobis. Alleluia. **v. Veni** sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tu

T amo-

amoris in eis ignem accende.

Sequentia. Veni sancte Spiritus.
vt supra in Dominica. fol. 283.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc.
5 d

IN illo tempore: Factum est in vna dierum, & Iesus sedebat docens. Et erant Pharisei sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalê: & virtus Domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portâtes in lecto hominē, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & pōnere ante illum. Et non inueniētes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderūt supra tectum, & per tégulas submisērunt eum cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisei, dicentes. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorū, respondens, dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere. Dimittatur tibi peccata: an dicere, Surge, & ambula? Vt autē sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, tolle lectum tuū, & vade in domum tuam. Et confestim surgēs coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abiit in domū suam, magnificans Deū: Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant Deū. Et repleti sunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. **C**redo.

Psal.
145.

Offertorium. Iauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo, quam diu fuero, alleluia.

Secreta.

Sacrificia Domine, tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus absumat, qui Discipulorum Christi filij tui per Spiritum sanctum corda succendit. Per eundem Dominum. in vnitatem eiusdem.

Alia Secreta. **P**rotege. vel **O**blatis. vt in feria quarta. fol. 288.

Communio. Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, alleluia: & gaudebit cor vestrum, alleluia. *Postcommunio.*

Sumpsimus, Domine, sacri donamysterij, humiliter deprecātes: vt quæ in tui commemorationem nos facere præcepisti, in nostræ proficiat infirmitatis auxiliū. Qui viuus. *Altera postcōm.* Quæsumus Dñe. vel **H**æc nos. vt su. in ter. iij. f. 288.

S A B B A T O

Quatuor temp. Pentecost.

Statio ad S. Petrum.

Introitus.



Haritas Dei diffusa est in cordibus nostris, alleluia: per inhabitantem spiritum eius in nobis, alleluia, alleluia. *Psal.* **B**enedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. **V.** Gloria Pat. *Post.* **K**yrie eleis. *dicatur.* **O** remus tantum, sine **F**lectamus genua. & similiter ad **O**rationes sequētes.

Oratio.

Mentibus nostris, quæsumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde: cuius & sapientia conditi sumus, & prouidentia gubernamur. Per Dominum. in vnitatem eiusdem.

Lectio Ioëlis prophetæ. **H**æc dicit Dominus Deus. Effundam spiritum meū super omnem carnem: & prophetabunt filij

filij vestri, & filia vestra. Senes vestri somnia somniant: & iuvenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos meos & ancillas meas, in diebus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in caelo sursum, & signa in terra deorsum: sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem: antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et erit: omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. *Alleluia. v.* Spiritus est qui viuificat: caro autem non prodest quidquam. *O remus. Oratio.*

Illo nos igne, quæsumus Domine, Spiritus sanctus inflammet: quem Dominus noster Iesus Christus misit in terram: & voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit & regnat in vnitatem eiusdem Spiritus sancti.

Lectio libri Leuitici.

In diebus illis: Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Loquere filiis Israël, & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primitias messis vestrae ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die sabbati: & sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die sabbati, in quo obtulistis manipulos primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadae septimae. Et sic offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris: panes primitiarum duos de duabus decimis similiae: quos eleuabit sacerdos coram Domino. Et vocabitis hunc diem celeberrimum,

atque sanctissimum. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris: dicit Dominus omnipotens.

Alleluia. v. Spiritus eius ornauit caelos. *O remus. Oratio.*

Deus, qui ad animarum medellam, ieiunij deuotione castigari corpora praecipisti: concede nobis propitius, & mente & corpore tibi semper esse deuotos. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Deuteronomij.

In diebus illis: Dixit Moyses filiis Israël. Audi Israël, quæ ego praecipio tibi hodie. Cum intraueris terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo: pergesque ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius. Accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum. Profiteor hodie coram Domino Deo tuo: qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem atque angustiam: & eduxit nos de Aegypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portetis: & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte, & melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terrae, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui. Et adotato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quae Dominus Deus tuus dederit tibi. *Alleluia. v.* Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes.

Oremus. *Oratio.*

Praesta quaesumus omnipotens Deus, vt salutaribus ieiunijs eruditi, ab omnibus etiam vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dominum.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen. Loquere filijs Israël, & dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea: dabo vobis pluuia temporibus suis, & terra gignet germen suum: & pomis arboris replebuntur. Apprehedet messem trituram vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit, qui exterreat. Auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros: & corruent coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum: & vetera nouis superuenientibus proieciatis. Ponom tabernaculum meum in medio vestri: & non abiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosque eritis populus meus: dicit Dominus omnipotens.

Alleluia. V. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Oremus. *Oratio.*

Praesta quaesumus omnipotens Deus, sic nos ab epulis carnali-

bus abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Dominum.

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis: Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldaeis ministris Regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiae intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes.

Hic non respondetur, Deo gratias.

Alleluia. V. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis in saecula.

Finito. V. dicit Gloria in excelsis, deinde, Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

Deus, qui tribus pueris mitigaisti flammam ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum. *Secunda Oratio. Ecclesiae tuae, vel Deus omnium fidelium. vt supra in feria quarta. fol. 287.*

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Iesum Christum Dominum nostrum: per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriae filiorum Dei. Non solum autem: sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam

ope-

operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem. Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Tractus.

I audate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi.

v. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Sequentia. Veni sancte Spiritus.

vt sup. in Dominica Pentec. f. 283.

sed in fine non dicitur. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Surgens Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febrim: & dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occidisset: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem demonia a multis, clamantia & dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum.

Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venérunt usque ad ipsum: & detinebant illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ. **Credo. Offertorium.**

Domine Deus salutis meæ, in die 1027 clamaui, & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine, alleluia. **Secreta.**

Vt accepta tibi sint Domine, nostra ieiunia: præsta nobis quæsumus, huius munere sacramenti purificatum tibi peccatus offerre. Per Dominum.

Altera Secreta. Protege nos. **vel** Oblatis quæsumus. **vt in fer. iij. f. 288.**

Communio. Spiritus ubi vult spirat: & vocem eius audis, alleluia, 1028 alleluia, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, alleluia, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Præbeant nobis Domine, diuinum tua sancta feruorem: quod eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per Dominum.

Altera postcommunio. Quæsumus Domine. **vel** Hæc nos quæsumus. **vt supra. fol. 288.**





I N F E S T O

SS. TRINITATIS.

Introitus.



Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Psal. Domine Dñs noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. **Gloria Patri.** **Oro.**

Omnipotens sempiternae Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potetia maiestatis adorare vnitatem: quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum.

Deinde in omnem. de Dominica prima post Pentecost Oratio.

Deus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, presta auxiliū gratiæ tuæ: vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi, & actione placeamus. Per Dñm.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

O Altitudo diuitiarum sapietia & sciētia Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Dñi: aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuētur ei? Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria, in sæcula sæculorum, Amen. **Graduale.**

Benedictus es Domine, qui intuëris abyssos, & sedes sup Cherubim.

V. Benedictus es Domine in firmamento cæli, & laudabilis in sæcula.

Alleluia, alleluia. **V.** Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis in sæcula. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia, quæcumque mandauimus vobis. Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi. **C**redo.

Offertorium. Benedictus sit Deus Pater, vnigenitusq. Dei Filius, sãc^o quoque Spiritus: quia fecit nobiscū misericordiam suam. **Secreta.**

Sanctifica, quæsumus Domine Deus noster, per tui sancti nominis inuocationē, huius oblationis hostiam: & per eam nosmetipsos tibi perface munus æternum. Per Dominum.

Pro Dominica. Secreta.

Hostias nostras, quæsumus Domine, tibi dicatas placat^o assume, & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per Dñm.

Prefatio. Qui cum vnigenito Filio tuo. vt supra. fol. 223. **Communio.**

Benedicimus Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. **Oratio commun.**

Proficiat nobis ad salutem corporis & animæ, Domine Deus

noster huius sacramenti susceptio:
& sempiternæ sanctæ Trinitatis,
eiusdemque indiuiduæ ynitatis cõ-
fessio. Per Dominum.

Pro Dom. i. ca. Postcommunio.

Tantis Domine, repleti mu-
neribus, præsta quæsumus: vt
& salutaria dona capiamus, &
à tua numquam laude cessemus.
Per Dominum.

*In fine Missæ legitur Euangelium
Dominicæ sequentis, infra. 297.*

DOMINICA PRIMA

post Pentecost. Introitus.

Domine, in tua miseri-
cordia speravi: exul-
tauit cor meum in sa-
lutari tuo: cantabo
Domino, qui bona
tribuit mihi. *Psalmus. V* s queuo
Domine obliuisceris me in finem?
vsquequo auertis faciem tuã à me?

psal.
12

blid.

Gloria Patri.

Oratio.

Deus in te sperantium fortitu-
do, adesto ppitius inuocatio
nibus nostris: & quia sine te nihil
potest mortalis infirmitas, præsta
auxilium gratiæ tuæ: vt in exequẽ-
dis mandatis tuis, & voluntate tibi
& actione placeamus. Per Domi-
num nostrum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.

Oratio.

Acunctis nos, quæsumus Do-
mine, mentis & corporis de-
fende periculis: & intercedente
beata & gloriosa semper virgine
Dei genitricis Mariæ, cum beatis
Apostolis tuis Petro & Paulo, at-
que beato **N.** & omnibus sanctis,
salutem nobis tribue benignus &
pacem: vt destructis aduersitatibus
& erroribus vniuersis, Ecclesia tua
secúra tibi seruiat libertate.

*Et dicitur in Missis tam de Tem-
pore, quam de Sanctis, vsque ad
Aduertum, nisi sit Duplex, vel infra
Ostauam. Tertia verò Oratio di-
catur ad libitum sacerdotis.*

Lectio Epist. B. Ioannis Apostoli.

Charissimi. Deus charitas est. 1. fol
4. b
In hoc apparuit charitas Dei
in nobis: quoniam filium suum vni-
genitum misit Deus in mundum,
vt viuamus per eum. In hoc est cha-
ritas: non quasi nos dilexerimus
Deum: sed quoniam ipse prior di-
lexit nos, & misit filium suum pro-
pitiacionem pro peccatis nostris.
Charissimi, si sic Deus dilexit nos,
& nos debemus alterutrum dilige-
re. Deum nemo vidit vquam. Si di-
ligamus inuicẽ, Deus in nobis ma-
net: & charitas eius in nobis perfe-
cta est. In hoc cognoscimus, quo-
niam in eo manemus, & ipse in no-
bis: quoniã de spiritu suo dedit no-
bis. Et nos vidimus, & testifica-
mur: quoniã Pater misit filium suum
saluatorem mundi. Quisquis con-
fessus fuerit, quoniã Iesus est filius
Dei: Deus in eo manet, & ipse in
Deo. Et nos cognouimus, & credi-
dimus charitati, quam habet Deus
in nobis. Deus charitas est: & qui
manet in charitate, in Deo manet,
& Deus in eo. In hoc perfecta est
charitas Dei nobiscum, vt fiducia
habeamus in die iudicij: quia sicut
ille est, & nos sumus in hoc mudo.
Timor non est in charitate: sed per-
fecta charitas foras mittit timo-
rem: quoniam timor penam habet.
Qui autem timet, non est perfectus
in charitate. Nos ergo diligamus
Deum: quoniã Deus prior dilexit
nos. Si quis dixerit, quoniã diligo
Deum, & fratrem suum oderit: mē-
dax est. Qui enim non diligit fra-
trem

trem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. *Graduale.*

Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccauit tibi. *V.* Beatus qui intelligit super egenū & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. *Alleluia*, alleluia. *V.* Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. *Alleluia.*

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, & nō iudicabimini: nolite condemnare, & non cōdemnabimini. Dimittite, & dimittentini: date, & dabitur vobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autē illis & similitudinem. Numquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autē omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucā in oculo fratris tui: trabem autē quæ in oculo tuo est, non cōsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse trabem in oculo tuo non videns? Hypócrita, eijce primū trabem de oculo

tuo: & tunc perspicias, vt educas festucam de oculo fratris tui.

Offertorium Intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus: quoniam ad te orabo Domine.

Secreta.

Hostias nostras quæsumus Domine, tibi dicatas placatus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.
Secreta.

Exaudi nos De⁹ salutaris noster, vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuëaris: gratiā tribuēs in præsentī, & gloriā in futuro.

Tertia ad libitum sacerdotis.

Communio. Narrabo omnia mirabilia tua: labor, & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime.

Postcommun.

Tantis Domine, repleti muneribus, præsta quæsumus: vt & salutaria dona capiamus, & à tua numquam laude cessemus. Per Dominum.

Ad poscenda suffragia Sanctorum.
Postcommun.

Mundet & muniat nos, quæsumus Domine, diuini sacramenti munus oblātum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatibus expiātos, & aduersitatibus expeditos.

Tertia ad libitum sacerdotis.



IN SOLEMNITATE

CORPORIS CHRISTI.

Introitus.



Itavit eos es adipe frumenti, alleluia: & de petra, melle saturavit eos, alleluia, alleluia, alleluia. *Psal.*

Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Jacob. *V.* Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriā reliquisti: tribue quæsumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari: ut redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Ego enim accēpi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniā Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens fregit, & dixit. Accipite & manducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnavit, dicēs. Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim māducābitis panem hunc, & calicem bibētis: mortem Domini annuntiābitis, donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem hūc: vel biberit calicem Dñi indigne: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic

de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicās corpus Domini.

Grad. **O**culi omnium in te sperant Domine: & tu das illis escā in tempore opportuno. *V.* Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Alleluia, alleluia.

V. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. *Itean. 6.*

Sequentia.

Lauda Sion Salvatorem, lauda ducem & pastorem, in hymnis & canticis.

Quantū potes, tantū aude: quā maior oī laude, nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis, panis viū & vitalis hodie proponitur.

Quē in sacrę mēsa cēnæ, turbæ fratrum duodenæ datū non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora, sit iucunda, sit decora, mentis iubilatio.

Dies enim solēnis agit, in qua mensē prima recolitur huius institutio.

In hac mēsa novi Regis, novū pascha nouę legis, phase vet^o terminat.

Vetustatem novitas, vmbra fugat veritas, noctem lux eliminat.

Quod in cēna Christus gessit, faciē dum hoc expressit in sui memoriā.

Docti sacris institutis, panē vinum in salutis consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis, quod in carnem transit panis, & vinum in sanguinem.

Quod non capis, quod non vides, animo-

animosa firmat fides, præter rerum ordinem.

Sub diuersis speciebus, signis tantū, & non rebus, latent res eximiæ.

Caro cibus, sanguis potus: manet tamen Christus totus sub vtrâque specie.

Asumente non concisus, non fractus, nõ diuisus, integer accipit. **S**umit vnus, sumunt mille: quantum isti, tantum ille: nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali: forte tamen inæquali, vitæ vel intéritus.

Mors est malis, vita bonis: vide paris sũptionis, quàm sit dispar exitus.

Fracto demũ Sacramento, ne vacilles, sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tégitur.

Nulla rei fit scissura: signi tantum fit fractúra: qua nec status, nec statura signati minuitur.

Foce panis Angelorum, factus cibus viatorum: vere panis filiorum, non mittendus canibus.

In figuris præsignatur, cum Isaac immolatur: agnus paschæ deputatur: datur manna patribus.

Bone pastor, panis vere, Iesu nri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre i terra viuentiũ.

Tu, qui cuncta scis & vales, qui nos pascis hic mortales: tuos ibi comensales, coheredes & sodales fac sanctorum ciuium, Amen. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudaorũ. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, &

ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de celo descendit. Nõ sicut manducauerunt patres vestri manna: & mortui sunt. Qui manducat hunc panẽ, viuet in eternũ. **C**redo. **O**ffertorium. **S**acerdotes Domini incensum & panes offerunt Deo: & ideo sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius, alleluia.

Secreta.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, vnitatis & pacis propitius dona concede: quæ sub oblatis muneribus mystice designantur. Per Dominum nostrum.

Præfatio de Natiuitate. **Q**uia per incarnati Verbi. fol. 209.

Et dicitur per totam octauam.

Communio. **Q**uotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat: itaque quicumque manducauerit panem vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini, alleluia.

Postcommunio.

Fac nos, quæsumus Domine, diuinitatis tuæ sempiterna fruitione repleri: quam pretiosi Corporis & Sanguinis tui temporalis perceptio præfiguratur. Qui viuus & regnas cum Deo Patre.

Intra Octauam dicitur hæc eadem Missa, & non fit de aliquo Sancto, nisi fuerit Duplex: in die Octauæ non fit nisi de festo Sancti Ioannis Baptiste, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, si occurrant, cum commemoratione Octauæ. **I**ntra Octauam secunda Oratio de Sancta Maria, **C**oncede nos. **t**ertis **E**cclesiæ tuæ. **v**el **D**eus omnium fidelium. **v**t supra. folio 268.

DOMINICA INFRA

*Octauam Corporis Christi,
secunda post Pentecosten.*

Introitus.



Actus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me. *Psalm.*

Diligam te Domine virtus mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

v. Gloria Patri. Oratio.

Sancti nominis tui Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuae dilectionis instituis. Per Dominum.

Deinde fit commemor. de Octaua Corporis Christi. Deus qui nobis. *vt supra.* fol. 299.

Lectio Epistolae. B. Ioannis Apostoli.

Charissimi. Nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & cluserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua: sed opere & veritate.

Grad. Ad Dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. *v. Do-*

mine, libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Alleluia. alleluia. *v.* Domine Deus in te speraui, saluum me fac ex omnibus persecutibus me, & libera me. Alleluia. *Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.*

In illo tempore: Dixit Iesus Pharisaeis parabolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnam: & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cenae dicere inuitatis, vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Et coeperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei. Villam emi: & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit. Vxor emi duxi: & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo. Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, & caecos & claudos introduchuc. Et ait seruus. Domine, factum est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meam. *Credo. Offertorium.*

Domine conuertere, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. secreta.

Oblatio nos Domine, tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad caelestis vitae transferat actionem. Per Dominum.

De Octaua Corporis Christi. Secr. Ecclesiae tuae. fol. 300. *Communio.*

Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Do-

mini

ps. 7.

Luc. 14. c

ps. 6.

psal. 112.

in ini Altissimi. *Postcommunio.*
Sumptis muneribus sacris, quæsumus Domine, vt cum frequentatione mysterij, crescat nostræ salutis effectus. Per Dominum.

De Octaua Corporis Christi.

Postcō. I ac nos, quæsumus. f. 300.

DOMINICA TERTIA
post Pentecost. Introitus.

Psal.
 24.



Respice in me, & miserere mei Domine: quoniam vnicus, & pauper sum ego: vide humilitatem meam, & la-

Ibidē.

borem meū: & dimitte omnia peccata mea, Deus meus. *Psal.* Ad te Domine leuavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. *V.* Gloria Patri. *Oratio.*

Prorector in te sperantiū Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Per Dominum.

Secunda Oratio, A cunctis nos. *77*
in Dominica j post Pentec. 296.

Tertia ad libitum sacerdotis.

lectio Epistolæ B. Petri Apostoli.

1. Pet.
 5. b

Charissimi. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tēpore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proijcetes in eum: quoniā ipsi est cura de vobis. Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tāquā leo rugiens, circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, quæ in mūdo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicū pas-

fos ipse perficiet, cōfirmabit, solida bitque. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorū, Amen. *Graduale.*

Iacta cogitatum tuum in Dño: & ipse te enutriet. *V.* Dum clamare ad Dñm, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

Alleluia, alleluia. *V.* Deus iudex iustus, fortis & patiens, numquid irascitur per singulos dies? Allelu. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Pharisei & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicēs. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnā ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat donec inueniat illam? Et cū inuenerit eā, imponit in hūmeros suos gaudens, & veniens domum, cōnuocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam, quæ perierat. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cælo super vno peccatore penitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui nō indigent penitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decē: si perdiderit drachmā vnā, nonne accendit lucernā, & euertit domum, & querit diligenter, donec inueniat eam? Et cū inuenerit, cōnuocat amicas & vicinas, dicens: Cōgratulamini mihi: quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis: gaudium erit corā Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. **C**redo. **O**fferret. **S**perent in te omnes, qui nouē-

nouerunt nomen tuum Domine: quoniam non derelinquis quærentes te: psallite Domino qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationem pauperum. **Secreta.**

Respice Domine, munera supplicat[i]o[n]is Ecclesiæ: & salutem credentium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per Dominum.

Alia Secreta, Exaudi nos Deus, vt supra. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

Communio. Dico vobis: gaudium est Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. **Postcom.**

Sancta tua nos, Domine sumpta viuificent: & misericordie sempiternæ præparent expiatis. Per.

Altera postcommun. Mundet & muniat. vt supra. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA QUARTA post Pentecosten. Introitus.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quæ timebo? Dominus defensor vite meæ, à quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. **Psalmus.** Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

DA nobis, quæsumus Domine, vt & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: & Ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per Dominum nostrum.

Secunda Oratio, A cûctis nos. vt supra. fol. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Existimo, quod non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelat

bitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertate gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, ad optionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri: in Christo Iesu Domino nostro.

Graduale. Propitius esto Domine peccatis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum. **V.** Adiua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui Domine libera nos. **A**lleluia, alleluia.

V. Deus, qui sedes super thronum, & iudicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione. **Allel.** **S**equentia sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audiret verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Vt autem cessauit loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi. Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Rumi-

pc 78.

pc 9.

lue,

12

17

pebâ

pebatur autem rete eorum. Et annuerunt focijs, qui erant in alia nauis, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pane mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, prouidit ad genua Iesu, dicens. Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant focij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus. Noli timere: ex hoc iam eris homines capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. **Credo.**

Offertoriū. Illumina oculos meos, ne vquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, prauului aduersus eum. **Secreta.**

Oblationibus nostris, quæsumus Domine, placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles copelle propitius voluntates. Per Dñm.

Alia Secreta. Exaudi nos Deus. vt supra. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

Communiō. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, Deus meus, adiutor meus. **Postcommun.**

Mysteria nos, Domine quæsumus, sumpta purificent: & suo munere tueantur. Per Dñm.

Alia postcommun. Mundet & muniat. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA QUINTA post Pentecosten. Introitus.

Exaudi Dñe vocem meam, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus, salutaris meus.

Psal. Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? **Gl.** Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium superant consequamur. Per Dominum.

Secunda Oratio. A cunctis nos. vt supra. fol. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

Charissimi. Omnes vnanimis in oratione estote, patientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos: coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquatur dolium. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam. Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorem autem eorum ne timeatis, & non conturbemini. Dominum autem Iesum Christum sanctificate in cordibus vestris. **Graduale.**

Protector noster aspice Deus: & respice super seruos tuos. **Domine** Deus virtutum, exaudi preces seruorum tuorum. **Alleluia, alleluia.** Domine in virtute tua letabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer. **Alleluia.**

Sequen-

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abūdauerit iustitia vestra plus quā Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis, quia dictū est antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: quia omnis q̄ irāscitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tu⁹ habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. **C**redo.

Offertorium. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam Deum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. **Secreta**

Propitiare Domine, supplicationibus nostris: & has oblationes famulorū famularumque tuarum benignus assume: vt quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutē. Per Dominum.

Alia Secreta. Exaudi nos Deus. vt supra. f. 297. **Tertia ad libitum**

Communio. Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. **Postcommunio**

Quos cælesti, Domine, dona satisfasti: præsta q̄sumus, vt à nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per Dñm.

Altera postcō. Mundet & muniat. vt supra. f. 297. **Tertia ad libitum.**

M.N.R.

DOMINICA SEXTA

post Pentecosten. **Introitum.**



Dominus fortitudo plebis sue, & protector salutarium Christi sui est: saluū fac populū tuum Domine, & benedic hereditati tuę, & rege eos vsque in sæculum. **Psal.** A d te Domine clamabo, Deus meus ne fileas à me: ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum. **Ibidē,**

Gloria Patri.

Oratio.

Deus virtutum, cuius est totū quod est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis, & præsta in nobis religionis augmentum: vt quæ sunt bona, nutritias, ac pietatis studio, q̄ sunt nutrita, custodias. Per Dominum.

Secundū Oratio. Acunctis nos, vt in. **Dñici i. post Pentecost.** f. 296.

Tertia ad libitum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Quicumque baptizati sum⁹ in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismū in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulēmus. Si enim complātati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruat corpus peccati, vt vltra nō seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificat⁹ est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus, quia simul etiam viuemus cū illo. Scientes, quia Christus resurgēs ex mortuis, iam nō moritur: mors illi vltra

V

yltra

ultra nō dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortu⁹ est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos exultate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo: in Christo Iesu Domino nostro.

Graduale.

Pf. 59. **C**onuertere Domine aliquantulum: & deprecare super seruos tuos.

V. Domine refugium factus es nobis, à generatione & progenie.

Pf. 36. **A**lleluia, alleluia. **V.** In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iusticia tua libera me, & eripe me: inclina ad me aurem tuam, accētera, vt eripias me. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

Mar. 8. **I**n illo tempore: Cū turba multa esset cū Iesu, nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis, ait illis. Misereor sup turbā, q̄a ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod mādúcent. Et si dimiserō eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidā enim ex eis de longe uenerunt. Et responderūt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturāre panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septē. Et præcepit turbæ discumbere sup terram. Et accipiens septem panes gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt appōnerēt: & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit appōni. Et māducauerūt, & saturati sūt. Et sustulerūt, qđ superauerat de fragmentis, septē sportas. Erant autē qui māducauerant, quasi quatuor millia & dimisit eos. **C**redo.

Pf. 16. **O**fferendum. **P**erfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur uestigia mea: inclina aurem tuam,

& exaudi uerba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te, Domine. **Secreta.**

Propitiare Domine, supplicationibus nostris, & has populi tui oblationes benignus assume: & vt nullius sit irritum votū, nullius uacua postulatio, præsta, vt quod si deliter petimus efficaciter consequamur. Per Dominum.

Alia Secreta, Exaudi nos. fol. 297.

Tertia ad libitum. Communio.

Circuibo, & immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cātabo, & psalmum dicam Domino.

Postcommun.

Repleti sumus Domine, muneribus tuis: tribue q̄sumus, vt eorum & mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per Dominū.

Alia postcommun. Mundet & muniat. f. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA VII.

post Pentecosten. **Introitus.**



Quoniam dominus excelsus, terribilis: rex magnus super omnem terram. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cūcta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Per Dominum.

Secunda Oratio, Acunctis nos. vt supra. f. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Humanum dico, propter infirmitatē carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati

tati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitię, in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis. Nam finis illorum, mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna: in Christo Iesu Domino nostro. *Graduale.*

Ps. 33. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. *Ps.* Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestrę non confundetur. *Alleluia,* alleluia. *Ps.* Omnes gentes plaudite manibus, iubilare Deo in voce exultationis. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

Matth. 7. c. **I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vvas, aut de tribulis ficus? Sic, omnis arbor bona, bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. *Credo. Offertorium.*

Dan. 3. Sicut in holocaustis arietum &

taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi: quia non est confusio confidentibus in te, Domine.

Secreta.

DEus, qui legalium differentiam hostiarum, vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tibi famulis, & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: ut quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum.

Alia Secreta, Exaudi nos. fol. 397.

Tertia ad libitum. Communio.

Inclina aurem tuam, accelera, ut eripias me. *Postcommunio.*

TVa nos, Domine, medicinalis operatio, & a nostris peruersitatibus clementer expediat, & ad ea quę sunt recta, perducatur. Per Dominum nostrum.

Altera postcommun. Mundet & muniat. f. 297. Tertia ad libitum.

DOMINICA VIII.
post Pentecost. *Insuper.*



Scipimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua. *Psalmus. Magnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.*

Ps. Gloria Patri.

Oratio.

LArgite nobis, quęsumus Domine, semper spiritum cogitandi quę recta sunt, propitius & agendi: ut qui sine te esse non possumus, secundum te viuere valeamus. Per Dominum.

Secunda Oratio. **A** cunctis nos.
vt supra. f. 296. **Tertia ad libitum.**
Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
ad Romanos.

Rom.
B.
Fratres. Debitores sumus, non
carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vi-
xeritis moriemini. Si autem spiritu
facta carnis mortificaueritis: viue-
tis. Quicumque enim spiritu Dei
aguntur: ij sunt filij Dei. Non enim
accepistis spiritum seruitutis iterum
in timore: sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum, in quo clamamus,
Abba, pater. Ipse enim spiritus
testimoniū reddit spiritui nostro,
quod sumus filij Dei. Si autem filij:
& heredes. Heredes quidem Dei,
coheredes autē Christi. **Graduale.**

Psal.
30.
Esto mihi in Deum protectorem, &
in locū refugij, vt saluū me facias.

Psal.
47.
Deus in te speraui: Domine nō
confundar in æternum. **A**llel. allel.

Psal.
47.
Magnus Dominus & laudabilis
valde, in ciuitate Dei nostri, in mōte
sancto eius. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Lucam.

Luc.
16.
In illo tēpore: Dixit Iesus disci-
pulis suis parabolā hanc. Homo
quidam erat diues, q̄ habebat villi-
cum: & hic diffamatus est apud il-
lū, quasi dissipasset bona ipsius. Et
vocauit illum, & ait illi. Quid hoc
audio de te? Redde rationem villi-
cationis tue: iam enim non poteris
villicare. Ait autē villicus intra se.
Quid faciam, quia dominus meus
aufert à me villicationē? Fodere nō
valeo: medicare erubesco. Scio qd
faciā: vt cū amōtus fuero à villica-
tione, recipiant me in domos suas.
Cōuocatis itaque singulis debito-
ribus domini sui, dicebat primo.
Quantum debes domino meo? At

ille dixit: Cētū cados olei. Dixitq̄
illi. Accipe cautionem tuam: & fe-
de cito, scribe quinquaginta. Dein
de alij dixit. Tu vero quantum de-
bes? Qui ait: Centum coros tritici.
Ait illi. Accipe litteras tuas, & scri-
be octoginta. Et laudauit dominus
villicum iniquitatis, quia prudēter
fecisset: quia filij huius sæculi pru-
dētiores filijs lucis in generatione
sua sunt. Et ego dico vobis: Facite
vobis amicos de mammona iniqui-
tatis: vt cum defeceritis, recipiant
vos in æterna tabernacula. **C**redo.

Psal.
17.
Offertorium. **P**opulum humilem
saluum facies Domine, & oculos
superborum humiliabis: quoniam
quis Deus præter te Dñe? **Secreta.**

Suscipe quesumus Domine, mu-
nera, quæ tibi de tua largitate
deferimus: vt hæc sacrosæcta myste-
ria gratiæ tuæ operante virtute, &
præsenti vitæ nos conuersatione
sanctificent, & ad gaudia sempiter-
na perducant. Per Dominum.

Alia Secr. **E**xaudi nos. vt su. f. 297.

Tertia ad libitum. Communio.

Cultate, & videte, quoniam suauis
est Dominus: beatus vir, qui spe-
rat in eo. **Psal.**
33.
Postcommunio.

Sit nobis Dñe, reparatio mentis
& corporis cæleste mysterium:
vt, cuius exequimur cultum, sen-
tiamus effectum. Per Dominum.

Alia postcommun. **M**undet & mu-
niat. fol. 297. **Tertiam ad libitum.**

DOMINICA NONA
post Pentecost. **Introitus.**



Ecce Deus adiuuat me, **Psal.**
& Dominus susceptor **53.**
est animæ meæ: auerte
mala inimicis meis, &
in veritate tua disper-
de illos, protector meus Domi-
ne.

ne. *Psalmus.* Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua libera me. *ŷ.* Gloria Patri. *Oratio.*

Pateant aures misericordiæ tuæ Domine, precibus supplicantium: & vt petentibus desiderata concédas: faceos, quæ tibi sunt placita, postulare. Per Dominum.

Secunda Oratio. A cunctis nos. vt supra. f. 296. *Tertia ad libitum.*
LECTIO Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Nō simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupiērūt. Neque idololātræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptū est. Sedit populus manducāre & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tētēmus Christum. sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus periērunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & periērunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenērunt. Itaque, qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendit, nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet etiā cum tentatione prouentum: vt possitis sustinere.

Graduale.

Domine Dñs noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! *ŷ.* Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. *Alleluia, alleluia.* *ŷ.* Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me. *Alleluia.*

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicēs. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Quia veniēt dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo: & circumdabunt te, & coangustabunt te undique: & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoueris tēpus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit eijcere vendentes in illo & ementes, dicens illis. Scriptum est: quia domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docēs quotidie in templo. *Credo.*

Offertorium. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda, & iudicia eius dulciora super mel & fauim: nam & seruus tuus custodit ea. *Secreta.*

Concede nobis, quæsumus Domine, hæc digne frequentare mylteria: quia quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta. Exaudi nos. fol. 297.

Tertia ad libitum.

Communio. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, dicit Dominus. *Postcommun.*

Tvi nobis, quæsumus Domine, communio sacramenti, & purificationem conferat, & tribuat vnitatem. Per Dominum.

Alia postcommun. Mundet & muniat. fol. 297. *Tertia ad libitum.*

D O M I N I C A X.
 post Pentecost. Introitus.

Psal.
64.



Vni clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam, ab his qui appropinquant mihi: & humiliavit eos, qui

est ante facula, & manet in æternum: iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. *Psalmus.*

Ibid.

Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi & exaudi me. *Gloria Patri. Oratio.*

Deus, qui omnipotentiã tuam parcendo maxime & miserando manifestas: multiplica sup nos misericordiã tuam: vt ad tua promissa currentes, cælestiũ bonorum facias esse cõsortes. Per Dominum. *Secunda Oratio, A cunctis nos. fol. 296. Tertia ad libitum.*

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

1.
Cor.
12.

Fratres. Scitis, quoniam cum gētes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo nō tum vobis facio, quòd nemo in spiritu Dei loquens, dicit anáthema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus: nisi in Spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt: idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autē datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapiētiæ: alij autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatũ in vno spiritu: alij operatio virtu-

tũ: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Hęc autē omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidēs singulis, sicut vult. *Graduale.* Custodi me Domine, vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum prõtege me. *De vultu tuo iudicium meum prõdeat: oculi tui videant æquitatem. Alleluia, alleluia.* Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. Alleluia.

Psal.
16.

Psal.
64.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam. Duo homines ascēderunt in templum, vt orarent: vnus Phariseus, & alter publicanus. Phariseus stans, hæc apud se orabat. Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptōres, iniusti, adúlteri: velut etiã hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium, quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolēbat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus propitijs esto mihi peccatori. Amen dico vobis: descēdit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis, qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *Credo.*

Luc.
18.

Offertorium. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur. *Secreta.*

Psal.
24.

Tibi Domine sacrificia dicata reddantur: quæ sicut ad honorem nominis tui deferenda tribuisti,

sti, vt eadem remedia fieri nostra
præstares. Per Dominum.

Alia Secreta. Exaudi nos Deus.
vt supra. f. 297. **Tertia ad libitum.**

Communio. Acceptabis sacrifici-
cium iustitiæ, oblationes, & holo-
causta, super altare tuum Domine.

Postcommun.

Qvæsumus Domine Deus nos-
ter: vt quos diuinis reparare
non desinis sacramentis,
tuis non destituas benignus auxi-
lijs. Per Dominum.

Alia postcommunio. Mundet &
muniat. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

D O M I N I C A X I.
post Pentecost. Introitus.

Deus in loco sancto suo:
Deus, qui inhabitare
facit vnânes in do-
mo: ipse dabit virtu-
tem & fortitudinem

plebi suæ. **Psalms.** Exurgat Deus,
& dissipentur inimici eius: & fu-
giât, qui odérunt eum, à facie eius.

Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus,
qui abundantia pietatis tuæ
& merita supplicû excedis & vota:
effunde super nos misericordiam
tuam: vt dimittas quæ conscientia
metuit, & adicias quod oratio nõ
præsumit. Per Dominum.

Secunda Oratio, A cunctis nos.
vt supra. f. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
ad Corinthios.

Fratres. Notû vobis facio Euā-
gelium quod prædicauit vobis,
quod & accepistis, in quo & statis,
per quod & saluamini: qua ratione
prædicauerim vobis, si tenetis, nisi
frustra credidistis. Tradidi enim vo-
bis in primis, quod & accepi: quo-

niam Christus mortuus est pro pec-
catis nostris, secundum scripturas:
& quia sepultus est: & quia resurre-
xit tertia die, secundum scripturas:
& quia visus est Cephe: & post hoc,
vndecim. Deinde visus est plus
quàm quingētis fratribus simul: ex
quib⁹ multi manent vsque adhuc,
quidam autem dormierunt. Dein-
de visus est Iacobo: deinde Apосто-
lis omnibus. Nouissime autem
omniam, tamquam abortiuo, vi-
sus est & mihi. Ego enim sum mi-
nimus Apóstolorum: qui non sum
dignus vocari Apóstolus, quoniã
persecutus sum Ecclesiam Dei.
Gratia autem Dei sum id quod sũ:
& gratia eius in me vacua non
fuit.

Graduale.

In Deo sperauit cor meum, & Pf. 27.
adiutus sum: & resloruit caro mea:
& ex volũtate mea confitebor illi.

V. Ad te Domine clamaui: Deus
meus ne fileas: ne discedas à me,
Alleluia, alleluia. **V.** Exultate Deo Ps. 80.
adiutori nostro, iubilate Deo Iac-
cob: sumite psalmum iucundum
cum cithara. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Marcum.

In illo tempore: Exiens Iesus de Mar. 7. d
finibus Tyri, venit per Sydônẽ
ad mare Galilæe, inter medios fines
Decapóleos. Et adducunt ei surdũ
& mutum: & deprecabantur eum,
vt imponat illi manum. Et appre-
hendens eum de turba seorsum, mi-
sit digitos suos in auriculas eius: &
expuens, tetigit linguã eius. Et su-
spiciens in cælum, ingemuit: & ait
illi. Ephpheta, quod est, adaperire.
Et statim apertæ sunt aures eius: &
solutum est vinculum linguæ eius,
& loquebat recte. Et præcepit illis,
ne cui dicerent. Quanto autem eis

præcipiebat, tanto magis plus prædicabat: & eo amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. **Credo.** **Offertorium.**

Ps. 29. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: Domine clamaui ad te, & sanasti me. **Secreta.**

Respice Domine, quæsumus, nostram propitius seruitutem: ut quod offerimus, sit tibi munus acceptum: & sit nostræ fragilitati subsidium. Per Dominum.

Alia Secreta. Exaudi nos. fol. 297. **Tertia ad libitum.** **Communio.**

Prou. 3. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt.

Postcommunio.

Sentiamus, quæsumus Domine, tui perceptione sacramenti subsidium mentis & corporis: ut in utroque saluati, cælestis remedii plenitudine gloriemur. Per Dominum.

Altera postcomm. Mundet & muniat nos. f. 297. **Tertia ad libitum.**

D O M I N I C A X I I.

post Pentecost. Introitus.

Ps. 69. **D**eus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina: confundantur & reuereantur inimici mei, qui querunt animam meam.

Ibid. **Psal.** Auertantur retrorsum, & erubescant: qui cogitant mihi mala.

Gl. Gloria Patri. **Oratio.**

Omnipotens & misericors Deus, de cuius munere venit, ut tibi a fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur: tribue quæsumus nobis: ut ad promissiones tuas sine offen-

sione curramus. Per Dominum. **Secunda Oratio.** A cunctis nos. vt supra. fol. 296. **Tertia ad libitum.** **LECTIO** Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera, sed spiritu. Littera enim occidit: spiritus autem uiuificat. Quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israël in facie Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. **Graduale.** **Benedicam** Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **Ps.** In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & latentur. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te. **Alleluia.** **Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.**

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Beati oculi, qui videt quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ, & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis & non audierunt. Et ecce, quidam legisperitus surrexit, retans illum, & dicens. Magister, quid faciendo vitam æternam possidēbo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit. Diliges Dominum Deum tuum

ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi. Recte respondisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones: qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abiērunt, semiuivo relicto. Accidit autē vt sacerdos quidā descēderet eādē via: & viso illo, pręterijt. Similiter & leuita cum esset secus locū, & vidēret eum, pertrāsijt. Samaritanus autem quidam, iter faciens, venit secus eum: & vidēs eum, misericordia mot⁹ est. Et appropiās, alligauit vulnera eius, infundens oleū & vinū: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulū, & curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait. Curam illius habe: & quodcūque supererogaueris, ego, cū rediero, reddā tibi. Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus. Vade, & tu fac similiter. **Credo. Otertorium.**

Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, & dixit: **Quare** Domine irāseris in populo tuo? Parce irę animę tuę: memento Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac & mel: & placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. **Secreta.**

Hostias, quęsumus Dñe, propitius intēde, quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgē-

tiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per Dominum.

Alia Secreta. Exaudi nos. fol. 297.

Tertia ad libitum

Cummunio. De fructu operū tuorū, Domine, satiabitur terra: vt edūcas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. **Postcommunio.**

Viuificet nos, quęsumus Domine, huius participatio sancta mylterij: & pariter nobis expiationem tribuat, & munimen. Per Dominum nostrum.

Alia postcommunio. Mundet & muniat. f. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA XIII.
post Pentecosten. Introitus.



Respice Domine, in testamentum tuum, & animas pauperū tuorū ne derelinquas in finem: exurge Domine, & iudica causam tuam: & ne obliuiscaris voces quęrentium te. **Psal.** Vt quid Deus repulisti in finē: iratus est furor tuus super oves pascuę tuę? **Gloria. Oratio.**

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmētum: & vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod pręcipis. Per Dominum.

Secunda Oratio. A cunctis nos. vt supra. fol. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Galatas.

Fratres. Abrahamę dictę sūt promissiones: & semini eius. Non dicit, Et seminib⁹, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo: quę post

post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abraham autem per promissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec ueniret semen, cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, unius non est: Deus autem, unus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quae posset uiuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Graduale. Respice Domine, in testamentum tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. **V.** Exurge Domine iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum. **A**llel. allel.

V. Domine refugium factus es nobis a generatione & progenie. **A**lle. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilaeam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: & leuauerunt uocem, dicentes. Iesu praecceptor, miserere nostri. Quos ut uidit, dixit. Ite ostendite uos sacerdotibus. Et factum est: dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est: regressus est, cum magna uoce magnificans Deum: & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit. Nonne decem mundati sunt? & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret,

& daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, uade: quia fides tua te saluum fecit. **C**redo.

Offertorium. In te speraui Domine: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea. **Secreta.**

Propitiare Domine populo tuo, propitiare muneribus: ut hac oblatione placatus, & indulgentiam nobis tribuas, & postulata concedas. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta. Exaudi nos Deus, ut supra. fol. 297.

Communio. Panem de caelo dedisti nobis, Domine, habentem omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis. **Postcommunio.**

Sumptis, Domine, caelestibus sacramentis, ad redemptionis aeternae, quaesumus, proficiamus augmentum. Per Dominum.

Altera postcomm. Mundet & muniat nos. fol. 297.

Tertia ad libitum.

DOMINICA XIII.

post Pentecosten. **Introitus.**



Protektor noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui: quia melior est dies una in atrijs tuis super mil-

lia. **Psal.** Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum? concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Conuesti, Domine quaesumus, Ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxilijs & abstrahatur a noxijs; & ad salutaria dirigatur. Per Dominum. **Secunda Oratio.** Acunctis nos. ut supra. fol. 296.

Tertia ad libitum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas.

FRatres. Spiritu ambulâte, & desideria carnis nō perficietis. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicem aduersantur: vt nō quęcumque vultis, illa faciatis. Quōd si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autem sūt opera carnis, quę sunt, fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria, idolorū seruitus, veneficia, inimicitia, cōtentiones, æmulationes, irā, rixā, dissensiones, sectę, inuidię, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia. Quę prædico vobis, sicut prædixi: quoniā qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudiū, pax, patiētia, benignitas, bonitas, lōganimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & cōcupiscentijs. **Graduale.**

Bonum est confidere in Domino, quā confidere in homine. **V.** Bonum est sperare in Dño, quā sperare in principibus. **A**lleluia, alleluia. **V.** Venite exultemus Dño: iubilemus Deo salutaris nostro. Alleluia. **Sequentia** sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterū diliget: aut vnū sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammōnē. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis animæ vestrę, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est,

quā esca: & corpus plus, quā vestimentum: Respicite volatilia cęli, quoniam non serunt neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cęlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitās, potest adijcere ad staturam suā cubitum vnum? Et de vestimēto quid solliciti estis? Cōsiderate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autē vobis: quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si autem scœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicę fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicētes: Quid māducabimus, aut quid bibēmus, aut quo operiemur? Hęc enim omnia gentes inquirūt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Querite ergo primū regnum Dei, & iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis. **Credo.** **Offertorium.**

Immittet Angelus Domini in circuitu timētium eum, & eripiet eos: gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. **Secreta.**

Concede nobis, Domine quærsumus, vt hęc hostia salutaris & nostrorum fiat purgatio delictorum, & tuę propitiatio potestatis. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta. Exaudi nos Deus. **Vt supra.** fol. 297. **Tertia ad libitum.**

Communio. Primū quærte regnum Dei, & omnia adijciētur vobis, dicit Dominus. **Postcommunio.**

Purificent sēper & muniant tua sacramēta nos Deo: & ad perpetuę ducant saluationis effectū. Per. **Alia postcommunio.** Mundet & muniat. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA XV.

post Pentecost. Introitus.



Incлина Domine aurem tuam ad me, & exaudi me: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te: miserere mihi Domine, quoniã ad te clamaui tota die. **Psal.** **L**atifica animam serui tui: quia ad te Domine animam meã leuaui. **V.** Gloria Patri.

Oratio.

Ecclēsiã tuã, Domine, miseratio continuata mundet & muniat: & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per Dominum.

Secunda Oratio, A cunctis nos. vt supra. fol. 296. **Tertia ad libitum.** Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas.

Fratres. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cūpidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, q̄ spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerãs te ipsum, ne & tu tētēris. Alter alterius ónera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit: ipse se sedúcit. Opus autem suum probet vnusquisque: & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enimonus suum portabit. Cómunicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in oĩbus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniã qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptio

nem. Qui autē seminat in spiritu: de spiritu metet vitam æternã. Bonū autē facientes, non deficiamus: tēpore enim suo metemus, nõ deficiētes. Ergo dum tēpus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei.

Graduale. Bonū est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. **V.** Ad annuntiandum mane misericordiam tuã, & veritatem tuã per noctem. **A**lleluia, allelu. **V.** Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnem terram. Alleluia. **Psal.** 91. **Psal.** 94.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naím: & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnice matri suæ: & hæc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum: hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescēs, tibi dico, surge. Et resedit q̄ erat mortuus: & cepit loqui: Et dedit illum matri suæ. Accēpit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicētes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suã. **C**redo.

Offertorium. Expectas expectaui Dominum, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meam, & immisit in os meum canticū nouum, hymnum Deo nostro. **Secreta.**

Tua nos Domine sacramenta custodiant: & contra diabolicos semper tueantur incurfus. Per Dominum nostrum.

Alia

Alia Secreta, Exaudi nos Deus. vt supra. fol. 297. **Tertia ad libitum.**
Communio. P anis, quem ego dero, caro mea est pro sæculi vita.

Postcommunio.

Mentes nostras & corpora possideat, quæsumus Dñe, doni cęlestis operatio: vt nō noster sensus in nobis, sed iugiter eius præueniat effectus. Per Dominum.

Alia postcommunio. M undet & munit. f. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA XVI.
 post Pentecost. **Introitus.**



Iserere mihi Domine, quoniam ad te clamaui tota die: quia tu Domine suavis ac mitis es, & copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te.

Psalmus. Inclina Domine aurem tuam mihi, & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego. **V.** Gloria Patri.

Oratio.

TVa nos, quæsumus Domine, gratia semper & præueniat & sequatur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per Dominum.

Secunda Oratio, Acunctis nos quæsumus. vt supra. f. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres. Obsecro vos, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per spiritum eius in interiori homine: habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati & fundati, vt possitis com-

prehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes sæculi sæculorum, Amen. **Grad.**

Timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terrę gloriam tuam. **V.** Quoniam edificauit Dominus Sion: & videbitur in maiestate sua. **A**lleluia, alleluia. **V.** Can-

tate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit Dominus. Alleluia. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & Phariseos, dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit. Cuius vestrum afinus aut bos in puteum cadet: & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebant autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum

Psal.
101.

Psal.
97.

Luc.
14.

simum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade recube in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. **Credo.**

Offertorium. Domine in auxilium meum respice: confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam, vt auferant eam: Domine in auxilium meum respice.

Secreta.

Mvnda nos, quæsumus Domine, sacrificij præsentis effectui: & perface miseratus in nobis, vt eius mereamur esse participes. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta, Exaudi nos Deus. folio 297.

Tertia ad libitum. Communio.

Domine, memorabor iustitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque in senectam & senium, Deus ne derelinquas me.

Postcommunio.

Purifica, quæsumus Domine, menses nostras benignus: & renoua cælestibus sacramentis: vt consequenter & corporum præfens pariter & futurum capiamus auxilium. Per Dominum nostrum.

Alia postcommunio. Mundet & muniat. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA XVII.
post Pentecost. Introitus.

Psal.
118.



Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum: fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. **Psalms. B**eatissimi immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. **v.** Gloria Patri.

ibide.

Oratio.

DA quæsumus Domine, populo tuo diabólica vitare contagia: & te solum Deum pura mente sectari. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secunda Oratio, A cunctis nos. vt supra. f. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

Fratres. Obsecro vos ego vinculus in Domino: vt digne ambulétis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

Grad. Beata gens, cuius est Dominus Deus eorum: populus quem elegit Dominus in hereditatem sibi. **v.** Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. **A**lleluia, alleluia.

v. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisei: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum

cundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsū. In his duobus mādatīs vniuersa lex pendet, & prophetæ. Congregatis autem Phariseis, interrogauit eos Iesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum: quomodo filius ei? est? Et nemo poterat respondere ei verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. **Credo. Offertorium.**

Oraui Deum meū ego Daniel, dicens: Exaudi Domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuū, & propitius intende populum istum, super quem inuocatum est nomē tuum, Deus.

Secreta.

Maiestatem tuam Dñe suppliciter deprecamur: vt hæc sancta que gerimus & à præteritis nos delictis exuant, & futuris. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta, Exaudi nos Deus. vt supra. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

Cōmunio. Vouēte, & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera: terribili, & ei qui aufert spiritum principum: terribili apud omnes reges terræ. **Postcōmunio.**

Sanctificationibus tuis omnipotens Deus, & vitia nostra curen tur, & remedia nobis æterna proueniant. Per Dominum.

Alia postcōmunio, Mundet & muniat nos. fol. 297.

Tertia ad libitum.

F E R I A Q V A R T A

Quatuor Temp. Septemb.

Statio ad S. Mariam maiorem.

Introitus.

Xultate Deo adiutori ^{Ps. 80.} nostro, iubilate Deo Jacob: sumite psalmū iucundum cum cithara: canite in initio mē-

sis tuba, quia præceptum in Israël est, & iudicium Deo Jacob. **Psalm.** Testimonium in Ioseph posuit illud, cū exiret de terra Ægypti: linguam, quam non nouerat audiuit. **ibid.** **V.** Gloria Patri. **Post Kyrie eleisō, dicitur, O** remus. **F**lectamus genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

Misericordiæ tuæ remedijs, quæsumus Domine fragilitas nostra subsistat: vt quæ sua conditione attēritur, tua clementia reparētur. Per Dominum.

LECTIO Amos propheta.

Hæc dicit Dominus Deus. ^{Amos 9. d} Ecce dies veniunt: & cōprehendet arator messorē, & calcator vixæ mittentē semen: & stillabunt montes dulcedinē, & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatē populi mei Israël: & ædificabūt ciuitates desertas, & inhabitabūt: & plantabunt vineas, & bibent vinū earum: & facient hortos, & comedent fructus eorū. Et plantabo eos super humum suam: & non euellā eos vltra de terra sua, quā dedi eis: dicit Dominus omnipotens.

Graduale. Quis sicut Dominus ^{Psal. 113.} Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in celo & in terra? **V.** Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem. **Hic dicitur, Dominus vobiscum, sine, Flectamus, O** remus. **Oratio.**

Præ.

Paxta quæsumus Domine, familiaria tua supplicanti: vt dum a cibis corporalibus se abstinet, a vitijs quoq. mente ieiunet. Per Do. *Secund. Li. Gen. 9. A cūctis nos quæsumus. et supra. fol. 296.*

Tertia ad librum.

1 e diolibri Esdræ.

Neh.
vel 2.
Esd. 8.

IN diebus illis: Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarum: & dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moyfi, quam præceperat Dominus Israël. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque, qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea, quæ erat ante portam aquarum, de mane vsque ad mediam diem in conspectu virorum & mulierum, & sapientium. Et aures omnis populi erant erectæ ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: & steterunt leuitæ iuxta eum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Et benedixit Esdras domino Deo magno. Et respondit omnis populus: Amen, amen: eleuans manus suas. Et incuruati sunt: & adorauerunt Deum pro ni in terram. Porro leuitæ silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis Dei distincte & apposite ad intelligendum. Dixit autem Nehemias, & Esdras sacerdos & scriba, & leuitæ interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est Domino Deo nostro: nolite lugere, & nolite flere. Et dixit eis. Ite, comedite pingua, & bibite mustum, & mittite partes eis qui non preparauerunt

sibi: quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari. Gaudium etenim Domini, est fortitudo nostra. **Graduale B** eata gēs, cuius est Dominus Deus eorum: populus quem elegit Dominus in hereditatem sibi. **V.** Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore: Respondens vnus de turba, dixit ad Iesum. Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui vbiicumque eum apprehenderit, allidit eum & spumat, & stridet dentibus, & arefcit: & dixi discipulis tuis, vt eucerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quam diu apud vos ero? quam diu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbauit eum: & elisus in terram, volubatur spumans. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquas misit, vt eum perderet. Sed si quid potest, adiuua nos, miserum nostrum. Iesus autem ait illi. Si potes credere, omnia possibilisunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lacrymis, aiebat. Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Iesus concurrentem turbam, cominatus est spiritui immundo, dicens illi. Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem

tem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. Et cum introisset in domū, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus eicere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

Offertorium. A editabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.

Secreta.

Hæ hostia, Domine, quæsumus emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dominum.

Alia Secr. Exaudi nos. *vt sup.* 297.

Tertia ad libitum. **Cum sumus.**

Comédite pinguia, & bibite mustum, & mittite partes eis qui non præparauerunt sibi: sanctus enim dies Domini est, nolite contritari: gaudium etenim Domini, est fortitudo nostra.

Postcommun.

Sumentes Domine dona cælestia, suppliciter deprecamur: vt quæ sedula seruitute donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per Dominum.

Alia postcommun. Mundet & muniat. f. 297. **Tertia ad libitum.**

F E R I A S E X T A

Quatuor Temp. Septemb.

Statio ad SS. duodecim Apostolos.

Introitus.



Et tetur cor quærentium Dominum: quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper.

Psalms. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.

Gloria Patri.

Oratio.

M. N. R.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per.

Secunda Oratio. Acunctis nos.

vt in Dilecti. post Pentecost. f. 296.

Tertia ad libitum.

lectio Osee propheta.

Hæc dicit Dñs Deus. Conuertere Israël ad Dñm Deū tuū: quoniã corruisti in iniquitate tua. Osee 14.

Tollite vobiscum verba: & conuertimini ad Dñm, & dicite ei. Omnē aufer iniquitatē, & accipe bonū: & reddemus vitulos labiorū nostrorum. Assur non saluabit nos, super equos nō ascendemus: nec dicem⁹

vltra, Dij nostri opera manū nostrarum: quia eius qui in te est, mi-

fereberis pupilli. Sanabo cōtritiones eorū, diligā eos spōtane: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros, Israël germinabit quasi

lilium: & erūpet radix eius vt Libani. Ibūt rami ei⁹, & erit quasi oliua

gloria eius, & odor eius vt Libani. Cōuertētur sedētes in vmbra eius:

viuent tritico, & germinabūt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum

Libani. Ephraim, quid mihi vltra idōla? Ego exaudiam, & dirigam

eum ego vt abietē virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens,

& sciet hæc? Quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulābunt in eis:

preuaricatores vero corruēt in eis.

Graduale. Conuertere Domine ali quātulū, & deprecare super seruos tuos. **V** Domine refugiū factus es nobis, à generatione, & progenie.

requeſtia sancti Euangelij secundum Lucam. Luc. 89.

In illo tempore: Rogabat Iesum quidā Phariseus, vt māduçaret

7. c

cum

cum illo. Et ingressus domū Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius, & vnguento vngēbat. Vidēs autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se, dicens. Hic, si esset propheta, sciret vtique, quæ & qualis est mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erāt cuidā feneratori: vn⁹ debebat denarios quingētos, & alius quinquaginta. Nō habētibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simō, dixit. Æstimo, quæ is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit. Osculum mihi nō dedisti: hæc autē, ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem vnguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autē ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt, qui simul accumbāt, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Offertorium. Benedic anima mea

Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. **Secreta.**

Accepta tibi sint, Domine quæsumus, nostri dona ieiunij: quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiāt, & ad sempiterna promissa perducant. Per Dominum.

Alia Secreta. Exaudi nos. f. 297. **Tertia ad libitum.** **Communio.**

Aufer à me opprobrium & cōtemp-
ptum, quia mādata tua exquisiui, Domine: nam & testimonia tua, meditatio mea est. **Postcommunio.**

Quæsumus omnipotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Altera postcomm. Mundet & muniat. f. 297. **Tertia ad libitum.**

S A B B A T O

Quatuor Temp. Septemb.

Statio ad S. Petrum. **Introitus.**

Venite, adoremus Deū, & procidamus ante Dominum, plorēmus ante eū qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster. **Psalm.** Venite, exultemus Domino: iubilemus Deo salutare nostro. **V.** Gloria Patri. **Post**

Kyrie eleis. **dicatur.** Oremus. Flectamus genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

Omnipotēs sempiternæ Deus, qui per continentiam salutarem, corporibus mederis & mentibus: maiestatem tuā supplices exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus, & præsentia nobis subsidia tribuas, & futura. Per Do-

lectio libri Leuitici.

In diebus illis: Locutus est Dñs ad Moysen, dicens. Decimo die mēsis huius septimi, dies expia-

tionum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. Omne opus seruire nō facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dñs Deus vester. Omnis anima, quę afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & quę operis quidpiā fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimū sempiternum erit vobis in cunctis generationib⁹, & habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est: & affligetis animas vestras die nono mēsis: à vespera vsque ad vesperum celebrabitis sabbata vestra: dicit Dominus omnipotens. **Graduale.**

Propitius esto Domine peccatis nostris: ne quando dicant gentes: vbi est Deus eorū? **V.** Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Domine libera nos. **O** remus. **F**lectamus genua. **R.** Leuate. **O**ratio.

DA nobis, quęsumus omnipotens Deus: vt ieiunando, tua gratia fatiemur: & abstinendo, cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per Dominum.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis: Locutus est Dominus ad Moysen, dicēs. A quindecimo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terrę vestrę, celebrabitis ferias Dñi septem diebus. Die primo, & die octauo erit sabbatū, idest requies. Sumetisque vobis die primo fruct⁹ arboris pulcherrimę, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarū frondium, & salices de torrente, & lætabimini, coram Domino Deo vestro: celebrabitisque solemnita-

tem eius septem diebus per annū. Legitimum sempiternū erit in generationibus vestris. Mēse septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere Israēl est, manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israēl, cū educerem eos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester. **Graduale.**

Proceptor noster aspice Deus: & respice super seruos tuos. **V.** Dñe Deus virtutum exaudi preces seruatorum tuorum. **O** remus. **F**lectamus genua. **R.** Leuate. **O**ratio. **T**Vere, quęsumus Domine, familiam tuam: vt salutis æternę remedia, quę te inspirante requirimus, te largiente consequamur. Per Dominum.

Lectio Michę prophetę.

Domine Deus noster, pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tuę, habitantes solos in saltu, iuxta dies antiquos. Videntur gentes, & confundentur super omni fortitudine sua. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatē, & trās is peccatū reliquiarum hereditatis tuę? Nō immittet ultra furorē suum: quoniā volens misericordiam est. Reuertetur, & miserabitur nostri. Deponet iniquitates nostras: & proijcet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quę iurasti patribus nostris à diebus antiquis: Domine Deus noster. **Graduale.**

Conuerte Dñe aliquantulum: & deprecare super seruos tuos. **V.** Dñe refugium factus est nobis, à generatione & progenie. **O** remus. **F**lectamus genua. **R.** Leuate. **O**so.

PRæsta quæsumus Domine, sic nos ab epulis abstinere carnalibus: ut à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Dominum.

Lectio Zachariæ prophetæ.

Zach.
5.c

IN diebus illis: Factum est verbū Domini ad me, dicēs. Hæc dicit Dominus Deus exercituum. Sicut cogitavi, ut affligerem vos, cum ad iracundiā me prouocassent patres vestri, & non sum misertus: sic conuersus cogitavi in diebus istis, ut benefaciā domui Iuda & Ierusalē: nolite timere. Hęc sunt ergo verba, quæ faciētis. Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dñs. Et factum est verbum Dñi exercituum ad me, dicens. Hęc dicit Dominus exercituum. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iuda in gaudiū & lætitiā, & in solemnitates præclaras. Veritatem tantum & pacem diligite: dicit Dominus exercituum. *Graduale.*

Psal.
54.c

Irigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo, Domine. **↑** Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. **¶** Crepus. **¶** Flectamus genua. **¶** Leuate. *Oratio.*

VT nobis, Domine, tribuis solemnem tibi deferre ieiunium: sic nobis, quæsumus, indulgentiæ præsta subsidium. Per Dominum.

Lectio Danielis Prophetæ.

Dan.
5.c

IN diebus illis: Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit me-

dium fornacis quasi ventum torris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis ministros Regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes.

Hic non respondetur, Deo gratias.

Hymnus.

Benedictus es Domine Deus ^{ibid} patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Et benedictum nomen gloriæ tuæ, quod est sanctum. Et laudabile, & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedictus es qui ambulas super pennis ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Benedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Benedicant te cæli, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. Et laudent te, & glorificent in sæcula.

Gloria Patri, & Filio: & Spūi sancto. Et laudabili, & glorioso in sæcula.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum. Amē.

Et

Et laudabili, & glorioso in sæcula.
Benedictus es Domine Deus pater
 nostrorum. Et laudabilis, &
 gloriosus in sæcula.

Hic dicitur *ψ.* Dominus vobiscū.
hinc Fleamus genua. *Oratio.*

Deus, qui tribus pueris mitigasti
 flammam ignium: concede propi-
 tius: ut nos famulos tuos non exu-
 rat flamma vitiorum. Per Dominum.

Secunda Oratio. A cunctis nos.
 ut in Dominica j. post Pent. f. 296.

Tertia ad libitum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
 ad Hebræos.

Fratres. Tabernaculum factum
 est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum: quod dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum: tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum: & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronderat, & tabulæ testamenti: superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrata propitiatorum: de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua & populi ignorantia: hoc significatè Spiritu sancto, nondum propalata esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum: quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum face- re seruientem, solummodo in cibis & in potibus, & varijs baptismati-

bus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta.

Laudate Dominum omnes gentes: *Psalm*
 & collaudate eum omnes populi. *116.*

ψ. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dicebat Iesus *Luci*
 turbis similitudinem hanc. Arborem ficu habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce, anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi. Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus, indignas quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ. Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite,

& curamini: & non in die sabbati. Respondens autem ad illum Dñs, dixit. Hypocritæ, vnusquisque vestrū sabbato non soluit bouē suum, aut asinum a præsepio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abrahæ, quā alligauit satanas, ecce decē & octo annis, nõ oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cū hæc diceret, erubescerent oēs aduersarij eius: & omnis popul⁹ gaudebat in vniuersis, quæ gloriose fiebāt ab eo.

Offertorium. Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo, Domine. *Secreta.*

Concede quæsumus omnipotēs Deus: vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectū beatæ perennitatis acquirat. Per Dñm. *Alia Secreta, Exaudi nos Deus. vt in Dñica j. post Pentecost. f. 297. Tertia ad libitum. Communio.*

Mense septimo festa celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israël, cum educerem eos de terra Ægypti, ego Dominus Deus vester. *Postcommun.*

Perficiat in nobis, Domine quæsumus, tua sacramenta quod continent: vt quæ nunc specie gerimus, rerū veritate capiamus. Per. *Alia postcōm. Mundet & muniat. vt in Dominica j. post Pent. f. 297. Tertia ad libitum.*

DOMINICA XVIII. post Pentecost. Introitus.

DA pacem Domine, sustinentibus te, vt prophete tui fideles inueniantur: exaudi pces serui tui, & plebis tuæ Israël.

Psal. Letatus sum in his quæ dicta

sunt mihi: in domum Dñi ibimus. *Oratio.*

Dirigat corda nostra, quæsum⁹ Domine, tuæ miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per Dominum.

Secunda Oratio, A cunctis nos. vt in Dominica j. post Pent. f. 296. Tertia ad libitum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Gratias ago Deo meo sæper pro vobis, in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & cōfirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Dñi nostri Iesu Christi.

Graduale. Letatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. *Psalm.* Fiat pax in virtutibus tua, & abundantia in turribus tuis. *Psalm.* Alleluia, allel. *Psalm.* Timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terre gloriam tuam. Alleluia. *Psalm.* **Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.**

In illo tempore: Ascēdens Iesus in nauiculā, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et vidēs Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Cōfide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemāt. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere, Dimittunt tibi peccata tua: an dicere, Surge,

Surge, & ambula? Vt autem sciat-
tis qui filius hominis habet pote-
statem in terra dimittēdi peccata:
tunc ait paralytico. Surge, tolle le-
ctū tuū, & vade in domū tuam. Et
surrexit, & abiit in domum suam.
Videntes autem turbæ timuerunt:
& glorificauerunt Deum, qui de-
dit potestatem talem hominibus.

Credo. **Offertorium.**
Sanctificauit Moyses altare Domi-
no, offerens super illud holocausta,
& immolans victimas: fecit sacrifici-
um vespertinum in odorem sua-
uitatis Domino Deo, in conspectu
filiorum Israël. **Secreta.**

Deus, qui nos per huius sacrifi-
cij venerāda cōmercia, vnius
sumę diuinitatis participes efficis:
præsta quęsumus, vt sicut tuam cog-
noscimur veritatē, sic eam dignis
moribus assequamur. Per Dñm.

Alia Secreta. Exaudi nos. fol. 297.
& tertia ad libitum. **Communio.**

Tollite hostias, & introite in atria
eius: adorete Dominū in aula san-
cta eius. **Postcommunio.**

Gratias tibi referimus, Domi-
ne, sacro munere vegetati,
tuam misericordiam deprecantes:
vt dignos nos eius participatione
perficias. Per Dominum.

Alia postcommun. Mundet & mu-
nifiat. fol. 297. & tertia ad libitum

DOMINICA XIX.
post Pentecosten. Introitus.

Alus populi ego sum,
dicit Dominus: de
quacumque tribula-
tione clamauerint ad
me, exaudiam eos: &
ero illorum Dominus in pepe-
tuum. **Psalms.** Attendite popule
meus legem meam: inclinate au-



rem vestram in verba oris mei.

v. Gloria Patri. **O ratio.**

OMnipotens & misericors De-
us, vniuersa nobis aduerfanta
propitiatus excludē: vt mente
& corpore pariter expediti, quæ
tua sunt, liberis mentibus exequā-
mur. Per Dominum.

Secunda Oratio. A cunctis nos.
vt supra. f. 296. **Tertia ad libit m.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
ad Ephesios.

FRatres. Renouamini spiritu ^{Eph.}
mentis vestræ: & induite nouū ^{4c}
hominem, qui secundum Deum
creatus est in iustitia, & sanctitate
veritatis. Propter quod deponētes
mendacium, loquimini veritatem
vnusquisque cū proximo suo: quon-
iam sumus inuicem membra. Ira-
scimini, & nolite peccare. Sol non
occidat super iracundiam vestram.
Nolite locum dare diabolo. Qui
surabatur, iam non furetur, magis
autem laboret, operando manibus
suis quod bonum est, vt habeat vn-
de tribuat necessitatem patienti.

Graduale. Dirigatur oratio mea, si ^{Psal.}
cut incensum, in conspectu tuo Do- ^{140.}
mine. **v. Eleuatio manuum mearum,**
sacrificium vespertinum.

Alleluia, allel. **v. Confitemini Do** ^{pra-}
mino, & inuocate nomen eius: annu- ^{104.}
tiate inter gētes opera eius. **All.**
Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

IN illo tempore: Loquebatur Ie-
sus principib⁹ sacerdotū & Pha-
risæis in parabolis, dicens. Simile
factum est regnum cælorum homi-
ni regi, qui fecit nuptias filio suo.
Et misit seruos suos vocare inuita-
tos ad nuptias: & nolebant venire.
Iterum misit alios seruos, dicēs. Di-
cite inuitatis: ecce prandium meū

parauit, tauri mei, & altitia occisa sūt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autē neglexerūt, & abierunt, alius in villā suā, alius vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelios affectos occiderunt. Rex autem cū audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatē illorū succēdit. Tūc ait seruis suis. Nuptiæ quidē paratæ sunt: sed qui inuitati erant, non fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscūque inuenēritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias, cōgregauerūt omnes quos inuenērent, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbētium. Intrauit autē rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem nō vestitū veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti, nō habēs vestē nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit flet⁹, & stridor dentiū. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. **C**redo.

Offerentiam. **S**i ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine: & super iram inimicorū meorum extēdes manum tuam, & saluū me faciet dextera tua. **Secret.**

Hæc munera, quæsumus Domine, quæ oculis tuæ maiestatis offerimus, salutaria nobis esse concede. Per Dominum.

Alia secreta. Exaudi nos. fol. 297. **Tertia ad libitum. Communio.**

Tu mandasti, mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificaciones tuas. **Postcommunio.**

Tua nos, Domine, medicinalis operatio, & à nostris peruersi-

tatibus clementer expediat, & tuis semper faciat inhærere mandatis. Per Dominum.

Alia postcommun. Mundet & muniat. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA XX.
post Pentecosten. Introitus.



Omnia, quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

Psalms. Beatī immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. **Psalm. 118.**

V. Gloria Patri. **Oratio.**

Largire, quæsumus Domine, fidelibus tuis indulgētiā placatus & pacem: vt p̄riter ab omnibus mundentur offensis, & secūra tibi mente deseruiant. Per Dñm.

Secunda Oratio, A cunctis nos. vt supra. f. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

Fratres. Videte quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tēpus, quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes: sed intelligentes, quæ sit volūtas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu s̄cto, loquētes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & c̄ticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. Subiecti inuicem in timore Christi. **Graduale.**

Oculi omnium in te sperant Domine.

mine: & tu das illis escam in tempore opportuno. *Ps.* Aperis tu manum tuam, & imple omnes animal benedictione. *Alleluia, alleluia.* Paratum cor meum: cantabo, & psallam tibi, gloria mea. *Alleluia.*

*S*equentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus veniret a Iudæa in Galileam, abiit ad eum: & rogabat eum, ut descenderet & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus. Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei: & nuntiaverunt dicentes, quia filius eius viveret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius haberet. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus vivit. Et credidit ipse, & domus eius tota. *Credo. Offertorium.*

*S*uper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. *Secreta.*

Cælestem nobis præbeant hæc mysteria, quæsumus Domine medicinam: & vitia nostri cordis expurgent. Per Dominum.

Alia Secreta, Exaudi nos Deus. ut supra. f. 297. Tertia ad libitum.

*Communio. M*emento verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi spem dedisti: hæc me consolata est in

humilitate mea. *Postcommun.*

Vt facris, Domine, reddamur digni muneribus: fac nos, quæsumus, tuis semper obedire mandatis. Per Dominum.

Alia postcommunio. Mundet & muniat. fol. 297. Tertia ad libitum.

DOMINICA XXI.
post Pentecost. Introitus.



In voluntate tua Domine, vniuersa sunt posita: & non est qui possit resistere voluntati tuæ: tu enim fecisti omnia, cælum & terram, & vniuersa quæ cæli ambitu continentur: dominus vniuersorum tu es. *Psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulat in lege Domini.*

Psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulat in lege Domini. Gloria Patri.

Familiam tuam, quæsumus Domine continua pietate custodi: ut a cunctis aduersitatibus, te protegente, sit libera: & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per Dñm. *Secunda Oratio, A* cunctis nos. *ut in Dominica prima post Pentecost. fol. 296. Tertia ad libitum.*

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

Fratres. Confortamini in Domino, & in potetia virtutis eius: induite vos armaturam Dei: ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia, in cælestibus. Propterea accipite armaturam Dei: ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Sta te ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induiti lorica iustitia,

& calcetis pedes in preparatione euangelij pacis. In omnibus sumetes scutum fidei, in quo possitis oia tela nequissimi ignea extinguere. Et gleam salutis assumite: & gladiu spiritus, quod est verbum Dei.

Graduale Dñe refugium factus es nobis à generatione & progenie. Priusquã mōtes fierēt, aut forma ret terra & orbis: à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus. **A**llel.allel.

Psal. 113. **V.** In exitu Israël de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro. **All.** **S**equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matth. 20. d. **I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Sicut est regnum celorum homini regi, qui voluit rationem pōnere cū seruis suis. Et cum cæpisset rationē ponere, oblatu est ei vnus, qui debebat ei decem millia talēta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eū dominus eius venūdari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Prōcidēs autem seruus ille, rogabat eum, dicēs. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum: & debitum dimisit ei. Egressus autē seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et prōcidens conseruus eius, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venērunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: &

ait illi. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersū debitum. Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si nō remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. **C**redo. **Offertorium.**

Vir erat in terra Hus nomine Iob, simplex & rectus, ac timens Deum: quem satan petijt, vt tentāret: & data est ei potestas à Domino in facultates & in carnem eius: perdiditque omnem substantiam ipsius, & filios: carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit. **Secreta.**

Suscipe Dñe propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutē potēti pietate restitui. **p.** **Alia Secreta, Exaudi nos. vt in Dominica j. post Pentecost. f. 297.** **Tertia ad libitum. Communio.**

In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speraui: quando facies de persecutibus me iudiciū? iniqui persecuti sunt me, adiuua me Dñe Deus meus. **Postcomm.**

Imortalitatis alimoniã cōsecuti, quæsumus Dñe, vt quod ore percēpimus, pura mente secētemur. Per Dominum nostrum.

Altera postcō. Mundet & muniat. **vt in Dominica j. post Pent. f. 297.** **Tertia ad libitum**

DOMINICA XXII.
post Pentecosteni. Introitus.



Iniquitates obseruaeris Dñe, Domine quis sustinebit? uia apud te propitiatio est Deus Israel.

Psal. De profundis clamaui ad te **Do-**

Domine : Domine exaudi vocem
meam. *v. Gloria. Oratio.*

DEus refugium nostrum, & vir-
tus : adesto pijs Ecclesiæ tuæ
precib⁹, auctor ipse pietatis, & prest-
ta: vt quod fideliter petim⁹, effica-
citer cõsequamur. Per Dominum.

*Secunda Oratio, A cunctis nos.
vt supra. f. 296. Tertia ad libitum.*

Lectio Epittolæ B. Pauli Apostoli
ad Philippenfes.

Fratres. Confidimus in Domi-
no Iesu, quia qui cepit in vobis
opus bonum, perficiet vsque in diẽ
Christi Iesu. Sicut est mihi iustum,
hoc sentire pro omnibus vobis: eo
quòd habeam vos in corde, & in
vinculis meis, & in defensione &
confirmatione euãgelij, socios gau-
dij mei omnes vos esse. Testis enim
mihi est Deus, quomodo cupiam
omnes vos in visceribus Iesu Chri-
sti. Et hoc oro, vt charitas vestra
magis ac magis abundet in sciẽtia,
& in omni sensu: vt probetis potio-
ra, vt sitis sinceri, & sine offensa in
diem Christi, repleti fructu iustitię
per Iesum Christum, in gloriam &
laudem Dei.

Graduale.

Ecce quàm bonum & quàm iucun-
dum habitare fratres in vnũ. *v.* Si-
cut vnguentum in capite, quod de-
scendit in barbam, barbam Aaron,
**Alleluia, allel. v. Qui timent Do-
minum, sperent in eo: adiutor &
protector eorum est. Alleluia.**

*Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.*

In illo tempore: Abeũtes Phari-
sæi cõsiliũ iniérunt, vt cãperẽt
Iesum in sermone. Et mittũt ei di-
scipulos suos cũ Herodianis, dicen-
tes. Magister, scimus quia verax es,
& viã Dei in veritate doces, & non
est tibi cura de aliquo. Non enim

respicis personam hominum. Dic
ergo nobis, quid tibi videtur: licet
censum dare Cæsari, an non? Co-
gnita autem Iesus nequitia eorũ,
ait. Quid me tentatis, hypocritæ.
Ostendite mihi numisma census.
At illi obtulerunt ei denarium. Et
ait illis Iesus. Cuius est imago hæc,
& superscriptio? Dicunt ei: Cæsã-
ris. Tunc ait illis. Reddite ergo quę
sunt Cæsaris, Cæsari: & quę sunt
Dei, Deo. **Credo. Offertorium.**

Recordare mei Domine, omni po-
tentatui dominãs: & da sermone
rectum in os meum, vt placeãt ver-
ba mea in cõspectu principis. **Secr.**

DA misericors Deus: vt hæc sa-
lutaris oblatio & a proprijs
nos reatibus indefinẽter expediat,
& ab omnibus tueatur aduersis.
Per Dominum nostrum.

*Alia secreta, Exaudi nos Deus. vt
supra. fol. 297. Tertia ad libitum.*

Communio. Ego clamaui, quo-
niam exaudisti me Deus: inclina
aurem tuam, & exaudi verba mea.
Postcommunio.

Sympsimus Domine, sacri dona
mysterij, humiliter deprecãtes:
vt, quę in tui commemorationem
nos facere precepisti, in nostre pro-
ficient infirmitatis auxilium. Qui
vixis & regnas.

*Alia postcommunio. Mundet &
muniat. f. 297. Tertia ad libitum.*

D O M I N I C A X X I I I .
post Pentecost. quando non fuerit
ultima post Pentecost. quia fuerit
ultima, tũc loco vigesimæ tertię po-
nẽtur quę inferius est xxiiij. & Mis-
sa xxiiij. dicẽtur in Sabbato p̄cedẽti
non impedito festo Duplici, vel Se-
miduplici, alioquin in alia p̄cedẽ-
ti Feria similiter nõ impedita. Intri.

Dicit

Hier.
29.



Icit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & redūcam captiuitatem uestram de cunctis locis. *Psal. B* enedixisti Dñe terram tuā: auertisti captiuitatem Iacob. *r.* Gloria Patri. *Oratio.*

Psal.
24.

Absolue quæsumus Domine, tuorum delicta populorū: vt à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate, contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum nostrum.

Secunda Oratio. **A** cunctis nos. *vt supra.* fol. 296. *Tertia ad libitum.*

Iectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Philippenfes.

Phil.
3.d

Fratres. Imitatores mei estote: & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formā nostram. Multi enim ambulāt, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiam saluatorē expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cōfiguratum corpori claritatis suæ, secundū operationem, qua possit etiā subijcere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic stete in Domino charissimi. Eudō iam rogo, & Syntychem deprecor, idipsū sapere in Domino. Etiam rogo & te germane compar, adiua illas, quæ tecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina

Cap.
4.

sunt in libro vitæ. *Graduale.*

Liberaisti nos Domine ex affligentibus nos: & eos qui nos odérunt, confudisti. *v.* In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in sæcula. *A*lleluia, alleluia. *v.* De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam. Alleluia.

Ps
12

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vn⁹ accessit, & adorabat eum, dicens. Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impōne manum tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxū patiebatur annis duodecim, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantūm vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & videns eam, dixit. Confide filia: fides tua te saluā fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cū venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat. Recédite: nō est enim mortua puella, sed dormit. Et deridēbant eum. Et cū eiecta esset turba: intrauit, & tenuit manū eius. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam. *C*redo.

Offertorium.

De profundis clamaui ad te Dñe, Dñe exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Dñe. *Sec.*

Ps
12

Pro nostræ seruitutis augmēto sacrificium tibi Domine laudis offerimus: vt quod immeritis contulisti, propiti⁹ exequaris. Per Dñm. *Alia Secreta.* Exaudi nos Deus. *vt supra.* fol. 297. *Tertia ad libitum.*

Com-

Cōmunio. Amē dico vobis, quid-
quid orantes pētitis, crēdite quia
accipietis, & fiet vobis. *Postcommunio.*

Quāsumus omnipotens Deus:
vt quos diuina tribuis partici-
patione gaudere, humanis non si-
nas subiacere periculis. Per Dñm.
Alia postcommunio. Mundet &
muniat. f. 297. *Tertia ad libitum.*

Si Dominica post Pentecost. fue-
rint plures xxiiij. tunc post xxiiij. re-
sumantur (quoad Orationes, Epi-
stolas, & Euangelia) Missa Domi-
nicarum, quæ supersuerunt post
Epiphaniam (vt infra post Domi-
nicam xxiiij.) hoc ordine.

Si Dominica fuerint xv. in Do-
minica xxiiij. dicitur Missa Domi-
nicæ vj. post Epiphaniam.

Si fuerint xvj. in Dominica xxiiij.
dicitur Missa Dominicæ quintæ
post Epiphaniam: & in vigesima-
quinta Missa Dominicæ sextæ.

Si fuerint xvij. in Dñica xxiiij.
dicitur Missa Dominicæ iij. post
Epiphaniã in xv. Dominicæ v. &
in vigesima sexta, Dominicæ sextæ.

Si fuerint xviii. in Dñica xxiiij.
dicitur Missa Dominicæ iij. post
Epiphaniam: in vigesima quinta,
Dominicæ iij. in xvj. Dominicæ v.
in Dominica xvij. Dominicæ vj.

Et vltimo loco sēper ponitur Mis-
sa Dominicæ xxiiij. post Pentecost.

Introitus autem, Graduale, Offer-
torium, & Communio in prædictis
Dominicis sēper dicuntur vt in
Dominica vigesimatertia.

DOMINICA XXIII.

& vltima post Pentecost. Intri.

Dicit Dominus, ego cogi-
to cogitationes pacis, &
non afflictionis: inuo-
cabitis me, & ego exau-

diam vos: & reducam captiuita-
tem vestram de cunctis locis.

Psalmus. Benedixisti Domine ter-
ram tuam: auertisti captiuitatem ^{Psal.}
Iacob. & Gloria Patri. *Oratio.* ⁸⁴

Excita quæsumus Domine, tuo-
rum fidelium voluntates: vt di-
uini operis fructum propensius exe-
quētes, pietatis tuæ remedia maio-
ra percipiant. Per Dominum.

Secunda Oratio. Acunctis nos. vt
supra. fol. 296. *Tertia ad libitum.*
Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
ad Colossenses.

Fratres. Non cessamus pro vo-
bis orantes & postulantes, vt im- ^{Col.}
pleamini agnitione volūtatis Dei, ^{1. b}
in omni sapientia & intellectu spi-
rituali: vt ambulētis digne, Deo p
omnia placentes: in omni opere bo-
no fructificantes, & crescentes in
scientia Dei: in omni virtute con-
fortati secundum potentiam clari-
tatis eius: in omni patientia & lon-
ganimitate, cū gaudio gratias agē-
tes Deo Patri, qui dignos nos fecit
in partem sortis sanctorum, in lumi-
ne: qui eripuit nos de potestate te-
nebrarum, & transfudit in regnum
filij dilectionis suæ: in quo habemus
redemptionem, & remissionem
peccatorum. *Graduale.*

Liberaisti nos Domine ex affligen- ^{Psal.}
tibus nos: & eos qui nos odērunt, ⁴³

confudisti. *In Deo laudabi-*
mur tota die, & in nomine tuo con-
fitebimur in secula. Alleluia, allel.

De profundis clamaui ad te Do ^{Psal.}
mine, Domine exaudi orationem ¹²⁹
meam. Alleluia.

requentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis ^{Mat.}
suis. Cū vidēritis abominationē ^{24 b}
desolationis, quæ dicta est à Daniele
pro-

propheta stantē in loco sancto: qui legit intelligat: tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant ad mōtes: & qui in deserto, nō descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Vā autem pregnantibus & nutrientibus, in illis diebus. Orāte autem, vt non fiat fuga vestra hieme, vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, & neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christ⁹, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducātur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penitralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem: ita erit aduētus filij hominis. Vbicumq. fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna nō dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: & tunc parebit signū filij hominis in cælo. Et tunc plangēt omnes tribus terræ: & videbūt filium hominis venientem in nubibus cæli cū virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cū tuba, & voce magna: & congregabunt electoseius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam. Cū iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, sci-

tis quia prope est æstas. Ita & vos cū videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. Cælum & terra transibūt: verba autem mea non præteribunt. **Credo. Offert.** De profundis clamaui ad te Domine, Dñe exaudi orationē meam: de profundis clamaui ad te Dñe. **Sec.** Propitius esto Domine, supplicationib⁹ nostris: & populi tui oblationib⁹, precibusq. susceptis, omnium nostrum ad te corda conuerte: vt à terrenis cupiditatibus liberati, ad cælestia desideria transeamus. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta, E xaudi nos. fol. 297.

Tertia ad libitum. Communio.

Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. **Postcommunio.**

C oncede nobis, quesumus Domine: vt per hæc sacramenta quæ sumpsimus, quodquid in nostra mente vitiosum est, ipsorum medicationis dono curetur. Per Dñm.

Altera postcommunio. Mundet & muniat. f. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA III.

quæ superfuit post Epiphaniam, ponenda secundum superiorem rubricam. **Intr.**



Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & redūcam captiuitatem vestram de cunctis locis. **Psal.** Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. **Gloria Patri. Oro.**

Omnipotēs sempiternus Deus, infirmitatē nostrā propitius respi-

respice: atque ad protegendum nos, dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dominum nostrum.

Secunda Oratio, A cunctis nos. *vt supra.* fol. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malū pro malo reddentes. Proudentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacē habentes. Non vosmetipsos defendētes, charissimi: sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindicta, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cōngres super caput eius. Noli vinci à malo: sed vince in bono malum.

Graduale. Liberasti nos Domine ex afflictionibus nos: & eos qui nos odērunt confundisti. *Ps.* In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæcula. **Alleluia, alle.** *Ps.* De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Cum descendisset Iesus de mōte, secutæ sunt eū turbæ multæ. Et ecce leprōsus veniens, adorābate eum, dicens. Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum Iesus, tetigit eum, dicens. Volo: mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod precepit Moyses, in testimonium illis. Cum autē

introisset Capharnaüm, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio ait. Domine, nō sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantū dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sū sub potestate cōstitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est: & sequentibus se dixit. Amē dico vobis, non inueni tantam fidē in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abrahā, & Isaac, & Iacob in regno celorū: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. **Credo.**

Offertorium.
De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine. **Secreta.**

Hæc hostia, Dñe quæsumus hemūdet nostra delicta: & ad sacrificiū celebrandū subditorū tibi corpora, mētēsq. sãctificet. Per. **Alia Secreta,** E xaudi nos. fol. 297. **Tertia ad libitum.** **Cummuniō.**

Amen dico vobis, quidquid orantes pētitis, crēdite quia accipietis, & fiet vobis. **Postcommunio.**

Qvos tātis Domine, largiris vti mysterijs: quæsumus, vt effectibus nos eorum verāciter aptare digneris. Per Dominum.

Alia postcommunio. M undet & mundiat. fol. 297. **Tertia ad libitum.**

DOMINICA QUARTA

que superfuit post Epiphani.

Intratus.

Hier.
39.

Icit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & nō afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & redūcam captiuitatem vestrā de cunctis locis.

Ps. 84.

Psalmus. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. Gloria Patri.

Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate nō posse subsistere: da nobis salutem mentis, & corporis: vt ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per Dominum nostram.

Secunda Oratio, A cunctis nos. vt supra. fol. 296. Tertia ad libitum. Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Rom.
13. b

Fratres. Nemini quidquam debeat: nisi vt inuicē diligatis. Qui enim diligit proximum, legē impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: nō concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Graduale.

Ps. 43.

Liberasti nos Domine ex affligentibus nos: & eos qui nos odērunt, confundisti. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in secula. Alleluia, alleluia.

Psal.
119.

De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam. Alleluia.

sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerūt eū, dicentes. Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicę fidei? Tūc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sūt, dicentes. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? Credo.

Offertorium. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine. Secreta.

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt huius sacrificij munus oblātum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat. Per Dominum.

Alia Secreta, Exaudi nos. fol. 297.

Tertia ad libitum. Communio. Amen, dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

Mvnera tua nos Deus a delationibus terrenis expellant: & cælestibus semper instaurant alimentis. Per Dominum.

Altera postcommun. Mundet & muniat. 297. Tertia ad libitum.

DOMINICA QUINTA

que superf. post Epiph. Intr.



Icit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & nō afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & redūcā captiuitatem vestram de cunctis

84. **Etis locis. Psalmus. B**enedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. **V.** Gloria Patri.

Oratio.

Familiam tuam, quæsumus Domine continua pietate custodi: vt quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Dominum.

Secunda Oratio, A cunctis nos. vt supra. f. 296. **Tertia ad libitum.**

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Colossenses.

Fratres. Induite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exaltet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. Verbum Christi habitat in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes & commones vosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cātantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumq; facitis, in verbo aut in opere: omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi gratias agētes Deo & Patri, per Iesum Christum Dominum nostrum. **Graduale.**

Liberasti nos Domine ex affligentibus nos: & eos qui nos odērunt, confundisti. **V.** In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in secula. **Alleluia, alleluia.**
V. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam. **Alleluia.**

M. N. R.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis parabolam hanc. Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semē in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius, & superfeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset: tūc apparuerūt & zizania. Accedēs autem serui patrisfamilias, dixerunt ei. Dñe, nonne bonū semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimic⁹ homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis, imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne forte colligētes zizania, eradicētis cum eis simul & triticum. Sinite ūtraque crescere vsque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primū zizania, & alligāte ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. **Credo.**

Offertorium. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te Domine. **Secreta.**

Hostias tibi Domine placationis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per Dñm.

Alia Secreta, Exaudi nos. fol. 297.

Tertia ad libitum. Communio.

Amen, dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. **Postcommunio.**

Quæsumus omnipotens Deus: vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hæc mytheria pi gnus accēpimus. Per Dominum.

Alia postcommun. Mundet & muniat. fol. 297. Tertia ad libitum.

Y D O.

DOMINICA VI.
quæ superfuit post Epiphaniam.

Introitus.

Hier.
29.



Icitur Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & redúcám captiuitatem vestrá de cunctis locis.

PL. 84.

Psalmus. Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. *V.* Gloria Patri.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, & dictis exequamur & factis. Per Dominum nostrum.

Secunda Oratio, A cunctis nos. *vt supra.* f. 296. *Tertia ad libitum.*

LECTIO Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

I. Thef.
I.

FRATRES. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis: memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & patrem nostrum. Scientes, fratres dilecti à Deo, electionem vestram: quia euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa sicut scitis, quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini: excipientes verbum in tribulatione multa, cū gaudio Spiritus sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo Domini: non solum

in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco, fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita vt non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo, & vero, & expectare filium eius de cælis, quem suscitauit ex mortuis, lessum, qui eripuit nos ab ira vêtura.

Graduale. Liberasti nos Domine ex affligentibus nos: & eos qui nos odérunt confudisti. *V.* In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæcula. **A**lleluia, alle. *V.* De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum cælorum grano sinápis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem créuerit, maius est omnibus oléribus: & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, do nec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eruñtabo abscondita à constitutione mundi. **C**redo.

Offertorium: De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui

maui ad te Domine. **Secreta.**

HÆc nos oblatio, Deus mundet quæsumus, & renouet: gubernet, & protegat. Per Dominum nostrum.

Alia Secreta. Exaudi nos Deus. vt supra. f. 297. Tertia ad libitum.

Communio. Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.

Postcommunio.

Cælestibus Domine, pasti delicijs: quæsumus, vt semper eadem, per quæ veraciter viuimus, appetamus. Per Dominum.

Alia postcommun. Mundet & muniat. fol. 297. Tertia ad libitum.

Dominica xxviii. & vltima post Pentecosten, quæ superius posita est in ordine xxiiij. fol. 333.



P R O P R I V M
M I S S A R V M
 D E S A N C T I S.

IN VIGILIA S. ANDREÆ
 Apostoli. Introitus.

Die
 xix.
 Noue
 bris.
 Mart.
 4.



Dominus secus mare Galilææ vidit duos fratres, Petrum & Andream, & vocauit eos: venite post me: faciam

vos fieri piscatores hominum. **Ps.** Cæli enarrant gloriã Dei: & opera manuum eius annũtiat firmamentum. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Psal.
 18.

Quæsumus omnipotens Deus, vt beatus Andreas Apostolus, cuius præuenimus festiuitatẽ, tuũ pro nobis implõret auxilium: vt à nostris reatibus absolũti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per Dominum nostrum.

Pro commemoratione sancti Saturnini martyris. Oratio.

Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per Dominum nostrum.

Si Vigilia S. Andreæ venerit in Aduentu, Missa dicitur de Vigilia, & secunda Oratio erit de Aduetu, tertia de sancto Saturnino.

¶ Si festum S. Andreæ venerit feria secunda, Missa de Vigilia dicitur in Sabbato, & secunda Oratio erit de S. Maria, Concede nos. tertia, Ecclesiæ tuæ. vel pro Papa, Deus omnium. fol. 268. & commemoratio S. Saturnini fit in Dominica. Quod & in alijs Vigilijs (excepta Vigilia Natiuitatis Domini) seruatur.

¶ Si autem festum S. Andreæ vene-

rit in Dñica, transfertur in secundam feriã, & Missa de Vigilia dicitur in Sabbato cum commem. S. Saturnini, vt supra, & tertia Oratio erit de S. Maria, Concede nos. 268.

I lectio libri Sapientia.

Benedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hereditatem, & diuisit ei partem in tribus duodecim: & inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Et magnificauit eum in timore inimicorum: & in verbis suis mōstra placuit. Glorificauit eum in cōspectu regum: & ostendit illi gloriã suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum: & eligit eum ex omni carne. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplina: & excelsum fecit illũ. Statuit illi testamentum æternum: & circumcinxit eum zona iustitiæ, & induit eum Dominus coronam gloriæ. **Graduale.**

Eccli.
 44. &
 45.

Nimis honorati sũt amici tui Deo: nimis confortatus est principatus eorum. **V.** Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur.

Psal.
 138.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Stabat Ioãnes, & ex discipulis eiº duo. Et respiciens Iesum ambulans, dicit. Ecce Agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: & secuti sunt Iesum. Conuersus autẽ Iesus, & videns eos sequẽtes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei. Rabbi (quod dicitur interpretatũ,

Ioan.
 1. b

magi-

magister) vbi habitas? Dicit eis: Venite, & videte. Venérunt, & vidérunt vbi manéret: & apud eum manférunt die illo. Hora auté erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierát à Ioâne, & secuti fuerant eum. Inuénit hic primùm, fratrem suum Simonem: & dicit ei. Inuénimus Messîã, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eũ ad Iesum. Intuitus auté eum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinũ voluit exire in Galileã: & inuénit Philippum. Et dixit ei Iesus. Sequere me. Erat auté Philippus à Bethsaida, ciuitate Andree & Petri. Inuénit Philippus Nathanaël: & dicit ei. Quẽ scripsit Moyses in lege, & prophetã, inuénimus Iesũ filiũ Ioseph, à Nazareth. Et dixit ei Nathanaël. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanaël venientẽ ad se: & dicit de eo. Ecce, vere Israëlita, in quo dolus nõ est. Dicit ei Nathanaël: Vnde me nosti? Respõdit Iesus, & dixit ei. Priusquã te Philippus vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanaël, & ait. Rabbi, tu es filius Dei: tu es rex Israël. Respondit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei: Amen, amẽ dico vobis: videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filiũ hominis. *Offertorium.* Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine. *Secreta.* Sacradum tibi Domine munus offerimus: quo beati Andree Apostoli solemniter recolentes, puri-

ficationem quoque nostris mentibus imploramus. Per Dominum.

Pro sancto Saturnino. Secreta.

MVnera Domine, tibi dicata sanctifica: & intercedete beato Saturnino martyre tuo, per hæc eadem nos placatus intende. Per. *Communio.* Dicit Andreas Simoni fratri suo: Inuénimus Messiam, qui dicitur Christus: & adduxit eũ ad Iesum. *Postcommunio.*

Preceptis Domine sacramentis, suppliciter exoramus: vt intercedente beato Andrea Apostolo tuo, quæ pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

Pro S. Saturnino. Postcommunio.

Sanctificet nos, quæsumus Domine tui perceptio sacramentis: & intercessione sanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per Dominum. *Si festum sancti Andree venerit in Dominica, transfertur in sequentibus festo Duplici, vel Semiduplici non impeditam: quod & de alijs festis duplicibus in Dominicis Aduentus occurrentibus seruatur, & in illis semper fit commemoratio de Aduentu. De Simplicibus autem toto Aduentu fit tantum commemoratio.*

IN FESTO S. ANDREÆ Die xxx.
Apostoli. Introitus.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorũ. *Ps.* Domine probasti me, Psalm. 138.

& cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. *Oratio.*

Maiestatem tuã Domine, suppliciter exoramus: vt sicut Ecclesiæ tuæ beatus Andreas Apo-

solus extitit prædicator & rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Rom.
10. b
Fratres. Corde enim creditur ad iustitiã: ore autem, cõfessio fit ad salutẽ. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum, non cõfundetur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim qui-cumque inuocauerit nomen Dñi, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quẽ non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audiet sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! Sed non omnes obediunt euangelio. Isaias enim dicit. Dñe, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autẽ per verbũ Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eorum.

Psal.
44.
Grad. **C**onstitues eos principes super omnem terram: memores erũt nominis tui Domine. **V.** Pro patribus tuis nati sũt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. **A**lleluia, alleluia. **V.** Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis. **Alle.**
Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Mart.
4. c
In illo tempore: Ambulãs Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres: Simonẽ, q̄ vocatur Petrus, & Andreã fratrem eius, mittẽtes rete in mare, (erant enim piscatores) & ait illis. Venite post me: & faciã vos

fieri piscatores hominũ. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedẽs inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauì cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem, statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. **Credo.** **Offertorium.**

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. **Secreta.**

Sacrificium nostrũ tibi, Domine quesum⁹, beati Andreę Apostoli precatio sancta conciliet: vt in cuius honore solemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum.

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Communio. Venite post me, faciã vos fieri piscatores hominũ: at illi continuo relictis retibus, secuti sunt Dominum. **Postcommunio.**

Sumpsimus Dñe, diuina mysteria, beati Andreę festiuitate lætantes: quæ sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis, quæsumus, ad veniam prodesse perficias. Per Dñm.

FESTA DECEMBRIS.

¶ Pro commemoratione S. Bibiane virginis & martyris. **Oratio.**

Indulgentiã nobis, q̄s Dñe, beata Bibiana virgo & martyr imploret: quæ tibi grata sæper extitit & merito castitatis, & tuę professionis virtutis. Per Dominũ. **Secreta.**

Hostias tibi, Dñe, beatę Bibiane virginis & martyris tuę dicatas meritis, benign⁹ assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dñm. **Postcõm.**

Diuini muneris largitate satiatum, quæsumus Dñe De⁹ nolter: vt intercedente beata Bibiana virgine

Die
ij.

ne & martyre tua, in eius semper participatione viuamus. Per Dñm.

¶ Pro commemoratione S. Barbaræ virginis & martyris. Oratio.

DEus qui inter cetera potentia tua miracula, etiã in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: cõcede propitius: vt qui beatæ Barbaræ virginis & martyris tuæ natalitia cõlimus, per eius ad te exẽpla gradiamur. Per Dñm. **Secreta.**

SVscipe Domine munera, quę in beatæ Barbaræ virginis & martyris tuæ solemnitate, deferimus: cuius nos cõfidimus patrociniõ liberari. Per Dominum. **Postcomm.**

AVxilientur nobis Domine sũpta mysteria: & intercedente beata Barbara virgine & martyre tua: sempiterna faciant proteccionē gaudere. Per Dominum.

¶ Pro cõme. S. Sabbę abbatis. Oñõ.

INtercessio nos, quãsumus Domine, beati Sabbę Abbatis comẽdet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patricinio assequamur. Per Dominum. **Secreta.**

Sacris altaribus, Dñe, hostias superpositas sanctus Sabbas, quẽsumus, in salutem nobis prouenire deposcat. Per Dominũ. **Postcõm.**

Protegat nos Domine, cum tuĩ perceptione sacramenti beatus Sabbas pro nobis intercedendo: vt & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum.

IN FESTO S. NICOLAI Episcopi & Conf. Introitus.

Tatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. **Psalm.** memento Domine

David: & omnis mansuetudinis eius. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

DEus qui beatũ Nicolaum Pontificem innumeris decorasti miraculis: tribue quãsumus: vt ei meritis & precibus, a gehennæ incendijs liberemur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apolloli ad Hebræos.

FRatres. Mementote preposito- ^{Heb.}rum vestrorũ, qui vobis locuti ^{13 b}sunt verbum Dei: quorũ intuentes exitũ conuersationis, imitamiñe. Iesus Christ⁹ heri & hodie: ipse & in sæcula. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abducĩ. Optimũ est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ nõ profuerunt ambulantiõ in eis. Habemus altare: de quo edere nõ habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificẽ, horum corpora crematur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra: improperium eius portantes. Nõ enim habemus hic manentẽ ciuitatem: sed futurã inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, idest, fructũ labiorum consentium nomini eius. Beneficentia autem & cõmunionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Obedite p̄positis vestris, & subiaccete eis. Ipsi enim puigilant, quasi rationem pro animab⁹ vestris reddiduri.

Graduale. I nueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eũ. **v.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei.

Fl. 91. **A**lleluia, alleluia. **V.** Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Mat. 25. b **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolâ hanc. Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnũ: vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est itatim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat: & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnũ acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniã domini sui. Post multum vero tẽporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Dñe, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã: intra in gaudiũ domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait. Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce, alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã: intra in gaudiũ domini tui.

Fl. 83. **O**fferitorium. **V**eritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Sanctifica, quĩsumus Dñe Deus, hæc munera, quę in solemnitate sancti antistititui Nicolai offerim⁹: vt per ea, vita nostra inter aduersa, & prospera vbique dirigatur. **Per.**

Cõmunio. Semel iurauit in sancto meo: semẽ eius in æternũ manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternũ, & testis in cælo fidelis. **Postcõ.**

Sacrificia, quę sumpsimus Dñe, pro solemnitate sancti Pontificis tui Nicolai, sempiterna nos protectione conseruent. **Per Dominũ.**

IN FESTO S. AMBROSII **D**
Episcopi Confessoris, & Ecclesię **vij**
Doctõris. Introitus.



In medio Ecclesię aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientię, & intellectus: stolam glorię induit eum. **Psalmus.** Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui populo tuo æternę salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti: præsta quęsumus: vt, quem doctorẽ vitę habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cęlis. **Per Dominũ.**

Epistola. Testificor coram Deo. **de Comuni Doctõrum.** fol. 49r.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **V.** Nõ est inuentus similis illi qui cõseruaret legem Excelsi. **Allel. allel.** **V.** Iurauit Dñs, & nõ penitebit eũ: tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinem Melchisedech. **Alleluia.**

Euangelium. Vos estis sal terrę. **de eodem Comuni.** fol. 492.

Et dicitur Credo. Offeritorium. **V**eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Omnipotens sempiternus Deus, munera tuę maiestati oblata, **per**

per intercessionem beati Ambrosij confessoris tui atque Pontificis, ad perpetuam nobis fac provenire salutem. Per Dominum.

Communio. Semel iuravi in sancto meo: semen eius in æternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis. **Postcommunio.**

Sacramenta salutis nostræ suscipientes, cōcede quæsumus omnipotens Deus, vt beati Ambrosij cōfessoris tui atque Pontificis nos vbique oratio adiuuet: in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maestati. Per Dominum.

IN CONCEPTIONE

B. Mariæ virginis. Introit.



Alue sancta parens, enixa puerpera regem: qui cælum terramque regit in sæcula sæculorum. **Psalms.** Eructauit

cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. **V. Gloria. Oro.**

Familis tuis, quæsumus Domine caelestis gratiæ munus imperitare: vt quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordiū, Conceptionis eius votiua solemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Do.

Et sic commemoratio Feriæ.

Lectio libri Sapientiæ.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondū erāt abissi: & ego iam concepta eram. Necdū fontes aquarum eruperāt: necdum montes graui mole constiterant. Antè omnes colles ego parturiebar: Adhuc terram non fece-

rat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cælos, aderam. Quādo certa lege & gyro valabat abyssos. Quādo ætera firmabat surfum: & librabat fontes aquarum. Quando circūdabat mari terminum suū: & legē ponebat aquis, ne trāfirēt fines suos. Quādo appēdebat fundamenta terræ, cū eo erāt, cuncta componens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tēpore, ludens in orbe terrarum: & delictæ meæ, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiūt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me: & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenērit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. **Graduale.**

Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris, inuēta es mater Saluatoris. V. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Alleluia, alleluia. V. Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Alleluia. Initium sancti Euangelij secundum Matthæum.

Liber generationis Iesu Christi ^{Matt.} filij David, filij Abrahæ. Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason: Naason autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit

genuit Obed ex Ruth : Obed autē genuit Iesse : Iesse autem genuit Dauid regem . Dauid autē rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ . Salomon autem genuit Roboam : Roboam autem genuit Abiā . Abias autem genuit Afa : Afa autē genuit Iosaphat . Iosaphat autē genuit Ioram . Ioram autem genuit Oziam : Ozias autem genuit Ioathan : Ioathā autem genuit Achaz : Achaz autem genuit Ezechiam . Ezechias autem genuit Manassen : Manasses autem genuit Amon : Amon autem genuit Iosiam : Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in trāsmigratione Babylonis . Et post trāsmigrationem Babylonis , Iechonias genuit Salathiél : Salathiél autē genuit Zorobabél . Zorobabél autē genuit Abiud : Abiud autem genuit Eliacim . Eliacim autem genuit Azor : Azor autem genuit Sadoch : Sadoch autem genuit Achim : Achim autē genuit Eliúd : Eliúd autem genuit Eleazar . Eleazar autem genuit Mathan : Mathā autem genuit Iacob : Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ , de qua natus est Iesus , qui vocatur Christus . **C**redo. **Offertorium.**

Beata es virgo Maria , quæ omnium portasti creatorem : genuisti qui te fecit , & in æternū permanes virgo .

Secreta.

Vnigeniti tui , Domine , nobis succurrat humanitas : vt , quæ natus de Virgine , matris integritatē nō minuit , sed sacravit : in Conceptionis eius solēnijs , nostris nos piaculis exuens oblationem nostrā tibi faciat acceptam Iesus Christus Dominus noster . Qui tecum .

Præfatio de beata Virgine . Et te in Conceptione . fol. 227 . Cōmunio .

Beata viscera Mariæ virginis , quæ portauerūt æterni patris filiū . **Postc.**

Sumpsimus , Domine , celebratis annuæ votiuā sacramenta : præsta quæ : vt tēporalis vitæ nobis remedia præbeant , & æternæ . Per .

¶ Pro commemoratione S. Melchiadis Papæ & martyris . Oratio .

Infirmi-**tatem** nostram respice omnipotens Deus : & quia pondus propriæ actionis grauat , beati Melchiadis martyris tui atque Pōtificis intercessio gloriosa nos protegat . Per Dominum . **Secreta.**

Hostias tibi Dñe , beati Melchiadis martyris tui atque Pontificis dicatas meritis , benigno assume : & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidiū . Per Do . **Postc.**

Refecti participatione muneris sacri , quæsumus Domine Deus noster : vt cuius exequimur cultū , intercedēte beato Melchiade martyre tuo atque Pōtifice , sentiamus effectum . Per Dominum .

I N F E S T O S . D A M A S I

Papæ & confess. Introit.



Acerdotes tui Dñe , induant iustitiam , & sancti tui exultēt : propter Dauid serūū tuū non auertas faciem .

Christi tui . **Psalm.** Memento Domine Dauid : & omnis mansuetudinis eius . **¶** Gloria Patri . **Oio.**

Exaudi Domine preces nostras : & interueniente beato Damaso confessore tuo atque Pontifice , indulgentiam nobis tribue placatus , & pacem . Per Dominum .

Epistola . **¶** Iures facti sunt sacerdotes . **de Cōi cōfess. Pontif. fol. 489 .**

Grad. Ecce sacerdos magnus , qui in diebus suis placuit Deo . **¶** **Nō** est

est inuentus similis illi, qui conferuaret legem Excelsi. **A**lleluia, allel. **V.** Tu es sacerdos in æternū, secundū ordinē Melchisedech. Alleluia. **Euangelii.** Vigilate, quia nescitis. **de eodem Communi.** fol. 490.

Offertorium. Inueni Dauid feruū meū, oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabit ei, & brachium meū confortabit eum. **sec.**

Accepta tibi sit, Domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dñm.

Communio. Domine, quinque talēta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue bone, & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā, intra in gaudium domini tui. **Pott.**

Dā quæsumus Domine, fidelibus populis, sãctorum tuorū semper ueneratione lætari: & eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dominum nostrum.

IN FESTO S. LVCIE Æ
Virginis & martyris. Intr.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię, præ confortibus tuis. **Psal.** Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Faudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatę Lucię uirginis & martyris tuę festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Qui gloriatur, in Do-

mino gloriētur. Non enim qui se ipsum cōmendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. **Vti-** Cap. 11
nam sustineretis modicū quid insipientię meę: sed & supportate me. **Emulor** enim vos Dei æmulatione. Respondi enim vos vni viro, uirginem castam exhibere Christo.

Graduale. Dilexisti iustitiam, & Psal. 44. 13
odisti iniquitatē. **v.** Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię. **A**lleluia, allel. **v.** Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus, discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cælorū thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit uniuersa quę habet, & emit agrum illum. Iterū, simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærēti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit & vendidit omnia quę habuit, & emit eam. Iterum, simile est regnum cælorum sagēnæ missę in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in uasa, malos autē foras miserūt. Sic erit in consummatione sæculi. Exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis. Ideo, omnis scribe doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. **Orietorium.**

Fierētur Regi uirgines post eam, Psal. 44.
proximę

proximæ eius afferentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. *Secreta.*

Accepta tibi sit, Dñe, sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum semeritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum.

Psal.
118.
Comunio. *P*rinces persecuti sũt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lætabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. *Postcommunio.*

Satiasti Domine, familiam tuã muneribus sacris: eius, quæsumus, semper interuentione nos resoue, cuius solemnia celebramus. Per Dominum nostrum.

De
xv.
¶ Pro commemoratione *S. Eusebij Episcopi & martyris.* *Oratio.*

Deus, q̄ nos beati Eusebij martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per Dominum. *Secr.*

Mvnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedete beato Eusebio martyre tuo atq̄ Pontifice: per eadem nos placatus intende. Per Dominum. *Postcomm.*

Hæc nos cõmunio, Domine, purget à crimine: & intercedente beato Eusebio martyre tuo atque Pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

Die
xv.
¶ In Vigilia sancti Thomæ dicitur *Missã. Ego autẽ sicut oliua. de Cõmuni, in Vigilia vni^a Apost. f. 473. cum cõmemoratione serię Aduentus: & in ea seruetur rubrica posita in Vigilia sancti Andreæ. fol. 340. Si autem hæc Vigilia venerit in Quatuor temporibus, de ea sit tantum commemoratio.*

IN FESTO SANCTI

Thomæ Apostoli. *Introitus.*



*P*hi autẽ nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Psal. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meam. *v.* Gloria Patri. *Oratio.*

DA nobis, quæsumus Dñe beati Apostoli tui Thomæ solemnitatibus gloriari: vt eius semper & patrocinijs subleuemur, & fidem congrua deuotione sectemur. Per. *LECTIO* Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

FRatres. Iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sãctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templũ sanctum in Dño. In quo & vos coadificamini in habitaculum Dei, in Spiritu sancto.

Grad. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cõfortatus est principat⁹ eorũ. *v.* Dinumerabo eos: & super arenã multiplicabunt. *A.* Ielœuia, allel. *v.* Gaudete iusti in Domino: rectos decet collaudatio. *All.* *Sequẽtia S. Euãg. secundũ Ioannẽ.*

In illo tempore: Thomas, vnus ex duodecim, qui d̄r Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus Dñm. Ille autẽ dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurã clauorum, & mittam digitum meũ in locũ clauorum, & mittam manũ meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterũ erant discipu-

Heius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis caluis, & itetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei. Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui nõ vidérunt, & crediderunt. **Credo.**

Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. **Secreta.**

Debitum tibi Domine, nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exorantes: vt suffragijs beati Thomæ Apostoli, in nobis tua munera tuearis: cuius honoranda confessione, laudis tibi hostias immolamus. Per Dominum nostrum.

Præfatio de Apollol. fol. 226.

Communio. Mitte manum tuam, & cognosce loca clauorum: & noli esse incredulus, sed fidelis.

Postcommunio.

Adesto nobis misericors De^o: & intercedete pro nobis beato Thoma Apostolo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per Do.

FESTA IANVARIJ.

Pro commemoratione sancti Hygini Papæ & mart. **Oratio.**

Infirmi-^{ta}tem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Hygini martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Secreta.

Hostias tibi Dñe, beati Hygini martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume:

& ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Hygino martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

IN FESTO SANCTI

Hilarij Episcopi, & Conf. **Intr.**



In medio Ecclesiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dñs spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriæ induit eum. **Psal.** Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti: presta quæsumus: vt quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum.

Pro commemoratione sancti Felicis presbyteri & martyris.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt ad meliorem vitam, sanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatenus quorum solemnia agimus, etiam actus imitemur. **Tertia Oratio.**

Deus qui salutis. fol. 41.

Epistola. Testificor coram Deo de Communi Doctorem. 491.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. **V.** Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabitur gressus eius. **A**lleluia, alleluia, alleluia. **Psal.** 36.

V. Amavit eum Dominus, & ornauit **Ecclij.** 47.

uit eum: stolam gloriæ induit eum.
Alleluia. *Euangelium.*

*Vos estis sal terre. de eodem Com
muni: sed non dicitur, Credo.*

Plal.
91. *Offertorium.* Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. *Secreta.*

*S*ancti tui Hilarij nobis Domine, pia non desit oratio: quæ & munera nostra conciliet, & tuâ nobis indulgētiâ sēper obtineat. Per.
Pro S. Felice. Secreta.

*H*ostias tibi Dñe, beati Felicis martyris tui dicatas meritis, benignus assūme: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium.
Tertia Oratio de B. Maria. M

*un*eribus nostris. *supra.* fol. 42.

Tuc.
12. *Communio.* Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suâ: vt det illis in tempore tritici mensuram. *Postcom.*

*V*t nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem: beatus Hilarius confessor tuus, & doctor egregius, precator accēdat. Per Dñm.

Pro sancto Felice. Postcommun.

*Q*uæsumus Dñe, salutarib⁹ repleti mysterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius solemnia celebramus, orationib⁹ adiuuemur.

*Tertia de S. Maria, H*æc nos communio. 42.

Si cōtingat festū S. Hilarij trāsferri in alium diem, non tamen prædicta commem. S. Felicis transfertur, sed de ea fit suo die: quod & in sequēti festo, & in similib⁹ sēper seruatur

Die
xv. **I N F E S T O . S . P A V L I**
primi Eremitæ. *Introitus.*

Plal.
91. **I**ustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei no-

stri. *Psalms.* **B**onum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. *ψ.* Gloria Patri. *Ofo.*

Deus qui nos beati Pauli confessoris tui annua solemnitate letificas: cōcede propitius: vt cuius natalitia cōlimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Pro commemoratione sancti Mauri Abbatis. Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dñe, beati Mauri Abbatis commendet: vt quod nostris meritis nō valēmus, ei⁹ patrocinio assequamur.
Tertia Oratio de sancta Maria.

Deus qui salutis. fol. 41.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Philippenfes.

Fratres. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamē existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quæ omnia detrimentum feci, & arbitrator vt stercora, vt Christum lucrifaciam: & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu: quæ ex Deo est iustitia in fide: ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius, configuraturæ morti eius: si quomodo occurrā ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Nō quod iam accēperim, aut iā perfectus sim: sequor autē, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.

Grad. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. *ψ.* Ad annūtiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Alleluia, allel. *ψ.* Iustus germinabit

bit sicut liliū : & florebit in æternum ante Dominum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Respondens Iesus, dixit. Cōfiteor tibi pater Domine cæli & terre: quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes, q̄ laboratis, & onerati estis: & ego reficiā uos. Tollite iugum meum super uos: & discite a me q̄a mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiē animabus uestris. Iugum enim meum suauē est: & onus meum leue.

Offert. In uirtute tua Domine, lætabitur iustus: & super salutare tuū exultabit uehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei. **Secreta.**

Laudis tibi Domine, hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & præsentibus exū malis confidimus, & futuris. Per Dominum.

Pro S. Mauro Abbate. Secr.

Præsta nobis, quæsumus omnipotens Deus: ut nostrę humilitatis oblatio, & pro tuorū tibi grata sit honore sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet.

Tertia de Beata Maria, Muneribus nostris. fol. 42. **Communio.**

Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. **Postcommunio.**

Refecti cibo, potuque cælesti, Deus noster, te supplices exomus: ut in cuius hæc commemoratio percipimus, eius muniamur

& precibus. Per Dominum nostrū.

Pro S. Mauro Abbate. Postcomm.

Protēgat nos Domine, cum tuī perceptione sacramēti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedēdo: ut & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia.

Tertia de B. Maria, Hæc nos communio. f. 42.

IN FESTO S. MARCELLI

Die
xvi.

Papæ & martyris. Introit.



Tatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: ut sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

Ecccl.
45.

Psalm. Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.

Psal.
133.

v. Gloria Patri.

Oratio.

Preces populū tuū, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut beati Marcelli martyris tui atque Pontificis meritis adiuuemur cuius passione lætāmur. Per Dominum.

Epit. Benedictus Deus & Pater. **de Communivnius martyris Pontificis.** fol. 475. **Graduale.**

Inueni Dauid seruum meum, oleo sacro meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **v.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nō nocēbit ei. **Alleluia,**

Psal.
138.

Alleluia. v. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **Alleluia. Euangelium.**

Psal.
139.

Si quis uult uenire post me, de eodē Cōmuni. fol. 475. **Offertorium.**

Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Psal.
139.

Suscipe quæsumus Dñe, munerā dignanter oblata: & beati Marcelli

celli

celli martyris tui atque Pontificis
suffragantibus meritis, ad nostrę fa-
lutis auxilium prouenire concede.
Per Dominum nostrum.

Communio. Domine, quinque ta-
lenta tradidisti mihi, ecce alia quin-
que superlucratu sum: euge serue
bone & fidelis, quia in pauca fuisti
fidelis, supra multa te constituam:
intra in gaudium domini tui.

Postcommunio.

Satiasti Domine familiam tuam
muneribus sacris: eius quęsumus,
semper interuentione nos re-
fove, cuius solemnita celebramus.
Per Dominum nostrum.

In festo sancti Antonij Abbatis.
Missä. O s iusti. de communi Ab-
batum. fol. 459. cum Euangelio.
Sint lumbi vestri präcincti. de Cö-
muni confessoris non Pont. f. 493.

IN FESTO CATHEDRÆ
sancti Petri, qua Romę pri-
mu[m] sedit. Intr.

Tatuit ei Dominus te-
stamentum pacis: &
principem fecit eū: vt
sit illi sacerdotij digni-
tas in æternum. **Psal.**

Memento Domine Dauid: & om-
nis mansuetudinis eius. v. Gloria
Patri.

Oratio.

Deus, qui beato Petro Aposto-
lo tuo, collatis clauibus regni
cælestis, ligandi atque soluēdi pō-
tificium tradidisti: concede, vt in-
tercessionis eius auxilio, a pecca-
torum nostrorum nexibus libere-
mur. Qui uiuis & regnas.

Et sit commemor. de sancto Paulo
ante quascumque commemor. etiã
Dominicę: quod & seruatur in cõ-
memor. sancti Petri, quę fit in fe-
stis sancti Pauli. Oratio.

Deus, qui multitudinē gentiū
beati Pauli Apostoli prædica-
tione docuisti: da nobis quęsumus,
vt cuius cõmemorationē cõlimus,
eius apud te patrociniã sentiamus.

Deinde sit commemoratio sanctę
Priscę virg. & martyris. Oratio.

DA quęsumus omnipotēs Deus:
vt q. beatę Priscę virginis &
martyris tuę natalitia colimus: &
annua solemnitate letémur, & tanta
fidei proficiamus exemplo. Per.

lectio Epistolę B. Petri Apostoli.

Petrus Apostolus Iesu Christi,
electis aduenis dispersionis Pō-
ti, Galatię, Cappadocię, Asię, & Bi-
thyniã: secundum präscientiã Dei
Patris, in sãctificationem spiritus,
in obedientiam & asperionem san-
guinis Iesu Christi: gratia vobis, &
pax multiplicetur. Benedictus Deus
& Pater Domini nostri Iesu Chri-
sti, qui secundum misericordiam
suam magnam regenerauit nos in
spem viuam, per resurrectionem Ie-
su Christi ex mortuis, in hereditatē
incurruptibilem, & incontamina-
tam, & immarcescibilem, consueta
tam in cælis in vobis qui in virtute
Dei custodimini per fidem in salu-
tem, paratam reuelari in tempore
nouissimo. In quo exultabitis mō-
dicum nunc si oportet contristari
in varijs tētationibus: vt probatio
vestrę fidei multo pretiosior auro
(quod per ignem probatur) inue-
niatur in laudem, & gloriam, & ho-
norem, in reuelationem Iesu Chri-
sti Domini nostri.

Graduale.

Exaltent eum in ecclesia plebis: &
in cathedra seniorum laudent eū.
v. Confiteantur Dño misericordię
eius: & mirabilia ei filijs hominū.

Si festu[m] Cathedrę venerit ante Se-
ptuagesimam post Grad. statim dē,

Ale-

Alleluia, allel. *v.* Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Alleluia.

Si autē venerit post Septuagesimā, omisso Alleluia, & versu, dī sequēs

Tractus. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā.

v. Et portæ inferi non præualebūt aduersus eā: & tibi dabo clauēs regni cælorum.

v. Quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis.

v. Et quodcūque solueris super terrā, erit solutum & in cælis.

Sequētia S. Euāgelij secūdū Matth.

In illo tēpore: Venit Iesus in par

tes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicēs. Quē dicunt homines esse filiū hominis?

At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam: alij autem Eliam: alij vero Ieremiam: aut vnum ex prophetis.

Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius Dei viui.

Respondens autem Iesus, dixit ei. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebūt aduersus eam.

Et tibi dabo clauēs regni cælorum. Et quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

Credo.

Offertoriū. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebūt aduersus eam: & tibi dabo clauēs regni cælorum.

Secreta.

Ecclēsiæ tuæ, quæsumus Domine, preces & hostias beati Petri Apostoli cōmēdet oratio: vt quod

pro illius gloria celebramus, nobis profit ad veniam. Per Dominum.

Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli precib⁹, Dñe, plebis tuæ dona sanctifica: vt q̄ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrociniō supplicatiō.

Pro sancta Prisca. Secreta.

Hæc hostia, quæsumus Dñe, quam sanctorū tuorū natalitia recētes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuę nobis misericordię dona cōciliet. Per.

Pr. Sermo de Apostolis. fol. 227.

Communio. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. **Postcommunio.**

Lætificet nos Domine, munus tui Oblatum: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilē prædicamus, sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominum.

Pro sancto Paulo. Postcommunio.

Sanctificati, Domine, salutari mysterio: quæsumus, vt nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrociniō gubernari.

Pro sancta Prisca. Postcommunio.

Quæsumus Domine, salutariibus repleti mysterijs: vt cuius solemnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per Dominum.

SANCTORVM MARIÆ, Dñe
Marthæ, Audifacis, & Abachum. XIX.
marv. Introitus.



Vsti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectētur in letitia.

Psalm. Exurgat Deus, & dissipentur inimici

eius: & fugiant, qui odērunt eum, a facie eius. *v.* Gloria. **Oratio.**

Exaudi Domine populū tuum, cum sanctorum tuorū patrociniō

cinio supplicante: vt & temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere, & æternæ reperire subsidium. Per Do.

Epist. Memoramini pristinos.

de Comuni plurim. Martyr. f. 484.

Sap. 3.

Graduale. Iustorū animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormētum malitię. *v.* Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

Pf. 67.

Alleluia, alleluia. *v.* Mirabilis Deus noster in sanctis suis. Alle.

Si hoc festū venerit post Septuagesimā, omisso Allelu. & v. sequenti,

Pfal.

125.

dī Tractus. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. *v.* Euntes ibāt & flebāt, mittētes semina sua.

v. Venientes autē, venient cū exultatione, portātes manipulos suos.

Euang. Edente Iesu super mōtem.

de eodem Comuni. fol. 485.

Pfal.

125.

Offertorium. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Secreta.

Preces Domine, tuorum respice, oblationesq. fidelium: vt & tibi grata sint pro tuorū festiuitate sanctorum: & nobis conferant tuæ propitiationis auxilium. Per.

Luc.

12.

Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. *Postcomm.*

Sanctorū tuorū, Dñe, intercessionem placatus, presta quesum⁹: vt q̄ tēporali celebramus actione, ppetua saluatione capiamus. Per.

Die

78.

I N FESTO SS. FABIANI

& Sebastiani mart. Introitus.

Pf. 78.

Intret in conspectu tuo Domine gemitus cōpeditōrum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindicta sanguinem sanctorum tuorum,



qui effusus est. *Pfal. Deus venerūt tibi* gētes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. *v.* Gloria. *Oratio.*

Infirmatē nostrā respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beatorum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Fratres. Sācti per fidem vicērūt regna, operati sūt iustitiā, adepti sunt repromissiones: obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerūt de infirmitate: fortes facti sūt in bello, castra vertērūt exterōrum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt nō suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insup & vincula & carceres: lapidati sunt, scēdi sunt: tētati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuiērūt in mēlōtis, in pellibus caprinis, egentes, angustiatī, afflicti: quibus dign⁹ nō erat mūdus. In solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauēnis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: in Christo Iesu Dño nostro. *Gradu.*

Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. *v.* Dexterā tuā Dñe, glorificata est in virtute: dexterā manus tuæ confrēgit inimicos. Alleluia, alle.

v. Sancti tui Domine, benedicent te: gloriā regni tui dicent. Alleluia.

Si hoc festū venerit post Septuagesimā, omisso Alleluia, & v. sequenti, dicitur

Tractus. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. *v.* Euntes ibāt & flebāt, mittētes semina sua. *v.* Venientes autē venient cū exultatione, portātes manipulos suos. **Sequentia** sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorū eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudea & Ierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis: qui uenerāt ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabātur à spiritibus immundis, curabātur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat. Beati pauperes: quia uestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridēbitis. Beati eritis cum uos oderint homines, & cum separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tamquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces uestra, multa est in celo.

Offertorium. Letamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

Hostias tibi Domine, beatorū martyrum tuorū Fabiani, & Sebastiani dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiū. Per.

Communio. Multitudo languentium, & qui vexabātur à spiritibus immundis, ueniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Postcommun. Efecit participatione muneris sacri, quæsumus Dñe Deus

noſter: ut, cuius exequimur cultū, intercedētibus sanctis martyribus tuis Fabiano & Sebastiano, sentiamus effectum. Per Dominum.

IN FESTO S. AGNETIS

virginis & mart. **Introitus.**



Expectauerunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua Domine intellexi: omnis cōsummationis uidi finem: latum mandatum tuum nimis. *Psalm.* Beati immaculati in uia: qui ambulant in lege Domini.

v. Gloria Patri.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius: ut qui beatę Agnetis uirginis & martyris tuę solēnia cōlimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Epistola. Confitebor tibi Dñe rex. *de Comuni uirg. mart. f. 496.*

Graduale. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. *v.* Propter ueritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Alleluia, alleluia. *v.* Quinque prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis cum lapadibus, media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus uenit, exite obuiam Christo Domino. Alleluia.

Si uenerit post Septuagesimā, omisso Alleluia, & sequenti dicitur

Tractus. Veni sponsa Christi accipe coronam, quam tibi Dñs preparauit in æternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. *v.* Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea uinxit te Deus tuus oleo lætitię præ cōfortibus. *v.*

Specie tua, & pulchritudine tua:

intēde, prospere procede, & regna.

Evangelium. Simile est regnum cælorum decem virginibus. **de eodē**

Communi. fol. 497. **Offertorium.**

Pl. 44 **A**fferētur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi in lætitia & exultatione, adducentur in templum regi Domino. **Secreta.**

Hostias Dñe, quas tibi offerimus, propitius suscipe: & intercedente beata Agnetē virgine & martyre tua, vincula peccatorum nostrorū absolue. Per Dominum.

Matt. 25. **Communio.** Quinque prudētes virgines acceperūt oleū ī vasis suis cū lāpadib⁹: media autē nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obviam Christo Dño. **Postcomm.**

Refecti cibo potuq. cælesti De⁹ noster, te supplices exorām⁹: vt in cuius hæc commemoratione percēpimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum.

Die 25. **In festo SS. Vincētij & Anastasij mar: Missa.** Intret in cōspectu tuo. **de Communi plurim. matt. f. 482.** **exceptis Orationibus, quæ dicuntur vt infra.** **Oratio.**

Adesto Dñe supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beatorum martyrum tuorum Vincētij & Anastasij intercessione liberēmur. Per Dominum. **Secreta.**

Mvnera tibi Dñe, nostre deuotionis offerimus: quæ & pro tuorū tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria, te miserāte, reddantur. Per Dñm. **Postcomm.**

Qvæsumus omnipotens Deus: vt qui cælestia alimenta percēpimus, intercedētibus beatis martyribus tuis Vincētio & Anastasio, per hæc contra omnia aduersa mu-

niamur. Per Dominum nostrum.

S. Emerētiæ virg & mar. Missa. **Die xxij.**

Me expectauerunt peccatores. vt in Communi Virgintū & mar. 498.

IN FESTO S. TIMOTHEI Episcopi & mart. Introitus. **Die xxij.**



Tatuit ei Dominus testamentum pacis: & principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. **Psal.**

Memento Dñe David: & omnis māsfuetudinis ei⁹. Gloria. Oro. **Psal. 131.**

Infirmittatem nostrā respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Timothei martyris tui atq. Pōtificis intercessio gloriosa nos ptegat. Per. **LECTIO** Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

Charissime. Sedāre iustitiam, pietatem, fidem, charitatē, patientiam, mansuetudinem. Certa bonū certāmen fidei: apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi corā Deo, qui viuificat omnia: & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem: vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi. Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potēs, rex regum, & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatē, & lucē inhabitat inaccessibilē: quem nullus hominū vidit, sed nec vidēre potest: cui honor & imperium sempiternum, Amen. **Graduale.**

Inuēni David seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum **Psal. 88.**

meum confortabit eum. **✠** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei.

Alleluia, allelu. **✠** Tu es sacerdos in ætèrnum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Si venerit post Septuagesimā, omisso Alleluia, & versu sequenti, dicitur

Traetus. **D**esideriū animæ eius tribuisti ei, & voluntate laborū eius non fraudasti eum. **✠** Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. **✠** Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxorē & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam: nō potest meus esse discipulus. Et qui nō baiulat crucem suā, & venit post me: nō potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nō prius sedēs cōputat sumptus q̄ necessarij sūt, si habeat ad perficiendum: ne, posteaquā posuerit fundamentum, & non poterit perficere, omnes qui vidēt, incipiant illūdere ei, dicentes: quia hic homo cæpit ædificare, & nō potuit cōsummāre? Aut quis rex itūrus cōmittere bellum aduersus alium regē, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millib⁹ occurrere ei, qui cū viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sūt. Sic ergo omnis ex vobis, qui nō renūtiat omnibus quæ possidet: nō potest meus esse discipulus.

Offertoriū. **V**eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Hostias tibi Dñe, beati Timothei martyris tui atque Pōtificis dicatas meritis, benignus affūme: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dñm.

Communio. **S**emel iuravi in sancto meo: semen eius in ætèrnum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in ætèrnum, & testis in celo fidelis. **Postcomm.**

Refecti participatione muneris sacri, quesumus Dñe Deus noster: vt, cuius exequimur cultū, intercedente beato Timotheo martyre tuo atque Pōtifice, sentiamus effectum. Per Dominum.

IN CONVERSIONE

S. Pauli Apostoli. Introitus.



Cio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem, iustus iudex. **Psalm.**

Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

✠ Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui vniuersum mūdum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quesum⁹: vt qui eius hodie conuersionem cōlimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Et fit commemor. de S. Petro. Oso.

Deus, q̄ beato Petro Apostolo tuo, collātis clauib⁹ regni cęlestis, ligādī atque soluedī pontificiū tradidisti: cōcede, vt intercessionis eius auxilio, à peccatorū nostrorū nexibus liberemur. Qui viuīs &c.

Iesū Aetuum Apostolorum.

In diebus illis. Saulus adhuc spirans minarum & cædis in disci-

pulos Domini, accessit ad principē sacerdotū, & petijt ab eo epistolas ī Damascū ad synagogas: vt si quos inuenisset hui⁹ viā viros ac mulieres, vinctos perdūceret in Ierusalē. Et cum iter faceret, cōtigit vt appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cēlo: & cadens in terram, audiuit vocē dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit. Quis es Dñs? Et ille. Ego sum Iesus, quē tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrāre. Et tremēs ac stupēs, dixit. Dñe, quid me vis facere? Et Dñs ad eum. Surge, & ingrēdere ciuitatem: & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autē illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupēfacti, audiētes quidē vocem, neminem autē videntes. Surrexit autē Saulus de terra, apertisq. oculis nihil videbat. Ad manus autē illū trahentes, introduxērūt Damascū. Et erat ibi tribus diebus nō vidēs: & non manducāuit, neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dñs: Anania. At ille ait: Ecce ego Dñe. Et Dñs ad illū. Surge, & vade in vicū, qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: ecce enim orat. (Et vidit virū Ananiam nomine, introēuntem, & imponentem sibi manus, vt visum recipiat.) Respondit autē Ananias. Dñe, audiui à multis de viro hoc, quāta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem: & hic habet potestātē à principib⁹ sacerdotum, alligādi omnes qui inuocant nomē tuū. Dixit autē ad eū Dñs. Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meū coram gentibus, & regibus, & filijs

Israël. Ego enim ostendā illi, quāta oporteat eū pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introiuit in domum: & imponēs ei manus, dixit. Saule frater, Dñs Iesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas: vt videas, & impleāris Spiritu sancto. Et confestim cecidērunt ab oculis eius tāquā squamæ: & visum recēpit. Et surgens baptizatus est. Et cū accepisset cibū, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo in synagogis prædicabat Iesum: quoniam hic est filius Dei. Stupēbāt autē omnes qui eum audiebant, & dicebāt. Nonne hic est, qui expugnabat in Ierusalē eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit, vt vinctos illos dūceret ad principes sacerdotū? Saul⁹ autē multo magis cōualescēbat, & cōfundēbat Iudēos, qui habitabāt Damasci, affirmans qm̄ hic est Christus.

Graduale. Qui operatus est Petro in Apostolatū, operatus est & mihi inter gentes: & cognouērūt gratiā Dei, quæ data est mihi. *V.* Gratiā Dei in me vacua nō fuit: sed gratia eius sēper in me manet. *A*lleluia, alleluia. *V.* Magnus s̄ctus Paulus vas electionis, vere digne est glorificandus, qui & meruit thronum duodecimum possidēre. Alleluia.

Sivenerit post Septuagesimam, Tractus. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole: vere digne es glorificandus. *V.* Prædicator veritatis & doctor gentium in fide & veritate. *V.* Per te omnes gentes cognouērunt gratiā Dei. *V.* Intercēde pro nobis ad Deū, qui te elēgit.

Sequētia S. Euang. secūdū Matth. In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliqui-

mus omnia, & secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amē dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternā possidebit.

Dicitur Credo. Offertorium.
Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. **Secreta.**

Apostoli tui Pauli precib⁹, Domine plebis tuæ dona sanctifica: vt que tibi tuo grata sunt inflituro, gratiora fiant patrociniò supplicantis. Per Dominum.

Pro sancto Petro. Secreta.

Ecclesiæ tuæ, quæ sumus Domine, preces, & hostias beati Petri Apostoli comēdet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis profit ad veniam. Per Dominum.

Prefatio, de Apostolis. fol. 227.

Cōmunio. Amen dico vobis, quòd vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

Postcommunio.

Sanctificati, Domine, salutari mysterio: quæsumus, vt nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrociniò gubernari. Per Dominum nostrum.

Pro sancto Petro. Postcommunio.

Lætificet nos Domine, munus oblātum: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilē prædicamus, sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominum.

IN FESTO S. POLYCARPI Die xxvi.

Episcopi & marty. introitus.



Acerdotes Dei benedicite Dominum: sancti, & humiles corde laudate Deum. **Psal.**

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

V. Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitiis: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectiōne gaudeamus. Per Dominum.

Lectio Epist. B. Ioannis Apostoli.

Charissimi. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniā hæc est annūtiatio, quā audistis ab initio: vt diligatis alterutrum. Nō sicut Cain, qui ex magligno erat; & occidit fratrem suū. Et propter quid occidit eum: Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniā translati sumus de morte ad vitā: quoniā diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis, quoniā omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suā pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Graduale. Gloria & honore coronasti eum. V. Et constituisti eum super opera manuum tuarū Dñe.

Alleluia, allel. **V.** Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus. Allelu.

Si venerit post Septuagesimam,

Psal. **Tractus.** **B**eatus vir qui timet Dominū: in mādatīs eius cupit nimis.
v. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur.
v. Gloria & diuitiē in domo ei⁹, & iustitia eius manet in sēculū sēculi.
Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt.
10. d

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Nihil opertū, quod non reuelētur: & occultum, quod nō sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure audītis, prędicate super tēta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem nō possunt occidere: sed potius eū timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres affe vaneunt: & vnus ex illis nō cadet super terrā sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passerib⁹ meliores estis vos. Omnis ergo qui cōfitebitur me coram hominibus: confitebor & ego eū corā Patre meo, qui in cælis est.

Fl. 33. **Offertorium.** Inueni Dauid seruū meū, oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabit ei, & brachiū meū cōfortabit eū. **Secreta.**

Mvnera tibi Domine, dicāta sanctifica: & intercedēte beato Polycarpo martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Fl. 10. **Communio.** Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. **Postcommun.**

Refeci participatione muneris sacri, quęsumus Dñe Deus noster: vt cuius exequimur cultum, intercedēte beato Polycarpo martyre tuo atque Pontifice sentiamus effectum. Per Dominum.

IN FESTO S. IOANNIS
Chrysolomi Episcopi & confessoris. Introitus.



N medio Ecclesię aperuit os eius: & impleuit eum Dñs spiritu sapientię, & intellectus: stolam glorię induit eum.

Psal. **B**onum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Ecclēsiam tuam quęsumus Domine, gratia cęlestis amplificet, quā beati Ioannis Chrysolomi confessoris tui atque Pontificis illustrare voluisti gloriosis meritis, & doctrinis. Per Dominum.

Epistola. Testificor coram Deo. **de Comuni Doctorum.** fol. 492.

Graduale. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo. **Eccl.** 44.

v. Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. **Alleluia, alleluia.** **v.** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę. **Alleluia.**

Post septuagesimam, Tractus.

Beatus vir, qui timet Dominum. **de Comuni Doctorum.** fol. 492.

Euangelium. Vos estis sal terre. **de eodem Cōi.** fol. 492. **Et dñs.** **C**redo.

Offertorium. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

Sancti Pōtificis tui Ioānis Chrysolomi nobis Domine pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiā semper obtineat. Per Dominū.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. **Postcomm.**

v t

VT nobis Domine tua sacrificia dent salutem: beatus Ioannes Chrysostomus Pontifex tuus, & doctor egregius, quæsumus præcator accedat. Per Dominum.

SANCTÆ AGNETIS

secundo. Introitus.

Vltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducetur Regi virgines post eam: proximę eius adducetur tibi in lætitia & exultatione.

Pfal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

v. Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui nos annua beatę Agnetis virginis & martyris tuę solemnitate lætificas: da quęsumus: vt quam veneramur officio, etiã pię conuersationis sequamur exemplo. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui se ipsum cõmendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. Vtinã sustineretis modicũ quid insipientię mee: sed & supportate me. Æmulorem enim vos Dei æmulatione. Respondi enim vos vni viro, virginę castã exhibere Christo. **Graduale.**

Specie tua, & pulchritudine tua: intede, prospere procede, & regna.

v. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. **A**lleluia, alleluia. **v.** Adducentur Regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi lætitia. Alleluia.

Post Septuagesimam. Tractus.

Audi filia, & vide, & inclina autẽ tuã: quia cõcupiuit Rex specie tuã.

v. Vultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filia regũ in honore tuo. **v.** Adducetur Regi virgines post eã: proximę eius afferentur tibi. **v.** Afferent in lætitia & exultatione: adducetur in templũ Regis.

Euangelium. Simile est regnũ cælorum thesauro abscondito in agro. **de Communi Virginum.** fol. 498.

Offert. Diffusa est gratia in labijs tuis, ppter ea benedixit te Deus in æternum, & in sæculũ sæculi. **Secr.**

Super has, quęsumus Domine, hostias benedictio copiosa descēdat: quę & sanctificationẽ nobis clementer operetur, & de martyriũ nos solemnitate lætificet. Per Do.

Communio. Simile est regnũ cælorum homini negotiatori quęrenti bonas margaritas: inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. **Postcõm.**

Simpissimus Dñe, celebritatis an nũz votiuã sacramenta: præstas qs: vt & temporalis vitę nobis remedia præbeant, & æternę. Per Do.

FESTA FEBRVARII.

IN FESTO S. IGNATII Die j.

Episcopi & mart. Inr.



Ihi autẽ absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego

mundo. **Psal.** Memento Domine David: & omnis mansuetudinis eius. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Infirmittatem nostram respice: omnipotens Deus: & quia pondus proprię actionis grauat, beati Ignatij martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui.

Lectio

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Rom. **F**ratres. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditatis, an periculū, an persecutio, an gladi⁹? (Sicut scriptum est, quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus superam⁹ propter eū, q̄ dilexit nos. Certus sū enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neq. virtutes, neq. instantia, neq. futura, neq. fortitudo, neq. altitudo, neq. profundum, neq. creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, q̄ est in Christo Iesu Dño nostro. **Grad.**

Eccel. **E**cce sacerdos magnus, q̄ in dieb⁹ suis placuit Deo. **Ps.** Nō est inuent⁹ similis illi qui conseruaret legē Excellenti. **Gal.** **A**lleluia, allel. **Ps.** Christo cōfixus sū cruci: uiuo ego, iā nō ego, uiuit uero in me Christus. Alleluia.

Post Septuagesimam. **Tractus.** **D**esiderium animæ eius tribuisti ei, & uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. **Ps.** Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. **Ps.** Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Joan. **I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen, amen dico uobis: Nisi granum frumētī cadēs in terram, mortuum fuerit: ipsum solū manet. Si autem mortuū fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odic animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequat⁹: & ubi ego sū, illic & minister me⁹ erit. Si quis mihi ministrauerit, honori-

ficabit eū pater meus, q̄ est in cælis. **Offert.** Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarū, Domine. **Secr.**

Hostias tibi Dñe beati Ignatii martyris tui atque Pōtificis dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dñm.

Communio. **F**rumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inueniar. **Postcom.**

Refecti participationemuneris sacri, quæsumus Dñe Deus nos flet: ut, cui⁹ exequimur cultū, intercedente beato Ignatio martyre tuo atq. Pōtifice, sentiamus effectū. Per.

IN FESTO PURIFICATIONIS

beatæ Mariæ uirginis.

¶ Si hoc festū uenerit in Dñicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, uel Quinquagesimæ, fit tantū benedictio, & distributio candelarum, & processio: & Missa dñe de Dñica: Missa uero festi trāsferretur in sequentē diē.

¶ Finita Tertia, Sacerdos indutus pluuiali uiolaceo, uel sine casula, cū ministris similiter indutis procedit ad benedicēdū candelas in medio ante Altare, uel ad cornu Epistolæ positas: & ipse ibidem stans uersus ad Altare, dicit in tono Orationis **Misse ferialis.** Dominus uobiscum.

R. Et cū spiritu tuo. **O.** rem⁹. **Oso.**

Domine sancte, p̄ omnipotēs, æterne Deus, qui omnia ex nihilo creasti: & iussu tuo per opera apū, hunc liquorē ad perfectionem cerei uenire fecisti: & qui hodierna die petitionē iusti Simeonis implesti: te humiliter deprecamur: ut has cādelas ad vsus hominū, & sanitatē corporū & animarū, siue in terra, siue in aquis, per inuocationem tui san-

san-

sanctissimi nois, & per intercessio-
ne B. Marię sēper virginis, cui⁹ ho-
die festa deuote celebrātur, & per
preces omnīū Sanctōrū tuorū, be-
ne ✠ dicere, & sācti ✠ ficare digne-
ris: & huius plebis tuę, quę illas ho-
norifice ī manibus desiderat porta-
re, atq. cātādo laudare, exaudias vo-
ces de celo sācto tuo, & de sede ma-
iestatis tuę: & ppiti⁹ sis oīb⁹ clamā-
tib⁹ ad te, quos redemisti p̄tioso sā-
guine Filij tui. Qui tecū viuūt & re-
gnat in vnitate Spūs sācti De⁹, per
oīa sęcula sęculorū. *R. An̄. O rem⁹.*

O Mnipotens sēpiterne Deus, q̄
hodierna die vnigenitū tuū
vnis sancti Simeonis in tēplo san-
cto tuo suscipiēdū p̄sentasti: tuā
supplices deprecamur clemētiā: vt
has cādelas, quas nos famuli tui, in
tui nominis magnificētiā suscipien-
tes, gestare cupimus luce accensas,
benedi ✠ cere, & sancti ✠ ficare,
atq. lumine superne benedictionis
accēdere digneris, quaten⁹ eastibi
Dño Deo nostro offerēdo, digni, &
sancto igne dulcissimā charitatis
tuę succensi, in tēplo sancto gloria
tuę repræsentiari mereamur. Per
eundem. *R. Amen. O remus.*

Domine Iesu Christe, lux vera,
qui illuminas omnem homi-
nem venientem in hunc mundum:
effunde bene ✠ dictionē tuam su-
per hos cereos, & sancti ✠ fica eos
lumine gratiæ tuę, & concede pro-
piti⁹: vt sicut hæc luminaria igne
uisibili accensa, nocturnas depel-
lunt tenebras: ita corda nostra in-
uisibili igne, idest, sancti Spiritus
plēdore illustrata, omnium vitio-
rum cæcitate careant: vt purgato
nentis oculo ea cernere possimus,
quę tibi sunt placita, & nostrę salu-
taria: quatenus post huius sæcu-

li caliginosa discrimina, ad lucem
indeficientē peruenire mereamur:
Per te Christe Iesu saluator mun-
di, q̄ in Trinitate perfecta viuīs, &
regnas Deus, per omnia sęcula sę-
culorum. *R. Amen. O remus.*

O Mnipotēs sempiterne Deus,
qui per Moysen famulū tuū,
purissimū olei liquorem ad lumi-
naria ante conspectum tuum iugi-
ter concinnanda preparari iussisti:
benedi ✠ ctionis tuę gratiam su-
per hos cereos benignus infunde,
quatenus sic administrent lumen
exterius, vt te donante, lumē Spiritus
tui, nostris non desit mentibus
interi⁹. Per Dñm. in vnitate eiusdē
Spiritus sancti. *R. Amē. O remus.*

Domine Iesu Christe, qui ho-
dierna die ī nostrę carnis sub-
stantia inter homines apparens, a
parentibus in templo es p̄sentat-
us, quē Simeon venerabilis senex,
lumine Spiritus tui irradiat⁹, agno-
uit, suscepit, & benedixit: p̄ستا p-
piti⁹: vt eiusdē Spiritus sancti gra-
tia illuminati atq. edocti, te veraci-
ter agnoscamus, & fideliter diliga-
m⁹: Qui cū Deo P̄re ī vnitate eius-
dē Spūs sācti viuīs & regnas Deus
per omnia sęcula sęculorū. *R. An̄.*

¶ *Finitis Oronib⁹, Celebrās ponit
incensū in thuribulum, deinde ter
aspergit cādelas aqua benedicta, di-
cendo Antiphonam, Asperges me.
sine cantu & sine Psalmo: & ter
adolet incenso. Tum dignior ex cle-
ro accedit ad altare, & ab eo Cele-
brās accipit cādelā nō genuflectēs,
nec osculans manum illius. Postea
celebrans stās ante altare versus ad
populū distribuit candelas, primū
digniori, a quo ipse accepit: de-
inde Diacono & Subdiacono para-
tis, & alijs clericis singulatim p̄ or-
dinem,*

dimem, vltimo laicis : omnibus genuflectentibus, candelam & manū Celebrantis osculantibus, exceptis Prelatis, si ad sint. Et cū inceperit distribuere cādelas, a Choro cātatur

Iuc.
2. **Añā.** Lumen ad reuelationem gentium : & gloriam plebis tuæ Israël.

Canticum. Nunc dimittis seruum tuum Dñe, secundum verbum tuū in pace. **Deinde repetit̃ tota Añā.**

Lumen ad reuelationē gentiū. **quæ similiter repetit̃ post quēlibet versum.** Quia viderūt oculi mei salutare tuum. **Añā.** Lumen. Quod parasti ante faciem omniū populorū.

Añā. Lumen. Gloria Patri. **Añā.** Lumen. Sicut erat. **Añā.** Lumen.

His expletis cantatur Antiphona.

Psal.
43.
Ibidē. **E**xurge Dñe, adiuua nos : & libera nos propter nomen tuū. **Ps.** Deus auribus nostris audiuimus : patres nostri annūtiauerūt nobis. **V.** Gloria P̃ri. **Et repetitur, Exurge Dñe.**

Deinde Sacerdos dicit. O remus. Et si fuerit post Septuagesimam, & non in die Dominica, Diaconus.

Flectamus genua. **R.** Leuate. **Oso.**

Exaudi quęsumus Domine, plebem tuam : & quę extrinsecus annua tribuis deuotione venerari, interius assequi gratię tuę luce concede. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde fit processio. Et primo Celebrans imponit incensum in thuribulū ; postea Diaconus vertens se ad populum, dicit : Procedamus in pace. Et Chorus respondet : In nomine Christi, Amen. Pręcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante : deinde Subdiacon⁹ paratus, det̃rens Crucem, medius inter duos Acolythos cum cādelabris accensis : sequitur clerus per ordinē, vltimo Celebrans cum Diacono a fini-

stris, omnes cū candelis accensis in manibus : & cantātur antiphonę sequētes. **Añā.** A dorna thalamū tuū

Sion, & suscipe regē Christum : amplectere Mariā quę est cęlestis porta : ipsa enim portat Regē glorię noui luminis : subsistit virgo, adducēs

manibus filiū ante luciferū genitū : quę accipiens Simeō in vlnas suas, predicauit populis, Dñm eū esse vitę & mortis, & saluatorem mundi.

Alia antiph. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurū se mortē, nisi videret Christū Dñi :

& cū inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deū, & dixit : Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace. **V.** Cū inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo : ipse accepit eum in vlnas suas.

Et ingrediēdo Ecclesiā, cātatur R.

Obtulerunt pro eo, Dño paraturū, aut duos pullos columbarū : Sicut scriptum est in lege Domini.

V. Postquā impleti sūt dies purificationis Marię secundum legē Moysi, tulērunt Iesum in Ierusalem, vt fisterent eum Domino. Sicut scriptum. **V.** Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut scriptum.

Finita processione, Celebrās, & ministri, depositis violaceis, accipiūt paramēta alba pro Missa. Et cādelę tenentur in manibus accensę dū legitur Euāgeliū, & iterū ad eleuationē Sacramenti, vsque ad Cōionem.

Ad Missam. Introitus.

Vscēpimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui : secundū nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines terrę : iustitia plena est dextera tua.

Psal.

Vscēpimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui : secundū nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines terrę : iustitia plena est dextera tua.

Psal.

Vscēpimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui : secundū nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines terrę : iustitia plena est dextera tua.

Psal.

Vscēpimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui : secundū nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines terrę : iustitia plena est dextera tua.

Psal.

Vscēpimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui : secundū nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines terrę : iustitia plena est dextera tua.

Psal.

Vscēpimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui : secundū nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines terrę : iustitia plena est dextera tua.

Psal.

Vscēpimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui : secundū nomen tuū Deus, ita & laus tua in fines terrę : iustitia plena est dextera tua.

Pfal. Magnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. **v.** Gloria. **Oro.**

Omnipotens sempiternus Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostrae carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem.

LECTIO Malachiae prophetae.

Haec dicit Dominus Deus. Ecce, ego mitto angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis: & Angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum: & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies saeculi, & sicut anni antiqui: dicit Dominus omnipotens.

Grad. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terrae. **v.** Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. **Alleluia, alleluia.** **v.** Senex puerum portabat: puer autem senem regebat. **Allel.**

Si hoc festum venerit post Septuagesimam, omisso Alleluia. & versu sequenti dicitur Tractus.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. **v.** Quia viderunt oculi mei salutare tuum. **v.** Quod paraſti an-

te faciem omnium populorum. **v.** Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis Marie secundum legem Moysi: tulit Iesum in Ierusalem, ut offerret eum Domino (sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur:) & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce, homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel: & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod paraſti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuae Israel. **Credo.** **Offertorium.**

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum, & in saeculum saeculi. **Secreta.**

Exaudi Domine preces nostras: & ut digna sint munera, quae oculis tuae maiestatis offerimus, subsidium nobis tuae pietatis impede. **Per.** **Praefatio de Natiuitate Domini,** Quia per incarnati verbi. fol. 209.

Luc. **Communio.** Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi vidéret Christum Domini.

Postcommunio.

O Vāsumus Domine Deus nos- ter: vt sacrosancta mysteria, que pro reparationis nostræ munimine contulisti, intercedéte beata Maria semper virgine, & præsens nobis remedium esse facias, & futurum. Per Dominum nostrum.

Die **Sancti Blasij Episcopi & martyr.**
iiij. **Missa.** sacerdotes Dei. in **Communi**
nt vnus Mart. Pontificis. f. 475.

Die **IN FESTO S. AGATHÆ**

virginis & mart. Introitus.

Audeāmus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Agathæ virginis & martyris: de cuius passione gaudent Angeli, & collaudant filium Dei.

Psalmus.
Ps. **44.** **Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.**

Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui inter cetera potentię tuę miracula, etiā in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitijs: vt qui beatæ Agathæ virginis & martyris tuę natalitia cōlimus, per eius ad te exemplam gradiāmur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

1. Cor. **1. d.** **F**ratres. Vidéte vocationem vestram: quia nō multi sapientes secundū carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elégit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elégit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & cōtemptibilia elégit Deus, & ea quæ non sunt, vt

ea quæ sunt, destrúeret: vt non gloriétur omnis caro in cōspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu: qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: vt, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Graduale.

A diuuabit eam Deus vultu suo: Deus in medio eius, non commouebitur. **V.** Fluminis impetus latificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.

Alleluia, allel. **V.** Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar. Alleluia.

Si veperit post Septuagesimā. Trac.
Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. **V.** Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem, venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequētia S. Euang. secundū Matth.
In illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisei, tentantes eum, & dicētes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacūque ex causa? Qui respondens, ait eis. Non legitis: quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? Etdixit: Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suę: & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo Deus cōiunxit, homo nō separet. Dicunt illi. Quid ergo Moyses mādauit dare libellū repudij, & dimittere? Ait illis. Quoniam Moyses ad duritiā cordis vestri pmisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autē nō fuit sic. Dico autē vobis: quia quicumque dimiserit vxorem suā, nisi ob fornicationē, & aliā dūxerit, mæchatur: & qui dimissā duxerit, mæchatur.

chatur. Dicitur ei discipuli ei⁹. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt uerbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum celorum. Qui potest capere, capiat. **Offere.**

Afferentur Regi virgines post eam: proximae eius afferentur tibi. **Secr.**

Suscipe Domine munera, quae in beata Agathae virginis & martyris tuae solennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per. **Communio.** Qui me dignatus est ab omni plaga curare, & mamillam meam meo pectori restituere: ipsum inuoco Deum uiuum. **Postcomm.**

Avxilientur nobis Domine sumpta mysteria: & intercedente beata Agatha virgine & martyre tua, sempiterna protectione confirmet. Per Dominum.

¶ S. Dorotheae virginis & martyris. **Missae.** **Me expectauerunt.** in **Coi** **Virginum & martyris.** fol. 498.

¶ In festo S. Romualdi abbatis, **Missae.** **Os iusti.** de **Coi** **Abbatu.** f. 495.

¶ Sanctae Apolloniae virginis & martyris. **Missae.** **Loquebar de testimonijs tuis.** de **Comuni** **Virginis & martyris.** fol. 496.

¶ Sancti Valentini presbyteri & martyris, **Missae.** **In virtute tua Domine.** de **Coi** **uni** **Mar.** f. 476. **pter** **Ofones,** quae dicuntur ut infra. **Ofo.**

Praesta quaesumus omnipotens Deus: ut qui beati Valentinus martyr tui natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per Dominum. **Secreta.**

Oblatis, quos Domine, placare muneribus: & intercedete beato Va-

lentino martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per. **Postcommunio.**

St nobis Domine, reparatio mentis & corporis caeleste mysterium: ut cuius exequimur actionem, intercedente beato Valentino martyre tuo sentiamus effectum. Per Do-

¶ **SS. martyris. Paulini & Iovite,** **Die** **Missae.** **Salus autem iustorum.** in **co-** **xv.** **muni plurim.** **Martyr.** fol. 474.

¶ **S. Simeonis Episcopi & martyris.** **Die** **Missae.** **Statuit ei Dominus.** de **Coi** **xviii.** **vnus Mart.** **Pontificis.** fol. 474.

¶ **In Cathedra Antiochena Sancti Petri,** omnia dicuntur sicut in festo **Cathedrae Romanae.** supra. 352.

omnisa commemoratione S. Priscae, & cum commemoratione Feriae, si venerit in Quadagesima.

¶ **In Vigilia sancti Matthiae,** **Missae.** **Die** **Ego autem sicut oliua.** de **Coi,** in **xliij.** **Vigilia vnus Apostoli.** fol. 473. **xxiij.**

Si haec Vigilia venerit in Quadagesima, fit de ea tantum commemoratio in Missa.

IN FESTO S. MATTHIAE **Die** **Apostoli.** **Introitus.** **xliij.** **vet** **xxv.** **Psal.** **138.**



Thi autem nimis honorati sunt amici tui De⁹: nimis confortatus est principatus eorum. **Psal.**

Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **v Gloria Patri.** **Oratio.** **1ktid.**

Deus, qui beatum Matthiam Apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quaesumus: ut eius interuentione, tuae circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per Do-

Ilectio Actuum Apostolorum. **In diebus illis:** Exurgens Petrus in medio fratrum dixit: (Erat autem turba hominum simul fere centum viginti) Viri fratres, oportet impleri scripturam,

pturam, quam prædixit Spiritus sã
ctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit
dux eorũ qui comprehenderũt Ie-
sum, qui connumeratus erat in no-
bis, & fortitus est sortem ministerij
huius. Et hic quidem possedit agrũ
de mercede iniquitatis: & suspẽsus
crepuit medius, & diffusa sunt om-
nia viscera eius. Et notum factum
est omnibus habitantibus Ierusalẽ:
ita vt appellaretur ager ille lingua
eorum Haceldama, hoc est, ager
sanguinis. Scriptum est enim in lí-
bro Psalmorũ. Fiat habitatio eius
deserta, & non sit qui inhabitet in
ea: & episcopatum eius accipiat al-
ter. Oportet ergo ex his viris, q̄ no-
biscum sunt congregati in omni tẽ-
pore, quo intrauit, & exiuit inter
nos Dominus Iesus, incipiens à ba-
ptismate Ioãnis vsque in diem, qua
assumptus est à nobis, testem resur-
rectionis eius nobiscum fieri vnũ
ex istis. Et statuerũt duos, Ioseph,
qui vocabatur Barfabas, qui cogno-
minatus est Iustus: & Matthiam.
Et orantes dixerunt. Tu Domine,
qui nosti corda omnium, ostende
quem elegeris ex his duobus vnũ,
accipere locum ministerij huius &
apostolatus, de quo præuaricatus
est Iudas, vt abiret in locum suum.
Et dederunt sortes eis: & cecidit
fors super Matthiam, & annumera-
tus est cum vñdecim Apostolis.

Psal.
138. **Grad.** Nimis honorati sunt amici
tui Deus: nimis cõfortatus est prin-
cipatus eorum. **V.** Dinumerabo
eos: & super arenã multiplicabuntũ.

Psal.
30. **Traçus.** Desiderium animæ eius
tribuisti ei, & voluntate laborum
eius non fraudasti eum. **V.** Quoniã
preuenisti eum in benedictionibus
dulcedinis. **V.** Posuisti in capite
eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

IN illo tempore: Respondens Ie-
sus, dixit. Cõfiteor tibi pater Do-
mine cæli & terre: quia abscondisti
hęc à sapientibus, & prudentibus:
& reuelasti ea paruulis. Ita pater:
quoniam sic placitum fuit ante te.
Omnia mihi tradita sunt à patre
meo. Et nemo nouit filium, nisi pa-
ter: neque patrem quis nouit, nisi
filius, & cui voluerit filius reuelare.
Venite ad me omnes, q̄ laboratis,
& onerati estis: & ego reficiã vos.
Tollite iugum meum super vos: &
discite à me q̄a mitis sum & húmi-
lis corde: & inuenietis requiẽ ani-
mab⁹ vestris. Iugũ enim meũ suauẽ
est: & onus meum leue. **Credo.**

Offertor. Constitues eos principes
super omnem terram: memores
erunt nominis tui Domine, in om-
ni progenie & generatione. **Secr.**

Hostias tibi Domine, quas no-
mini tuo sacradas offerimus,
sancti Matthiæ apostoli tui profes-
quatur oratio: per quam nos expia-
ri facias, & defendi. Per Dominũ.

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Communio. Vos, qui sequenti estis
me sedebitis super sedes: iudican-
tes duodecim tribus Israël. **Postc.**

PRæsta quæsumus omnipotens
Deus: vt per hęc sancta, quæ
sumpsimus, interueniente beato
Matthiã Apostolo tuo, veniam cõ-
sequamur, & pacem. Per Dominũ.

F E S T A M A R T I I .

**Sancti Lucij Papæ & marty. si ve-
nerit ante Quadrag. Missa, Sacer-
dotes Dei. de Cõi vnus Mart. Põt.**
fol. 475. **Vel commemoratio de eo,
si venerit in Quadragesima. Ora-
tio. Deus qui nos beati. vt ibidem.**

IN FESTO S. THOMÆ

de Aquino conf. Introitus.



In medio Ecclesiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriae induit eum.

Psalmus. **B**onum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. **V.** Gloria. **Oratio.**

Deus, qui ecclesiã tuam beati Thomæ confessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fecundas: da nobis, quæsumus, & quæ docuit, intellectu conspicerere: & quæ egit, imitatione cõplere. Per Dominum.

Et sit commemoratio Feriæ, & postea sanctarum Perpetuæ, & Felicitatis martyr. **Oratio.**

DA nobis, quæsumus Domine, Deus noster, sanctarum martyrum tuarum Perpetuæ & Felicitatis palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per Do.

Lectio libri Sapientiæ.

Optauit, & dat^o est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ: & præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in cõparatione illius. Nec cõparauit illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in cõparatione illius arena est exigua: & tamquam lutum æstimabitur argẽtum in cõspectu illius. Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in om-

M. N. R.

nibus: quoniam antecedeat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine inuidia comunico: & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitie Dei, propter disciplinam dona commendati.

Grad. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciu. Pl. 36.

V. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

Tractus. **B**eatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Psal. 111.

V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

V. Gloria & diuitia in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accedunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum: vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat caelum & terra, iota vnum, aut vnus apex non preteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit & do-

A a cūc-

cū erit: hic magnus vocabitur in regno calorū. **Credo.**

Offertorium. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

Sancti Thomę confessoris tui atque doctoris nobis Domine pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiā semper obtineat. Per Dñm.

Pro SS. martyribus Perpetua & Felicitate. Secreta.

Intēde, quęsumus Domine, munera altaribus tuis pro sanctorum martyrum Perpetuę & Felicitatis festiuitate proposita: vt sicut per hęc beata myſteria illis gloriā contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. **Postcomm.**

Vt nobis Dñe tua sacrificia dēt salutem: beatus Thomas confessor tuus, & doctor egregius, quęsumus precator accēdat. Per.

Pro SS. martyribus Perpetua & Felicitate. Postcommun.

Pręsta nobis, quęsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Perpetua & Felicitate: vt quod ore contingimus, pura mēte capiamus. Per Dominum.

IN FESTO SANCTORVM

Quadraginta marty. Introit.

Lamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. **Psal.**



Benedicam Dominum in omne tempore: semper laus eius in ore meo.

V. Gloria Patri.

Oratio.

Pręsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui gloriosos Martyres, fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessionem sentiamus. Per Dominū.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Hebręos.

Fratres. Sācti per fidem vicērūt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiones: obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerūt de infirmitate: fortes facti sūt ī bello, castra vertērūt exterōrum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt nō suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insup & vincula & carceres: lapidati sunt, sciti sunt: tētati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiatī, afflicti: quibus dign' nō erat mūdus. In solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: in Christo Iesu Dño nostro. **Gradu.**

Ecce quām bonum, & quām iucundū, habitare fratres in vnum. **V.** Si cut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron. **132**

Tractus. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. **V.** Euntes ibāt & flebāt, mittētes semina sua. **V.** Venientes autē venient cū exultatione, portātes manīpulos suos. **124**

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucan.

In illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campetri, & turba discipulorū eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudęa

Die ix.

Psal. 33.

Ibid

Heb. 11. c

Psal. 132

Psal. 124

Lm. 6. c

Iudea & Ierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis, qui uenerant ut au-
dissent eum, & sanarentur a languo-
ribus suis. Et qui vexabatur a spiri-
tibus immundis, curabatur. Et om-
nis turba quaerebat eum tangere:
quia uirtus de illo exibat, & sanabat
omnes. Et ipse eleuatis oculis in di-
scipulos suos, dicebat. Beati paupe-
res: quia uestrum est regnum Dei.
Beati qui nunc esuritis: quia satura-
bimini. Beati qui nunc fletis: quia
ridebitis. Beati eritis cum uos ode-
rint homines, & cum separauerint
uos, & reprobrauerint, & eiecerint
nomen uestrum tamquam malum,
propter filium hominis. Gaudete
in illa die, & exultate: ecce enim
merces uestra, multa est in caelo.

Offertorium. Latamini in Domi-
no, & exultate iusti, & gloriamini
omnes recti corde. **Secreta.**

Sacrificijs praesentibus, quaesumus
Domine, intercede placatus: ut interce-
dentibus sanctis Martyribus tuis, & deu-
otioni nostrae proficiat, & salutem. **p.**

Communio. Quicumque fecerit
uoluntatem Patris mei, qui in caelis
est, ipse meus frater, & soror, & ma-
ter est: dicit Dominus. **Postcomm.**

Quesumus omnipotens Deus,
ut illius salutaris capiamus ef-
fectum: cuius per haec mysteria pi-
gnus accipimus. Per Dominum.

IN FESTO S. GREGORII

**Papae confessoris, & Ecclesiae
Doctois. Introitus.**



Acerdotes Dei benedi-
cite Dominum: san-
cti, & humiles corde
laudate Deum. **Psal.**

Benedicite omnia
opera Domini Domino: laudate
& superexaltate eum in saecula.

v. Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui aera famuli tui Grego-
rii, aeternae beatitudinis premia
contulisti: concede propitius: ut, qui pec-
catorum nostrorum potere sumimus,
eius apud te precibus subleuemur. **p.**

**Epistola. Testificor coram Deo. de
Coi Doctorum. f. 491. Graduale.**

Iurauit Dominus, & non penitebit eum:
tu es sacerdos in aeternum, secundum
ordinem Melchisedech. **v.** Dixit
Dominus Domino meo: sede a dextris meis.

Traetus. Beatus uir qui timet Do-
minum: in mandatis eius cupit nimis. **p. sal. 109a**

v. Potens in terra erit semen eius:
generatio rectorum benedicetur.

v. Gloria & diuitiae in domo eius, &
iustitia eius manet in saeculum saeculi.

**Euangelium. Vos estis sal terrae.
de eodem Communi. fol. 492.**

Et dicitur, Credo. Offertorium.

Veritas mea, & misericordia mea
cum ipso: & in nomine meo exal-
tabitur cornu eius. **Secreta. p. sal. 88a**

Annue nobis, quaesumus Do-
mine, ut intercessionem beati
Gregorii haec nobis pro sit oblatio:
quam immolando, totius mundi tri-
buiti relaxari delicta. Per Dominum.

**Comm. Fidelis seruus & prudens,
quem constituit dominus super fa-
miliam suam: ut det illis in tempore
tritici mensuram. Postcommun.** **Luc. 12a**

Deus, qui beatum Gregorium Pon-
tificem, sanctorum tuorum meritis
coequalti: concede propitius: ut qui com-
memorationis eius festa percolimus,
uita quoque imitemur exempla. Per.

IN FESTO S. IOSEPH confessoris. Introitus.

Iustus ut palma florebit: si-
cut cedrus Libani multipli-
cabitur: plantatus in domo
Domini, in atrijs domus Dei nostri. **p. sal. 91a**

Ubid; **Pfal.** Bonum est cōfiteri Domino:
& psallere nomini tuo Altissime.
V. Gloria Patri. **Oratio.**

Sanctissime genitricis tuæ spon-
si, quæsumus, Domine, meritis
adiuuemur: vt quod possibilitas
nostra non obtinet, eius nobis in-
tercessione donetur. **Qui viuis, & c.**

Iectio libri Sapientia.

Ecc1.
45. **D**ilectus Deo & hominibus, cu-
ius memoria in benedictione
est. Similem illum fecit in gloria
sanctorum, & magnificauit eum in
timore inimicorum, & in verbis
suis monstra placauit. Glorificauit
eum in conspectu regum, & iussit
illi coram populo suo, & ostendit
illi gloriam suam. In fide & lenita-
te ipsius sanctum fecit illum, &
elegit eum ex omni carne. Audiuit
enim vocem ipsius, & induxit illū
in nubem. Et dedit illi coram præ-
cepta, & legem vitæ & disciplina.

Pfal.
20. **Graduale.** Domine præuenisti eum
in benedictionibus dulcedinis: po-
suisti in capite eius coronā de lapi-
de pretioso. **V.** Vitam petijt à te, &
tribuisti ei longitudinem dierum
in sæculum sæculi. **Traçtus.**

Pfal.
111. **B**eatus vir qui timet Dominum: in
mandatis eius cupit nimis. **V.** Po-
tens in terra erit semen eius: gene-
ratio rectorū benedicetur. **V.** Glo-
ria & diuitiæ in domo eius: & iusti-
tia eius manet in sæculum sæculi.
Post Pascha, Alleluia, alleluia.

Ecc1.
45. **V.** Amavit eum Dominus, & orna-
uit eum: stolam gloriæ induit eum.
Osee
14. **Alleluia.** **V.** Iust⁹ germinabit sicut
lilium, & florebit in æternum ante
Dominum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

Matt.
1. c. **C**um esset despōsata mater Iesu
Maria, Ioseph: antequam cō-

uenirēt, inuenta est in vtero habēs
de Spiritu sancto. Ioseph autem vir
eius, cum esset iustus, & nollet eam
tradúcere: voluit occulte dimitte-
re eam. Hęc autē eo cogitante, ecce
Angelus Domini in somnis appa-
ruit ei, dicens. Ioseph fili Dauid,
noli timere accipere Mariam con-
iugem tuam. Quod enim in ea na-
tum est, de Spiritu sancto est. Pariet
autē filium, & vocabis nomen eius
Iesum. Ipse enim saluum faciet pop-
ulum suum à peccatis eorum.

Offertorium. **V**eritas mea, & mise-
ricordia mea cū ipso, & in nomine
meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Debitum tibi Domine, nostræ
reddimus seruitutis, supplici-
ter exorātes: vt suffragijs beati Io-
seph sponsi genitricis filij tui Iesu
Christi Dñi nostri, in nobis tua mu-
nera tuearis: ob cuius venerādā fe-
stiuitatē, laudis tibi hostias immo-
lamus. Per eundem Dominum.

Cōmunio. Ioseph fili Dauid, noli
timere accipere Mariam coniugem
tuam: quod enim in ea natū est, de
Spiritu sancto est. **Postcommun.**

Adesto nobis, quæsumus mise-
ricors Deus: & intercedente
pro nobis beato Ioseph cōfessore,
tua circa nos propitiatus dona cu-
stodi. Per Dominum.

In festo sancti Benedicti Abbatis,
Missā. O s iusti. **de communi Ab-**
batum. fol. 495.

De festis Duplicibus & Semidu-
plicibus, quæveniunt à Dñica Pal-
marum vsque ad Octauam Pasche,
nihil fit, sed post Oct. celebrantur;
& tunc in fine Introitus ante Psal-
num dñr duo Alleluia, & in fine
Offertorij, & Communionis vnum
Alleluia. Post Epistolā non dicitur
Graduale, sed dñr duo Versus cum
qua-

Pfal.
88.

Man
10.

Die
XX.

quatuor Alleluja, vt notatū est in Sabbato in Albis. f. 266. Et hoc idē obseruatur in omnibus Festis, quæ celebrantur inter Pascha, & Pētec.

IN FESTO ANNUNTIATIONIS B. Mariæ Virginis.

Introitus.



Vultum tuū deprecabuntur oēs diuites plebis: adducentur Regi virgines post eam: proximę eius adducentur tibi in lætitia & exultatione. *Ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opa mea regi. v. Gloria. Ofo.*

Deus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero, Verbum tuum, Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricē Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuemur. Per eundem Dominū.

Lectio Isaia propheta.

In diebus illis: Locutus est Dñs ad Achaz, dicēs. Pete tibi signū à Domino Deo tuo, in profundum inferni, siue in excelsū supra. Et dixit Achaz. Non petā, & nō tentabo Dñm. Et dixit: Audite ergo domus Dauid. Numquid parū vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce, virgo cōcipiet, & pariet filiū: & vocabitur nomē ei⁹ Emmanuēl. Butyrum & mel cōmedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonū.

Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in eternū. *v.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuā: quia concipiuit Rex

speciem tuam. *v.* Vultum tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. *v.* Adducentur Regi virgines post eam, proximę eius afferētur tibi. *v.* Adducentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum Regis.

Post Pascha, omissis Graduale, & Tractu, dicitur. Alleluia, alleluia.

v. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Alleluia. *v.* Virga Iesse floruit, virgo Deum & hominem genuit: pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Alleluia.

Sequētia S. Euang. secundū Lucā.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginē desponsatā viro, cui nomē erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Ave gratia plena, Dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiā apud Deum. Ecce cōcipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomē eius Iesū. Hic erit magn⁹: & filius Altissimi vocabit̄. Et dabit illi Dñs Deus sedē David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad Angelū. Quomodo fiet istud: quoniā virū non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus s̄ctus superueniet in te: & virtus Altissimi obumbravit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concēpit filium in senectute sua. Et hic mēsis, est sextus illi,

illi, quæ vocatur sterilis: quæ non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Dñi: fiat mihi secundum verbum tuum. **Credo.** *Offertorium.*

Ibid. **A**ue Maria, gratia plena, Dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. *Secreta.*

In mentibus nostris, quæsumus Dñe, veræ fidei sacramenta confirmata: ut qui conceptum de virgine Deum verum & hominem cõfitemur: per eius salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur pervenire lætitiã. Per eundem Dñm.


Prefatio de beata Maria. **E**t te in Annuntiatione. fol. 225.

Psa. 7. **C**ommunitio. **E**cce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. *Postcommun.*

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: ut, quæ Angelo nuntiantem Christi filij tui incarnationem cognovimus: per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Dominum.

FESTA APRILIS.

Dic ij. **I**N FESTO S. FRANCISCI de Paula confess. *Introitus.*

Psal. 91.  **V**ltus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Dñi, in atrijs domus Dei no-

Ibid. **stri.** *Psal.* **B**onum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. *V.* Gloria Patri. *Oratio.*

Deus humilium celsitudo, qui beatum Franciscum confessorum, sanctorum tuorum gloria sublimasti: tribue quæsumus, ut eius meritis & imitatione, promissa humilibus premia feliciter consequamur.

mur. Per Dominum nostrum.

Si venerit in Quadragesima, fit commemoratio Feriæ. *Epistola.* Quæ mihi fuerunt lucra. de Comuni Confess. non Pontif. fol. 495.

Graduale. **O**s iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. *V.* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabitur gressus eius.

Traetus. **B**eatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis.

V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

V. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & dicitur. Alleluia, alleluia.

V. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis.

V. Alleluia. *V.* Iustus germinabit sicut liliolum: & florebit in æternum ante Dominum. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nolite timere pusilligreges: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.

Vendite quæ possidetis, & date elemosinam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in celis: quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. *Offertorium.*

In virtute tua, Domine, lætabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

Secreta.

Hæc dona devotæ plebis, Domine, quibus tua cumulamur altaria, beati Francisci meritis, tibi grata, nobisque salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Comunio. **A**men dico vobis, quod vos

vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplū accipietis, & vitā aeternam possidebitis. **Postcomm.**

Sumpta Domine, sacramenta celestia, beato Francisco confessoris tuo intercedēte, precamur: vt & temporalis vitæ subsidia nobis cōferant, & aeternæ. Per Dominum.

IN FESTO S. LEONIS

Papæ & confess. Introitus.

Tatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in aeternum.



Psalm. Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.

Gl. Gloria Patri. **Oratio.**

Exaudi quæsumus Domine, preces nostras, quas in beati Leonis confessoris tui atque Pontificis solemnitate defērimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedētibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum.

Lectio libri Sapientia.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundia factus est reconciliatio. Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Ideo iureiurādo fecit illum Dominus crēscere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamētum suum confirmāuit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suā: & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam gloria. Statuit illi testamentum sempiternum: & dedit illi sacerdotium magnum: &

beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Ecc1. 44.

V. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi.

Tract. Beatus vir, qui timet. **vt sup.**
Post Pascha. Alleluia, alleluia.

V. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. **V.** Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus. Alleluia. Psal. 109.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicēs. Quē dicunt homines esse filiū hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam: alij autem Eliam: alij vero Ieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non preualebūt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatū & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutū & in cælis. **Offertorium.**

In ueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **Secreta.** Ps. 88.

Sancti Leonis confessoris tui atq; Pontificis, quæsumus Domine,

annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

Mat. 24. **Comuniõ.** Beatus seruus, quem cū vènerit dñs, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. **Postcomm.**

Deus, fidelium remunerator animarum, præsta: vt beati Leonis confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiã conciliemus. Per Dominum.

Die xiiij. **SANCTORVM MARTY.**

Tiburtij, Valeriani, & Maximi.

Si venerint in Quadragesima, fit de eis commemoratio tantum.

Si autem venerit post Pascha, dicitur sequens Missa. Quod & in similibus seruatur. **Introitus.**

Psal. 144. **ibid.** Sancti tui Domine benedicente: gloriã regni tui dicent, alleluia, alleluia. **Psalms.** Exaltabo te Deus meus



rex: & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi.

V. Gloria Patri. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Tiburtij, Valeriani, & Maximi solemnia colimus: eorum etiam virtutes imitemur. Per Do.

Epistola. Stabunt iusti. de Comuni Martyrum tempore Pasch. f. 479.

Alleluia, alleluia. V. Sancti tui Domine florebut sicut liliu: & sicut odor balsami erunt ante te. Allel.

V. Pretiosa in conspectu Domini motis sanctorum eius. Alleluia.

Euangelium. Ego sum vitis vera. de eodem Comuni. fol. 479.

Offertorium. Latamini in Dño, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, allel. **Secreta.**

Hæc hostia, quæsumus Domine, quam sanctorum tuorum natalitia recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dominum.

Communiõ. Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. **Postcommun.**

Sacro munere satiati, supplices te Dñe deprecamur: vt, quod debitæ seruitutis celebramus officio, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per Dominum.

SANCTI ANICETI **Die xvij.**
Papæ & martyris. Introitus.



Protexisti me Deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia. **Psal.** Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. **ibid.**

V. Gloria Patri. Oratio.

Deus qui nos beati Aniceti martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Epistola. Stabunt iusti. de Comuni vnus mart. tempore Pasch. f. 479.

Alleluia, allel. V. Confitebuntur celi mirabilia tua Dñe: etenim veritate tuam in ecclesia sanctorum. Allelu.

V. Posuisti Dñe super caput eius coronam de lapide pretioso. Allel.

Euangelium. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis. fol. 482.

Offertorium. Confitebuntur celi mira-

mirabilia tua Domine, & veritate tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. *Secreta.*

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Aniceto martyre tuo atque Pontifice: per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Comm. Lætabitur iustus in Dño, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, allel. allel. *Postco.*

HÆc nos cõmunio, Domine, purget à crimine: & intercedente beato Aniceto martyre tuo atque Pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

IN FESTO SS. SOTERIS & Caij Pontificum & mart. Intra.



Sancti tui Domine, benedicent te: gloriã regni tui dicent, alleluia, allel. *Psal.* Exaltabo te

Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculũ sæculi. *v. Gloria. Ofo.*

BEatorum martyru, pariterque Põtificum Soteris & Caij, nos, quẽsumus Domine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum.

Epist. P. Post hæc ego Ioannes. f. 48r.

Alleluia, allel. *v.* Sancti tui Domine florebut sicut liliũ, & sicut odor balsami erunt ante te. Alleluia.

v. Pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Alleluia.

Euagelium. Ego sum vitis, vos palmites. fol. 48r. *Offertorium.*

Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. *Secreta.*

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in sanctoru tuorum commemoratione deferi-

mus: vt qui nostrã iustitiã fiduciã non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per.

Communio. Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. *Postcommun.*

Quãsumus Domine, salutaribus repleti mysterijs: vt quorum solemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dõ.

IN FESTO S. GEORGII martyris. Introitus.



Rotexisti me Deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantiũ iniquitatẽ, alleluia, allel. *Ps. 67.*

Psal. Exaudi Deus orationẽ meam cũ deprecor: à timore inimici eripe animam meam. *v. Gloria. Oro.*

DEus, q nos beati Georgij martyris tui meritis & intercessione lætificas: concede propitius, vt, qui tua per eũ beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. Per. *Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timotheum.*

Charissime. Memor esto, Dominum Iesũ Christũ resurrexisse à mortis, ex semine Dauid, secundum euãgelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei nõ est alligatũ. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutẽ consequantur, quẽ est in Christo Iesu, cũ gloria cælesti. Tu autẽ affecutus es meã doctrinã, institutionẽ, propositum, fidẽ, longanimitatẽ, dilectionem, patientiã, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiã, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me Dominus. Et om-

nes qui volūt pie viuere, in Christo Iesu, persecutionem patientur. **A**lleluia, allel. **V.** Confitebuntur cali mirabilia tua Dñe: etenim veritatē tuam in ecclesia sanctorū. Alleluia.

V. Posuisti Dñe super caput eius coronam de lapide pretioso. Allel.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnē qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manēte in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumq; volueritis, petētis, & fiet vobis. **Offer.**

Cōfitebūtur celi mirabilia tua Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorū, alleluia, alleluia. **Secreta.**

Mvnera, Domine, oblata sanctifica: & intercedēte beato Georgio martyre tuo, nos per hęc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dñm. **Communio.**

Latabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes reſti corde, allel. allel. **Postcō.**

Supplices te rogam⁹ omnipotēs Deus: vt quos tuis reſcis sacramentis, intercedēte beato Georgio

martyre tuo, tibi etiā placitis mori b⁹ dignāter tribuas deseruire. Per.

IN FESTO S. MARCI

Euangelistæ.

Litanix maiores. Statio ad S. Petrum. Ad processionē dicitur Missa de Rogationibus. fol. 267. sine commemor. S. Marci: & si contingat transferri festum S. Marci, non tamen transfertur processio. Intra.



Rotexisti me Deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantiū iniquitatem, alleluia, all.

Psalm. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici éripe animam meam. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui beatum Marcū euangelistam tuum, euangelicæ predicationis, gratia sublimasti: tribue quæsumus, eius nos semper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dominum.

Lectio Ezechielis propheta.

Similitudo vultus quatuor animalium: facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autē bouis à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilę desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper: duę pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegēbant corpora eorum. Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spirit⁹, illuc gradiebant: nec reuertebantur, cum ambularent. Et similitudo animalium, aspectus eorū, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæcerat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, & de igne

igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. **A**lleluia, alleluia. **V.** Confitebuntur celi mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Alleluia. **V.** Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quod erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem, multa: operarij autem, pauci. Rogate ergo dominum messis: ut mittat operarios in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare facculum, neque peram, neque calceamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum, pax uestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos: manducate que apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis. Appropinquauit in vos regnum Dei.

C. redo. **Offertorium.**
Confitebuntur celi mirabilia tua Domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia.

Secreta.

Beatu Marci Euangeliste tui solemnitate, tibi munera deferre-

tes, quæsumus Domine: ut sicut illum predicatio euangelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessio, & verbo & opere tibi reddat acceptos. Per.

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Comm. I. ætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. **Postc.**

Tribuant nobis, quæsumus Domine, continuum tuam sanctam præsidium: quo beati Marci euangeliste tui precibus, nos ab omnibus semper tueantur aduersis. Per Do.

IN FESTO SS. CLETI Die xxvi.
& **Marcellini Pont. & mar. Intra.**



Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, alleluia, alleluia. **Psal.**

Exaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi.

V. Gloria Patri. **Oratio.**

Beatorum martyrum, pariterque Pontificum Cleti & Marcellini nos Domine foueat pretiosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum.

Epistola. Benedictus Deus. **de Comuni Martyrum tempore Paschali.** f. 480. **A**lleluia, alleluia.

V. Sancti tui Domine florebit sicut liliū: & sicut odor balsami erunt ante te. Alleluia. **V.** Pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Alleluia. **Euangelium.** Ego sum vitis, vos palmites. **de eodẽ Cõi.** 481.

Offertor. Latamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. **Secreta.**

Adesto Domine supplicationi bus nostris, quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus: ut qui nostre iusticie fiduciam non habe-

habemus eorū, qui tibi placuerūt, meritis adiuuemur. Per Dominū.

Pfal. *32.* **Communitio.** Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. **Postcommunitio.**

Quæsumus Dñe, salutaribus repleti mysterijs: vt quorum solemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

Dic *xxvii.* **Sancti Vitalis martyris. Missa.** **Protexisti me Deus.** de **Communitio vnus Mart.** tēpore Paschali. 479. **Sed Ofones dicuntur vt infr. Oro.**

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui beati Vitalis martyris tui natalitia cōlimus, intercessionem eius in tui nominis amore roborémur. Per Dominum. **Secreta.**

Mvnerib⁹ nostris, precibusq. susceptis, & cælestibus nos munda mysterijs, & clemēter exaudi. Per Dominum. **Postcommun.**

DA quæsumus Domine Deus noster: vt sicut tuorum cōmemoratione Sanctorum temporali gratulamur officio: ita perpetuo lætémur aspectu. Per Dominum.

Dic *xxix.* **IN FESTO S. PETRI martyris. Introitus.**

Pfal. *63.* **Rotexisti me De⁹ a cōuentu malignantium, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia.**



Ibid. **Psalmus.** Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici éripe animam meam. **Gl. Gloria Patri.** **Oratio.**

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt beati Petri martyris tui fidem cōgrua deuotione sectémur: qui pro eiusdem fidei dilata-tione, martyrij palman meruit obtinere. Per Dominum nostrum.

Pro commemoratione sanctæ Catharinę virginis. Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris nr: vt sicut de beatę Catharinę virginis tuę festiuitate gaudemus: ita pia deuotionis erudiamur affectu.

Tertia Oratio de sancta Maria, Concede nos famulos. fol. 268.

Epistola. Memor esto Dominum Iesum Christum. vt in **Cōi vnus Martyr.** fol. 477. Alleluia, alleluia.

Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatē tuam in ecclesia sanctorum. Allel. v. Posuisti Domine super caput eius coronā de lapide pretioso. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnē qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manēte in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumq. volueritis, petētis, & fiet vobis. **Offer.** Confitebuntur cæli mirabilia tua Dñe: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. **Secr.** **P**reces, quas tibi Domine offerimus, intercedente beato Petro mar-

martyre tuo clementer intende: & propugnatores fidei sub tua protectione custodi. Per Dominum.

Pro S. Catharina virgine. Secreta.

Accepta tibi sit, Dñe, sacrata plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium.

*Tertia de S. Maria, T*ua Dñe. f. 268.

Communio. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. *Postcommunio.*

Fideles tuos, Domine, custodiât sacramenta quæ sumpsimus: & intercedente beato Petro martyre tuo, contra omnes aduersos tueantur incurfus. Per Dominum.

Pro S. Catharina virgine. Post.

Satiasti Dñe familiam tuam muneribus sacris: eius quæ sumus semper interuentione nos refouet, cuius solemnia celebramus. *Tertia de B. Maria, S*umptis Domine. f. 268.

F E S T A M A I I .

I N F E S T O S A N C T O R V M

Apostolorum Philippi & Iacobi. Introitus.

Lamauerunt ad te Domine, in tempore afflictionis suæ, & tu de celo exaudisti eos, alleluia, allel. *Psal.* Exulta

te iusti in Domino: rectos decet colaudatio. *V.* Gloria Patri. *Oratio.*

Deus, qui nos annua Apostolorum tuorum Philippi & Iacobi solemnitate lætificas: presta quesumus: ut quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Do.

Lectio libri Sapientia.

Stabunt ipsi in magna constantia aduersus eos, qui se angustia-

uerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitane insperata salutis, dicentes intra se, penitentiam agentes, & præ angustia spiritus gemetes. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos infensati, vitam illorum æstimabamus insaniam: & finem illorum sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei: & inter sanctos fors illorum est. *Alleluia, allel.*

V. Confitebuntur celi mirabilia tua Pr. 88.

Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. *Alleluia. V.* Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. *Allel.*

Sequentia S. Euang. secundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum: & in me credite. In domo Patris mei, mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixi sem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & preparauero vobis locum: iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum: ut ubi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado, scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus. Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meum utique cognouissetis: & à modo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus. Domine, ostende nobis Patrem: & sufficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum: & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Et quomodo tu dicis: ostende nobis Patrem? Non creditis quia

quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Nō creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis: q̄ credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. **Credo.**

psal.
88.

Offertorium. **C**onfitebuntur cæli mirabilia tua Domine: & veritatē tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. **Secreta.**

Mvnera, Dñe, quæ pro Apostolorum tuorum Philippi & Iacobi solēnitate deferimus, propitius suscipe: & mala omnia quæ meremur, auerte. Per Dominum.

Præfatio de Apost. 227. Cōmunio.

ioan.
14.

Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrē meum, alleluia: nō credis quia ego in Patre, & Pater in me est? alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Qvæsumus Domine, salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum solemnia celebrāmus, eorum orationibus adiuvēmur. Per Dominum nostrum.

Dic
1j.

IN FESTO S. ATHANASII

Episcopi & confess. Introitus.

Eccell.
15.



N medio Ecclesiæ aperuit os eius: & implevit eum Dñs spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriæ induit

psal.
91.

eum, alleluia, alleluia. **Ps. B**onum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. **V.** Gloria Patri, & Filio.

Oratio.

Exaudi quæsumus Dñe, preces nostras, quas in beati Athanasij confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulāri, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dñm.

Lectio Epistolæ B Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Non nosmetipsos predicāmus, sed Iesum Christum Dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum: quoniam Deus, q̄ dixit de tenebris lucē splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & nō ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed nō angustiāmur: aporiāmur, sed non destituimur: p̄secutionē patimur, sed non derelinquimur, deijcimur, sed non perimus: sēper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptū est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes, quoniam qui suscitavit Iesum, & nos cū Iesu suscitabit, & cōstituet vobiscū. **A**lleluia, all. **V.** Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

2.
Cor
4.b

V. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.

Sequen-

psal
109.

Iaco
14

Sequētia S. Euāgelij secū dū Matth.

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum persequētur vos in ciuitate ista, fugite in aliā. Amen dico vobis, non consummābitis ciuitates Israēl, donec veniat Filius hominis. Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum suū. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quāto magis domesticos ei? Ne ergo timueritis eos, qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

Dicitur Credo. Offertorium.

Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vixi eum manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meū confortabit eū, allel. **Secreta.**

Sancti Athanasij confessoris tui atque Pontificis, quāsumus Domine annua solemnitas pietati tuā nos reddat acceptos: vt per hęc pig placationis officia, & illū beata retributio comitetur, & nobis gratiā tuā dona conciliet. Per Dominum. **Commun.** Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dñs: & quod in aure auditis, prædicate super tecta, alleluia. **Postcomm.**

Deus, fidelium remunerator animarum, præsta: vt beati Athanasij confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiā consequamur. Per Dominum.

IN FESTO INVENTIONIS Die
iij.

sanctæ Crucis. Introitus.



Os autē gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sumus, alleluia, allel. Galat.
6.

Psalm. Deus miseretur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suū super nos, & miseretur nostri. Psal.
66.

Gloria. **O** Deus, qui in præclara salutiferę Crucis inuentione, passionis tuę miracula suscitasti: concede vt vitalis ligni pretio, æternę vitę suffragia cōsequāmur. Qui viuus & re. **In Missis priuatis pro commemorat. SS. Alexandri, Euentij, & Theoduli martyr. ac Iuuenalis-Episcopi & confessoris. Oratio.**

Præsta quāsumus omnipotens Deus: vt qui sanctorum tuorū Alexandri, Euentij, Theoduli, atq. Iuuenalis natalitia cōlimus à cunctis malis imminētibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. **Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Philippenes.**

Fratres. Hoc enim sentite in vobis, qđ & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset: non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, Phil.
2. b.

illc
genu-
flecti-
tur.

tur, cælestium, terrestrium, & infer-
 norum. Et omnis lingua confiteatur:
 quia Dominus Iesus Christus in gloria
 est Dei Patris. **A**lleluia, alleluia.
V. Dicite in gentibus: quia Dominus
 regnavit à ligno. Alleluia. **V.** Dulce
 lignum, dulces clavos, dulcia ferens
 pondera: quæ sola fuisti digna sustinere
 Regem cælorum, & Dominum. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum
 Iohannem.

In illo tempore: Erat homo ex
 Phariseis, Nicodémus nomine,
 princeps Iudæorum. Hic venit ad
 Iesum nocte: & dixit ei. Rabbi, sci-
 mus quia à Deo venisti magister.
 Nemo enim potest hæc signa face-
 re, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cū
 eo. Respondit Iesus, & dixit ei. Amē,
 amē dico tibi: nisi quis renatus fue-
 rit denuo, non potest videre regnū
 Dei. Dicit ad eum Nicodémus.
 Quomodo homo potest nasci, cum
 sit senex? Numquid potest in ven-
 trem matris suæ iterato introire, &
 renasci? Respondit Iesus. Amen,
 amē dico tibi: nisi quis renatus fue-
 rit ex aqua & Spiritu sancto, non
 potest introire in regnū Dei. Quod
 natum est ex carne, caro est: &
 quod natū est ex spiritu, spiritus est.
 Nō mireris, quia dixi tibi: oportet
 vos nasci denuo. Spiritus ubi vult
 spirat: & vocem eius audis, sed ne-
 scis vnde veniat, aut quō vadat. Sic
 est omnis, qui natus est ex spiritu.
 Respondit Nicodémus: & dixit ei.
 Quomodo possunt hæc fieri? Res-
 pondit Iesus, & dixit ei. Tu es ma-
 gister in Israël, & hæc ignoras?
 Amen, amē dico tibi: quia quod
 scimus, loquimur: & quod vidimus
 testamur: & testimonium nostrum
 nō accipitis. Si terrēna dixi vobis,

& non creditis: quomodo, si dixe-
 ro vobis cælestia, creditis? Et nemo
 ascendit in cælum: nisi qui descen-
 dit de cælo, Filius hominis, qui est
 in cælo. Et sicut Moyses exaltavit
 serpētē in deserto, ita exaltari oportet
 filiū hominis: ut omnis qui cred-
 dit in ipsum, nō pereat: sed habeat
 vitam æternam. **C**redo. **Offertor.**

Dextera Domini fecit virtutem,
 dextera Domini exaltavit me: non
 moriar, sed viuam, & narrabo ope-
 ra Domini, alleluia. **Secreta.**

Sacrificium, Domine, quod tibi
 immolamus, placatus intēde: ut
 ab omni nos eruat bellorum nequi-
 tia: & per vexillū sanctæ crucis Filij
 tui, ad cōterēdas potestatis aduer-
 sæ insidias, nos in tuæ protectionis
 securitate constituat. Per eundem.

Pro SS. Alexandro, &c. Secreta.

Super has hostias, quæ sumus Do-
 mine, benedictio copiosa descē-
 dat: quæ & sanctificationem nobis
 clementer operetur, & de Sanctorū
 nos solemnitate lætificet. Per Do-

Præfatio de Cruce. Qui salutem
 humani generis. fol. 229.

Communio. Per signum crucis, de
 inimicis nostris libera nos Deus no-
 ster, alleluia. **Postcommunio.**

Repleti alimonia cælesti, & spi-
 rituali poculo recreati, quæsumus
 omnipotēs Deus: ut ab hoste
 maligno defendas, quos per li-
 gnū sanctę Crucis Filij tui, arma iu-
 stitiæ pro salute mūdi, triumphare
 iussisti. Per eundem Dominum.

Pro SS. Alexandro, &c. Postcōm.

Refecti participatione muneris
 sacri, quæsumus Domine Deus
 noster: ut, cuius exequimur cultū,
 intercedentibus sanctis tuis Alexā-
 dro, Euentio, Theodulo, & Iuvenā-
 le, sentiamus effectum. Per Dñm.

SANCTÆ MONICÆ
viduæ. **Introitus.**

Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas: à mādatis enim tuis timui, alleluia, alleluia. **Pfal. B** eati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

V. Gloria Patri. **Oratio.**
Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Monicæ festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Do.
Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

Charissime. Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: discat primū domū suā regere, & mutū vicē reddere parentibus. Hoc em̄ acceptū est corā Deo. Quæ autē vere vidua est & desolata: speret in Deū, & insitet obsecrationib⁹ & orationibus nocte ac die. Nam quę in delicijs est: viuens mortua est. Et hoc p̄cipe, vt irreprensibiles sint. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet: si dē negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimoniū habēs, si filios educauit, si hospitio recēpit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patiētibus subministravit: si omne opus bonū subsecuta est. **A**lleluia, allel. **V.** Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Alleluia.
V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia.

M. N. R.

Sequētia S. Euang. secūdū Lucam. **I**n illo tēpore: ibat Iesus in ciuitatē, quæ vocatur Naim: & ibāt cū illo discipuli ei⁹, & turba copiosa. Cū autē appropinquāret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebāt, filius vnice matri suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset Dominus, misericordia motus super eā, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculū: hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortu⁹: & cepit loqui. Et dedit illū matri suæ. Accēpit autē omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magn⁹ furrēxit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suā.
Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi, alleluia.

Acepta tibi sit, Domine, sacra tæ plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorum: quorum semeritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum.
Communio. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē: p̄pterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitię p̄ cōfortibus tuis, alleluia. **Postcomm.**
Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius quosumus semper interuentione nos resoue, cuius solemnia celebrāmus. Per.

IN FESTO S. IOANNIS
ante portā Latinam. **Introitus.**

Rotexisti me Deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudinē operantium iniquitatem, alleluia, alleluia. **Psal.** Exaudi Deus orationem
B b nem

nem meam cum deprecor: à timore inimici éripe animam meam.

✠ Gloria Patri. *Oratio.*

DEus qui conspicis, quia nos úndique mala nostra perturbant: præsta quæsumus: vt beati Ioannis Apostoli tui & Euangelistæ intercessio gloriosa nos protégeat. Per Dominum.

Lectio libri Sapientia.

STabant iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustia uerunt, & qui attulerunt labores eorú. Vidétes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicétes ítra se, penitentiã agentes, & præ angustia spiritus gemétes. Hi sunt, quos aliquãdo habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illorum ætlimabáimus insaniam: & finem illorum sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei: & inter sãctos fors illorú est. *Alleluia, allelu.*

Inustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Alleluia.* ✠ Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum. *Alleluia.*

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tépore: Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeãt hi duo filij mei, vn^o ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondés autem Iesus, dixit. Nescítis quid petátis. Potestis bibere cálicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis. Cálicem quidem meú bibétis: sedere auté ad dexterã meam vel sinistram, non est meum

dare vobis: sed quibus parátum est à Patre meo. *Credo. Offertorium.* Confitebuntur cæli mirabilia tua Dñe: & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, allel. *Secreta.*

MVneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis & cælestibus nos munda mysteriorijs, & clementer exaudi. Per Dñm.

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Cõmun. Lætabitur iustus in Dño, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia. *Postcõm.*

REfecti Domine, pane cælesti ad vitam quæsumus nutriamur æternam. Per Dominum.

✠ *In festo S. Stanislai Episcopi & marty. Missa. Protexisti me Deus. de Comuni vnus Marty. tempore Paschali. f. 479. præter Orationes, quæ dicuntur vt infra. Oratio.*

DEus, pro cuius honore gloriosus Põtifex Stanislaus gladijs impiorum occubuit: præsta quæsumus: vt omnes qui eius implórant auxiliú, petitionis suæ salutárẽ cõsequantur effectum. Per. *Secreta.*

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Stanislao martyre tuo atque Pontifice: per eadem nos placatus intède. Per Dominum. *Postcõm.*

HÆc nos communio, Domine purget à crimine: & intercedente beato Stanislao martyre tuo atque Pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

I N A P P A R I T I O N E
S. Michaelis Archang. Introitus.

Benedicite Dominum omnes Angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius, alleluia.

id. ia; alleluia. **Pſalm.** Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

V. Gloria Patri. **Oratio.**

DEus, qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius: vt à quibus tibi ministrantibus in cælo semper afflittur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dñm.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis Apostoli.

ppcc. **I**N diebus illis. Significauit Deus quæ oportet fieri cito, loquens per Angelum suum seruo suo Ioanni: qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcumque vidit. Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius: & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Ioannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est: & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt: & à Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Alleluia, alleluia. **V.** Sancte Michaël Archangele defende nos in prælio: vt non pereamus in tremendo iudicio. Alleluia. **V.** Concussum est mare, & contremuit terra, vbi Archangelus Michaël descendit de cælo. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

Matt. 18. **I**N illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Quis putas, maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, &

efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno cælorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necessè est enim, vt veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quæ scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscede eum, & proijce abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et, si oculus tuus scandalizat te: erue eum, & proijce abs te. Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper videt faciem Patris mei, qui in cælis est. **Credo.**

Offertorium. Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, alleluia. **Secrera.**

Hostias tibi Dñe, laudis offerimus, suppliciter deprecantes: vt eisdem Angelico pro nobis interueniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per Dominum.

Communio. Benedicite omnes Angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula, alleluia. **Postcommunio.**

Beatī Archangeli tui Michaēlis
intercessione suffulti, supplices
te Domine deprecamur: vt quod
ore prosequimur, contingamus &
mente. Per Dominum.

**In festo S. Gregorij Naziāzeni Ep̄i
& conf. Missa. In medio Ecclesiā.
de communi Doctōrum. fol. 491.
Epistola. Iust^o cor suū tradet. 492.
Et dicitur C redō.**

**SANCTORVM GORDIANI
& Epimachi mart. Introitus.**

Psal.
144.



Ibidē.

Antī tui Domine, be-
nedicent te: gloriā re-
gni tui dicēt, alleluia,
allel. **Psal. E**xultabo te
Deus meus rex: & be-
nedicam nomini tuo in s̄culum,
& in s̄culum s̄culi. **✠** Gloria Pa-
tri. **Oratio.**

DA quāsumus oīpotens Deus:
vt qui beatorum martyrum
tuorum Gordiani & Epimachi so-
lemnia cōlimus: eorum apud te in-
tercessionib^o adiuuēmur. Per Do.

Epistola. Post hęc ego Ioannes. **de
Cōi Mart. tempore Pasch.** fol. 48r.

Alleluia, alleluia. **✠** Sanctī tui Do-
mine florebut sicut liliū: & sicut
odor balsami erūt antete. Alleluia.

✠ Pretiosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius. Alleluia.

Euangelium. Ego sum vitis.
de eodem Communi. fol. 48r.

Offertorium. Lætamini in Dño, &
exultate iusti: & gloriamini omnes
recti corde, alleluia, allel. **Secreta.**

Hostias tibi, Dñe, beatorum
martyrū tuorū Gordiani &
Epimachi dicatas meritis, benign^o
assūme: & ad ppetuū nobis tribue
prouenire subsidiū. Per Dominū.

Communio. Gaudete iusti in Do-
mino, alleluia: rectos decet collau-

datio, alleluia. **Postcommun.**

Quēsumus omnipotens Deus:
vt qui cęlestia alimenta percē-
pimus, intercedētibus sanctis mar-
tyribus tuis Gordiano & Epima-
cho, per hęc contra omnia aduersa
muniamur. Per Dominum.

**IN FESTO SS. NEREI,
Achillei, Domitilla virginis,
atque Pancratij martyrum.**

Introitus.



Cce oculi Domini su-
per timentes eum, spe-
rantes in misericordia
eius, alleluia: vt eripiat
à morte animas eorū:

quoniam adiutor & protector no-
ster est, alleluia, alleluia. **Ps. E**xul-
tate iusti in Domino: rectos decet
collaudatio. **✠** Gloria. **Oratio.**

Semper nos Domine martyrum
tuorū Nerei, Achillei, Domitil-
lę, atque Pancratij s̄ueat quāsu-
mus beata solēnitas & tuo dignos
reddat obsequio. Per Dominum.

Lectio libri Sapientię.

Stabunt iusti in magna constan-
tia aduersus eos, qui se angustia
uēruit, & qui abstulērunt labores
eorū. Vidētes turbabuntur timore
horribili, & mirabuntur in subita-
tione insperatę salutis, dicētes in-
tra se, penitētiā agētes, & prę angu-
stia spiritus gemētes. Hi sunt, quos
aliquādo habuimus in derisum, &
in similitudinem improprij. Nos
insensati, vitam illorum æstimabā-
mus insaniam: & finem illorum si-
ne honore. Ecce, quomodo compu-
tati sūt inter filios Dei: & inter san-
ctos fors illorū est. **A**lleluia, allel.

✠ Hęc est vera fraternitas, q̄ vicit
mūdi crimina: Christū secuta est,
incl̄yta tenēs regna cęlestia. Allel.

✠. Te

Te Martyrum candidatus laudat exercitus, Domine. Alleluia. **Sequentia** sancti Evangelij secundum Ioannem.

IN illo tēpore: Erat quidam regulus cuius fili⁹ infirmabāt Capharnaūm. Hic cum audisset, quia Iesus veniret a Iudæa in Galilæam, abiit ad eū: & rogābat eum, vt descenderet & sanāret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodigia vidēritis, non crēditis. Dicit ad eū regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Cre didit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei: & nuntiauerūt dicētes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua meli⁹ habuerit. Et dixerūt ei, quia heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus viuit. Et cre didit ipse, & domus eius tota. **Offertor.**

Confitebuntur cali mirabilia tua Domine, & veritatem tuam in ecclesia sanctorum, allel. allel. **Secr.**

Sanctorum martyrum tuorum, quęsum⁹ Dñe, Nerei, Achillei, Domitillę, atque Pancratij sit tibi grata confessio: quę & munera nostra commendet, & tuam nobis indulgentiam semper implōret. Per. **Communio.** Gaudete iusti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. **Postcommun.**

Quęsumus Dñe, vt beatorum martyru⁹ tuoru⁹ Nerei, Achillei, Domitillę, atq. Pācratij deprecationibus, sacramenta sancta quę sumpsimus, ad tuę nobis proficiāt placationis augmētum. Per Dñm.

Sancti Bonifacij martyr. Missa. Protexisti me Deus. **de Cōi vnus Mart. tēpore Pasch. f. 479.** præter **Orationes, quę dñr vt infra. Ofo.**

DA quęsumus omnipotēs Deus: vt qui beati Bonifacij martyris tui solemnia cōlimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum. **Secreta.**

Muneribus noltris, quęsumus Domine, precibusque susceptis, & celestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dominum. **Postcommun.**

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus Dñe Deus noster: vt, cuius exequimur cultū, intercedēte beato Bonifacio martyre tuo, sentiamus effectum. Per. **S. Vbaldi Ep̄i & Cōf. Missa. Statuit ei Dñs. de Cōi Conf. Pont. f. 488.**

S. Prudentię virg. Missa. Dilixisti iustitiam, de Cōi Virginum. f. 499.

Si aliquod festum ex sequentibus venerit tempore Paschali, Missa dñ vt in Communione tēporis Paschalis. Si autē venerit post Octauā Pentecostes, dicitur vt infra assignatur.

SANCTI VRBANI **Papę & martyris. Introitus.**



Sacerdotes tui, Domine induant iustitiam, & sancti tui exultent: propter David seruū tuum, non auertas faciem Christi tui. **Psalm.** Memento Domine David: & omnis mansuetudinis eius. **v. Gloria. Oratio.**

DA quęsumus oīpotens Deus: vt qui beati Urbani martyris tui atque Pontificis solemnia cōlimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum.

Ep̄itola. Benedictus Deus. de Cōi vnus

vnius **Mar. Pont.** f. 475. **Graduale.**

In ueni David seruum meum, oleo
sācto meo vñxi eum : manus enim
mea auxiliabitur ei , & brachium
meum confortābit eum. **V.** Nihil
p̄ficiet inimicus in eo : & filius ini-
quitatis nō nocēbit ei. **A**lleluia, al-
leluia. **V.** Memento Dñe David, &
omnis mansuetudinis eius. Allel.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus disci-
pulis suis parābolam hanc. Ho-
mo quidam peregre proficiscens,
vocauit seruos suos, & tradidit il-
lis bona sua. Et vni dedit quinq. ta-
lēta, alij autē duo, alij verō vnum:
vnicuique secūdam propriam vir-
tutē: & profectus est statim. Abijt
autem qui quinque talenta accēpe-
rat, & operatus est in eis, & lucrato
est alia quinque. Similiter & qui
duo accēperat, lucrato est alia duo.
Qui autem vnum accēperat, abiēs
fodit in terram, & abscondit pecu-
niam domini sui. Post multum ve-
ro tēporis venit dominus seruorū
illorū, & posuit rationem cum eis.
Et accēdēs qui quinque talēta ac-
cēperat, obtulit alia quinq. talēta,
dicēs. Dñe, quinque talenta tradi-
disti mihi: ecce, alia quinq. superlu-
cratus sum. Ait illi dominus eius:
Euge serue bone & fidelis: quia in
pauca fuisti fidelis, supra multa te
constituam: intra in gaudium dñi
tui. Accessit autem & qui duo ta-
lenta accēperat, & ait. Dñe duo ta-
lenta tradidisti mihi: ecce, alia duo
lucrato sum. Ait illi dñs eius. Euge
serue bone & fidelis: quia super pau-
ca fuisti fidelis, supra multa te con-
stituam: intra in gaudium dñi tui.

Offert. Veritas mea, & misericor-
dia mea cū ipso: & in nomine meo

exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Hæc hostia, Domine quasum-
mus, emū det nostra delicta:
& ad sacrificium celebrādum, sub-
ditorum tibi corpora, mentesque
sanctificet. Per Dominum.

Comm. Fidelis seruus & prudens,
quem constituit dominus super fa-
miliam suam: vt det illis in tēpore
tritici mensuram. **Postcommun.**

Reseñi participatione mūne-
ris sacri, quasum⁹ Dñe Deus
noster: vt, cuius exequimur cultū,
intercedente beato Urbano marty-
re tuo, atque Pontifice, sentiamus
effectum. Per Dominum.

¶ **S. Eleutherij Papæ & martyris.**
Missa. Statuit ei Dñs. vt in **Com-
muni vnius Mart. Pontif.** fol. 474.
nisi venerit tempore Paschali.

¶ **S. Ioannis Papæ & marty.** **Missa.**
Sacerdotes Dei. in Cōmuni vnius
Mart. Pontific. fol. 475.

¶ **S. Felicis Papæ & mart.** **Missa.**
**Statuit ei Dominus. vt in Commu-
ni vnius Martyris Pontif.** f. 474.

¶ **Sāctæ Petronille virginis.** **Missa.**
**Vultum tuum. de Communi Vir-
ginum non martyrum.** fol. 500.

F E S T A I V N I I .

SS. MARTY. MARCELLINI, **Die**
Petri, atque Erasmi. Introitus. **ij.**



Lamauerunt iusti, &
Dominus exaudiuit
eos: & ex omnibus tri-
bulationibus eorum
liberauit eos. **Psal.** **Be-**
nedicam Dominum in omni tem-
pore: semper laus eius in ore meo.

V. Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui nos annua beatorū
martyrum tuorum Marcelli-
ni, Petri, atque Erasmi solemnitate
lætificas: prestā quasumus: vt quo-
rum

rum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nõ volens sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.

Graduale. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. **V.** Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. **A**lleluia, alleluia. **V.** Ego vos elegi de mundo: ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Alleluia.

Euangelium. Cum audieritis prelia de Comuni plurim. Marty. f. 483.

Offertorium. Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. **Secreta.**

Hæc hostia, quæsumus Domine, quam sanctorum Martyrum tuorum natalicia recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiam dona conciliet. Per Dñm.

Communio. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt

in pace.

Postcommun.

Sacro munere satiati, supplices te Dñe deprecamur: ut quod debitæ seruitutis celebramus officio, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per Dominum.

SANCTORVM MARTY.

Primi & Feliciani. Introitus.

ix.



Apientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nuntiet Ecclesia: nomina autem eorum viuent in sæculum sæculi. **Psal.** Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. **Ps.** 32.

V. Gloria Patri.

Oratio.

Facnos, quæsumus Domine, sanctorum martyrum tuorum Primi & Feliciani semper festa sectari: quorum suffragijs, protectionis tuæ dona sentiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio libri Sapientia.

Iusti autem in perpetuum viuunt: & apud dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniã dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam: & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile, equitatem.

Graduale. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. **Psal.** 88.

V. Misericordias tuas Domine in æternum cantabo, in generatione, & progenie. **A**lleluia, alleluia.

V. Hæc est vera fraternitas, quæ vincit mundi crimina, Christum secuta est, in-

clyta tenens regna celestia. Allelu.

Euangelium. Confiteor tibi pater.

de Communi plurim. Mart. f. 487.

Pl. 67. Offertorium. Mirabilis Deus in sã
ctis suis: Deº Israël ipse dabit virtu
tem & fortitudinem plebi suã: be
nedictus Deus, alleluia. **Secreta.**

Fiat tibi, quæsumus Domine, ho
stia sacrãda placabilis, pretiosi
celebritate martyrij: quæ & pecca
ta nostra purificet, & tuorum tibi
vota conciliet famulorum. Per.

Ioan. 25. Communio. Ego vos elégi de mũ
do, vt eatis, & fructum afferãtis: &
fructus vester maneat. **Postcomm.**

Quæsumus omnipotens Deus:
vt sanctorum martyrum tuo
rum Primi & Feliciani cælestibus
mysterijs celebrata solemnitas, in
dulgentiam nobis tuę propitiatio
nis acquirat. Per Dominum.

Die 21. IN FESTO S. BARNABÆ
Apostoli. Introitus.

Psal. 138. Mihi autem nimis hono
rati sunt amici tui
Deus: nimis conforta
tus est principatus eo
rum. **Psal. Dñe proba**

Ibid. 15. fti me, & cognouisti me: tu cogno
uisti sessionem meam, & resurre
ctionem meam. **v. Gloria. Ofo.**

Deus, qui nos beati Barnabæ
Apostoli tui meritis & inter
cessione lætificas: concede propi
tius: vt qui tua per eum beneficia
poscimus, dono tuæ gratiæ conse
quãmur. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

A ct. 21. c. In diebus illis: Multus numerus
credetium, Antiochię cõuersus
est ad Dominum. Peruenit autem
sermo ad aures ecclesiæ, quæ erat
Ierolymis, super istis: & miserũt
Barnabam vsque ad Antiochiã.

Qui cũ peruenisset, & vidisset gra
tiã Dei: gauisus est. Et hortabatur
omnes in proposito cordis perma
nere in Domino: quia erat vir bonus,
& plenus Spiritu sancto, & fide. Et
apposita est multa turba Domino.
Profectus est autem Barnabas Tar
sum, vt quereret Saulum: quem cũ
inuenisset, perduxit Antiochiã.
Et annũ totũ conuersati sunt ibi in
ecclesia: & docuerunt turbã multã,
ita vt cognominaretur primũ An
tiochię discipuli, Christiani. Erant
autem in Ecclesia, quæ erat Antio
chiã, prophete & doctores: in quibus
Barnabas, Simon qui vocabatur
Niger, & Lucius Cyrenensis, &
Manahen, qui erat Herodis tetrar
chæ collactaneus, & Saulus. Mini
strantibus autem illis Dño & ieiun
antibus: dixit illis Spiritus sanctus.
Segregate mihi Saulum & Barna
bã in opus, ad quod assumpsi eos.
Tunc ieiunantes, & orantes, impo
nentesque eis manũs, dimiserunt illos.

Graduale. In omnem terrã exiuit
sonus eorum: & in fines orbis terræ
verba eorũ. **v. Cæli enarrant glo
riam Dei: & opera manuum eius
annuntiat firmamentũ. Alleluia,
alleluia. v. Ego vos elégi de mun
do, vt eatis, & fructum afferatis: &
fructus vester maneat. Alleluia.**

**Sequentia sancti Euangelij secun
dum Matthæum.**

In illo tpe: Dixit Iesus discipu
lis suis. Ecce, ego mitto vos, si
cut oues in medio luporum: Estote
ergo prudentes sicut serpentes: &
simplices sicut columbæ. Cauete au
tem ab hominibus. Tradent enim
vos in cõcilij, & in synagogis suis
flagellabunt vos: & ad præfides &
reges ducimini propter me, in tes
timonium illis & gentibus. Cum

autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquamini: sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficiet. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseverauerit usque in finem: hic saluus erit. **Credo.**

44. **Offertorium.** Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine, in omni progenie, & generatione.

Secreta.

MVnera, Domine, oblata sanctifica: & intercedete beato Barnaba Apostolo tuo, nos per hęc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Comm. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israël. **Postcommun.**

Supplices te rogamus omnipotens Deus: ut, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Barnaba Apostolo tuo, tibi etiã placitis moribus dignanter tribuas deservire. Per Dominum nostrum.

SANCTORVM BASILIDIS, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyr. Introitus.

Ntret in conspectu tuo Domine gemitus compeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **Psal.** Deus venerunt gentes in hereditate tuam, polluerunt templum sanctum tuum: po-

suērunt Ierusalem in pomorum custodiam. **V.** Gloria. **Oratio.**

Sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quęsumus Domine, natalitia nobis votiva resplendant: & quod illis contulit excellentia sepi terna, fructibus nostrę devotionis accrescat. Per Dominum.

Epistol Rememoramini pristinos dies. **de Cõi plurim.** Marty. f. 484.

Graduale. Vindica Domine, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **V.** Posuerunt mortalia ser-

uorum tuorum, escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorum bestijs terrę. **A**lleluia, allel. **V.** Cor-

pora sanctorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum vivunt in generatione, & generationem. **A**lleluia. **Eccli.**

Euangelium. Sedente Iesu super montem Oliueti. **de eodem Cõi.** f. 485.

Offert. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum. **Secr.**

Pro sanctorum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij sanguine venerando, hostias tibi Domine solemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quę talis est perfecta victoria. Per Dominum. **Communio.**

Posuerunt mortalia seruatorum tuorum Domine, escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. **Postcommunio.**

Semper Domine, sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij solemnia celebrantes, presta quęsumus: ut eorum patrocinio iugiter sentiamus. Per Dominum nostrum, Iesum Christum.

IN FESTO S. ANTONII
de Padua confess. Introit.

Die
xij.Pfal.
35.

Ibid.



O iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū: lex Dei eius in corde ipsius. *Psalms.* **N**o-

li emulāri in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

V. Gloria Patri. *Oratio.*

Ecclēsiā tuam Deus, beati Antonij cōfessoris tui solemnitas votiua latificet: vt spiritualibus sē per muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Do. *lectio* Epistolæ B. Pauli Apolloli ad Corinthios.

2.
Cor.
4. b

Frātres. Spectāculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colāphis cadimur, & instabiles sumus, & laborāmus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimur. Persecutionem patimur: & sustinēmus. Blasphemāmur: & obsecrāmus. Tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma vsque adhuc. Nō vt cōfundā vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. In Christo Iesu Domino nostro. *Graduale.*

Psal.
91.

Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. *V.* Ad annuntiādum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. **A**lleluia, allel. *V.* Amavit cum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum. **A**lleluia.

Ecl.
45.

Euangel. **S**int lūbi vestri p̄cinci. **de Comuni cōfess. non Pōt.** 493. **Offertor.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Pr. 88.

Praesens oblatio fiat Dñe, populo tuo salutaris: pro quo dignatus es Patri tuo te viuentem hostiam immolare. Qui cum eodem Deo Patre, & spiritu sancto uiuis, & regnas Deus, per omnia, & c.

Communio. **B**eatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit uigilātem: amē dico uobis, super omnia bona sua cōstituet eū. **Postcō.**

Mat.
24.

Diuinis, Domine, muneribus satiati: quæsumus, vt beati Antonij cōfessoris tui meritis & intercessione, salutaris sacrificij sentiamus effectum. Per Dominum.

IN FESTO S. BASILII
Episcopi & confess. Introit.

Die
xiiij.

In medio Ecclesiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dñs spiritu sapientia, & intellectus: stolam gloriæ induit eum. *Psalms.* **B**onum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime. *V.* Gloria Patri, & Filio.

Ecl.
15.Pfal.
91.*Oratio.*

Exaudi quæsumus Dñe, preces nostras, quas in beati Athanasij cōfessoris tui atque Pontificis solemnitate defērimus: & qui tibi digne meruit famulāri, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dñm.

Epistola. Testificor coram Deo. **de Comuni Doctor.** fol. 491.

Grad. **O**s iusti meditabitur sapientia: & lingua eius loquetur iudiciū. *V.* Lex Dei ei⁹ in corde ipsius: & nō supplantabūtur gressus eius. **A**llel.

Pfal.
36.

allel.

alleluia. *v.* Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedes, computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui videt, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedes prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal euauerit: in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinum utile est: sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. *Credo.* *Offertor.* Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Secreta.*

Sancti Basilij confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Dñe, annua solemnitas pietatis tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc pie placationis officia, & illud beata retri-

butio comitetur, & nobis gratie tuæ dona conciliet. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. *Postcom.*

Deus, fideiū remunerator animarū, præsta: vt beati Basilij confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

SS. VITI, MODESTI, *Die xv.*
atque Crescentiæ mart. *Intr.*



Multæ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberauit eos Dominus: Dominus contudit omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. *Psal. 33.*

Psalms. Benedicam Dominum in omni tempore: semper lauseius in ore meo. *v.* Gloria Patri. *Oratio.*

DA Ecclesie tue, quæsumus Domine, sanctis martyribus tuis Vito, Modesto, atque Crescentia intercedentibus, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate proficere: vt praua despiciens, quæcumque recta sunt, libera exerceat charitate. Per. *Epistola.* Iustorum animæ. de Comuni plurimor. *Mart.* fol. 482.

Graduale. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. *Psal. 149.*

v. Cæcitate Dño canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluia, alleluia. *v.* Sancti tui Domine, benedicent te: gloriam regni tui dicent. Alleluia. *144.*

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Qui vos audit, me audit: *Luc. 10.*
& qui vos spernit, me spernit. Qui autem

autem me spernit, spernit eum qui meminit. Reuersi sunt autē septuaginta duo cum gaudio, dicentes. Domine, etiam dēmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbā satanam sicut fulgur de cælo cadentē. Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocēbit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus subijciuntur vobis: gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

Psal.
67.

Offertorium. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israēl ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. **Secreta.**

Sicut gloriā diuinę potētīę, mūnera pro sãctis oblata testātur: sic nobis effectum, Domine, tuę saluationis impendant. Per Dñm.

Sup.
3.

Communio. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitię: visi sunt oculis insipientium mori, illi autē sunt in pace. **Postcommunio.**

Repleti Domine, benedictione solemni, quæsumus: vt per intercessionem sãctorum martyrum tuorum Viti, Modesti, & Crescentiæ, medicina sacramenti & corporibus nostris profit, & mentibus. Per Dominum nostrum.

Dic
xviiij.

**SANCTORVM MARCI
& Marcelliani mart. Introit.**

Psal.
36.

Alus autem iustorum à Domino: & protector eorum est in tempore tribulationis.

Ilij.

Psal. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. **V** Gloria Patri, & Filio. **Oratio.**

Praesta quæsumus omnipotens Deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Marci & Marcelliani natalitia cõlimus: à cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Iustificati ex fide, pacē habeamus ad Deum per Iesum Christum Dominum nostrum: per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe glorię filiorum Dei. Non solum autem: sed & gloriamur in tribulationib⁹, scientes, quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem, probationē: probatio vero spem: Spes autē non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. **Graduale.**

Iustorū animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitię. **V.** Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt in pace. **Alleluia, alleluia.** **V.** Hęc est vera fraternitas, quæ numquā potuit violari certamine: qui effuso sanguine, secuti sunt Dominum. **Alleluia.**

Euangel. Væ vobis, qui ædificatis de Cõi plurimorum **Mart.** f. 487.

Offertorium. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. **Secreta.**

Mvnera tibi Domine dicata, sanctifica: & intercedētibus sanctis martyribus tuis Marco & Marcelliano, per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Comunio. Amē dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti P̄ris mei, possi-

possidete paratum vobis regnum ab initio sæculi. **Postcommunio.**

Salutaris tui, Domine, munere satiati, supplices exorám⁹: vt cuius letamur gustu, intercedentibus sanctis martyribus tuis Marco & Marcelliano, renouémur effectu. Per Dominum nostrum.

SANCTORVM GERVASII & Protasij mart. Introitus.



Loquétur Dominus pacem in plebem suam, & super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad ipsum. **Psal.**

Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. **V.** Gloria Patri, & Filio. **Oratio.**

Deus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum Geruasij & Protasij solemnitate lætificas: concede propitius: vt, quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli.

Charissimi. Communicantes Christi passionibus, gaudete: vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultates. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & quod est eius spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus: non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Et si iustus vix saluabitur: impius & peccator vbi parèbunt? Ita-

que & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciēs prodigia. **V.** Dexteræ tuæ Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tuæ cōfregit inimicos. **A**lleluia, alleluia. **V.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, incluta tenens regna cælestia. Alleluia.

Euang. Descendens Iesus de monte de Communi plurim. **mart.** f. 484.

Offertorium. Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. **Secreta.**

Oblatis, quæsumus Domine, placare muneribus, & intercedentibus sanctis Martyribus tuis, a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

Communio. Posuerunt mortalia feruorum tuorum Domine, escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. **Postcom.**

Hæc nos comunio, Domine, purget a crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis Geruasio, & Protasio, cælestis remedij faciat esse confortes. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

SANCTI SILVERII Papæ & martyris. Introit.



Tatuit ei Dominus testamentum pacis: & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. **Psal.**

Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. **V.** Gloria Patri.

Oratio.

Infir-

Infirmi-
tatem nostrā respice om-
nipotens Deus: & quia pondus
propriae actionis grauat, beati Silue-
rii martyris tui atque Pontificis
intercessio gloriosa nos protegat.
Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolae B. Iudae Apostoli.

Charissimi. Memores estote
verborum, quae praedicta sunt
ab Apostolis Domini nostri Iesu
Christi: qui dicebāt vobis, quoniā
in nouissimo tempore venient illu-
sores, secundum desideria sua am-
bulantes in impietatibus. Hi sunt,
qui segregāt semetipsos, animales,
spiritum non habentes. Vos autem
charissimi, superaedificātes vosme-
tipos sanctissimae vestrae fidei, in Spi-
ritu sancto orantes, vosmetipsos in
dilectione Dei seruāte: expectantes
misericordiam Domini nostri Iesu
Christi in vitam aeternam. **Grad.**

Psal. 88.
Inueni David seruum meum, oleo
sancto meo unxi eum: manus enim
mea auxiliabitur ei, & brachium
meum confortabit eum. **V.** Nihil
proficiet inimicus in eo: & filius
iniquitatis nō nocēbit ei. **A**lleluia,
alleluia. **V.** Tu es sacerdos in aeter-
num, secundum ordinem Melchi-
sedech. Alleluia.

Euangel. **S**iquis venit ad me. **de**
Comuni vnus Mart. Pōt. f. 474.

Psal. 88.
Offertorium. **V**eritas mea, & mise-
ricordia mea cū ipso: & in nomine
meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Hostias tibi, Domine, beati Sil-
uerii martyris tui atque Pon-
tificis dicatas meritis, benigno assū
me: & ad perpetuum nobis tribue
prouenire subsidium. Per Dñm.

Ibid. **Communio.** **S**emel iuravi in san-
cto meo: semen eius in aeternum
manebit: & sedes eius sicut sol in
conspectu meo, & sicut luna perfe-

ta in aeternum, & testis in caelo fi-
delis.

Postcommunio.

Refecti participatione mune-
ris sacri, quæsumus Domine
Deus noster: vt cuius exequimur
cultum, intercedente beato Silue-
rio martyre tuo atq. Pontifice, sen-
tiamus effectum. Per Dominum.

SANCTI PAULINI

Episcopi & confess. Introitus.



Acerdotes tui, Domi-
ne, induant iustitiam,
& sancti tui exultent:
propter David seruū
tuum, non auertas fa-
ciem Christi tui.

Psal. **M**emento
Domine David: & omnis mansue-
tudinis eius. **V.** Gloria. **Oratio.**

DA quæsumus oīpotens Deus:
vt beati Paulini cōfessoris tui
atque Pontificis veneranda solen-
nitas, & deuotionē nobis augeat,
& salutem. Per Dominum.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli
ad Corinthios.

Fratres. Scitis gratiam Domini
nostri Iesu Christi: quoniā pro-
pter vos egēnus factus est, cū esset
diues: vt illius inopia vos diuites
essetis. Et cōsiliū in hoc do. Hoc
enim vobis vtile est: qui non solum
facere, sed & velle cepistis ab anno
priore. Nunc vero & factō perfici-
te: vt quemadmodū promptus est
animus volūtatis, ita sit & perficiē
di ex eo quod habetis. Si enim vo-
luntas prompta est: secundum id
quod habet, accepta est, non secun-
dum id quod nō habet. Non enim
vt alijs sit remissio, vobis autem tri-
bulatio: sed ex æqualitate. In prae-
senti tempore, vestra abundātia il-
lorum inopiam suppleat: vt & illo-
rum abundantia vestrae inopiae sit
supple-

supplementum, vt fiat æqualitas, si
cut scriptum est. Qui multum, non
abundauit: & qui módicum, non
minorauit. **Graduale..**

cl. Ecce sacerdos magnus, qui in die-
bus suis placuit Deo. **v.** Nō est in-
uentus similis illi, qui conseruaret
legem Excelsi. **Alleluia, alleluia.**

v. Tu es sacerdos in æternū secū-
dum ordinem Melchisedech. **Allel.**
**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Lucam.**

In illo tēpore: Dixit Iesus disci-
pulis suis. Nolite timere pusill^o
grex: quia complacuit Patri vestro
dare vobis regnum. Vendite quæ
possidētis, & date eleemosynā. Fa-
cite vobis sacculos, qui non vetera-
scunt, thesaurum non deficientem
in cælis: quō fur non appropriat, ne-
que tinea corrumpit. Vbi enim
thesaurus vester est, ibi & cor ve-
strum erit. **Offertorium.**

Inueni Dauid seruum meum, oleo
sācto meo vnxi eum: manus enim
mea auxiliabitur ei, & brachium
meum confortabit eum. **Secreta.**

Sancti tui, quæsumus Domine,
nos vbique latificēt: vt dum co-
rum merita recolimus, patrocina
sentiamus. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & pru-
dens, quem constituit Dñs super fa-
miliam suam: vt det illis in tempo-
re tritici mensuram.

Postcommunio.

Præsta quæsumus omnipotens
Deus: vt de perceptis muneribus
gratias exhibentes, interceden-
te beato Paulino confessore tuo at-
que Pontifice, beneficia potiora su-
māmus. Per Dominum nostrum
Iesum Christum Filium tuum. Qui
tecum viuit & regnat in vnita-
tate. &c.

IN VIGILIA S. IOANNIS Die
xxij.
Baptistæ. Introitus.



E timeas Zacharia: Luc.
1.
exaudita est oſo tua,
& Elitabeth vxor tua
pariet tibi filiū, & vo-
cabis nomē eius Ioan-
nem: & erit magnus coram Domi-
no, & Spiritu sancto replebitur ad-
huc ex vtero matris suæ: & multi in
natiuitate eius gaudēbunt. **Ps. Do** Psal.
130.

mine in virtute tua letabitur rex: &
super salutare tuū exultabit vehe-
menter. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Præsta quæsumus omnipotens
Deus, vt familia tua per viā sa-
lutis incedat: & beati Ioannis præ-
cursoris hortamenta secūdo, ad
eum quem prædixit, secūra perue-
niat, Dominum nostrum Iesum
Christum Filium tuum. Qui tecū.
Secunda Oratio de sancta Maria,
Concede. tertia, Ecclesiæ. vel pro
Papa. Deus omnium. fol. 268.

Lectio Ieremix Prophetæ.

In diebus illis: Factum est verbū Iere.
1.
Dñi ad me, dicens. Priusquam
te formārē in vtero, noui te: & ante
quā exires de vulua, sanctificaui te:
& prophetā in gentibus dedi te. Et
dixi, A a a, Dñe De^o: ecce nescio lo-
qui, quia puer ego sum. Et dixit Dñs
ad me. Noli dicere, puer sum: quā
ad omnia quæ mittā te, ibis: & vni-
uersa quæcumque mandāuero tibi,
loqueris. Ne timeas a facie eorum:
quia ego tecū sum, vt eruā te, dicit
Dñs. Et misit Dñs manum suam,
& tēgit os meum: & dixit Domi-
nus ad me. Ecce, dedi verba mea in
ore tuo: ecce, constitui te hodie sup-
gētes, & sup regna: vt euellas & de-
struas, & disperdas & dissipes, & e-
difices & plātes: dicit Dñs oīpotēs.

Gra-

Ican. **Graduale.** Fuit homo missus a Deo, cui nomē erat Ioānes. **v.** Hic venit vt testimoniū perhiberet de lumine, parare Domino plebem perfectam.

Initium sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc. **F**Vit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zachariās, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificacionibus Domini sine querela: & non erat illis fili⁹, eo quod Elisabeth esset sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem: cum sacerdotio fungeretur Zachariās in ordine vicis suæ ante Deum, secundum cōsuetudinem sacerdotij: forte exijt, vt incensum pōneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zachariās turbatus est, videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus. Ne timeas Zachariā: quoniā exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomē eius Ioannem. Et erit tibi gaudium & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino: & vinum & ficeram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorum Israël cōuertet ad Dominū Deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illū in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorū, parare Dño plebem perfectam. **Offert.**

Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine. **Secreta.**

MVnera Domine, oblata sanctifica: & intercedente beato Ioanne Baptista, nos per hæc a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostrum.

Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnū decorem impōnes super eum, Domine. **Postcommunio.**

BEati Ioannis Baptista nos Domine, præclara comitetur oratio: & quem venturum esse prædixit, poscat nobis fore placatū, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & c.

IN NATIVITATE

S. Ioannis Baptista. Introit.

DE ventre matris meæ vocauit me Dominus nomine meo: & posuit os meum vt gladium acutum: sub tegumento manus suæ protexit me, & posuit me quasi sagittam electā.

Psal. Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

DEus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiam gaudiorū: & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dō.

LECTIO Isaïæ prophetæ.

AVdite in sule, & attendite populi: Ali de lōge. Dñs ab vtero vocauit me: de ventre matris meæ recor datus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutū. In vmbra manus suæ protexit me: & posuit me sicut sagittam electam.

In pharetra sua abscondit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu, Israël, quia in te gloriabor. Et nunc hæc dicit dñs, formans me ex vtero seruū sibi: Dedi te in lucem gentiū, vt sis salus mea, vsque ad extremū terræ. Reges videbunt, & cōsurgent principes, & adorabunt dominū Deum tuum, & sanctū Israël, qui elégit te.

Graduale. Priusquam te formare in vtero, noui te: & antequā exires de ventre, sanctificauī te. *✠.* Misit Dominus manum suam, & tetigit os meū: & dixit mihi. Alleluia, alleluia. *✠.* Tu puer, propheta Altissimi mi vocaberis: præbis ante Dominum parare vias eius. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Elisabeth impletum est tempus pariendi: & péperit filium. Et audierūt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dñs misericordiam suam cum illa: & congratulabātur ei. Et factum est: in die octauo uenerunt circumcidere puerū: & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respōdens mater eius, dixit. Nequaquam: sed vocabitur Ioannes. Et dixerūt ad illam: quia nemo est in cognatione tua, qui uocetur hoc nomine. Innuebant autē patrī eius, quem uellet uocari eū. Et postulās pugillārem, scripsit, dicens: Ioānes est nomē eius. Et mirāti sunt uniuersi. Apertū est autē illico os eius, & lingua ei: & loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorum: & super omnia montana Iudeæ diuulgabant omnia uerba hæc. Et posuerunt omnes qui audierāt, in corde suo, dicētes. Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharías pater eius.

ter eius repletus est Spiritu sãcto: & prophetauit, dicens. Benedictus Dñs Deus Israël: quia uisitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Non dicitur, Credo. nisi in Ecclesia propria: vel nisi uenerit in Dominica, aut in fra Octauam Corporis Christi: sed in die Octa. dicitur, propter Octauam Apostolorum. Offeritur. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur.

Tua Domine, muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatem honore debito celebrātes, qui Saluatorem mundi & cecinuit adfuturum, & adesse monstrauit, Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum uiuit & c.

Communio. Tu puer, propheta Altissimi uocaberis: præbis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Postcommunio.

Sumat Ecclesia tua Deus, beati Ioānis Baptiste generatione lætitiā, per quæ suæ regenerationis cognouit auctorem, Dñm nostrum Iesum Christū filiū tuū. Qui tecum.

Infra Oct. S. Ioānis, & in ipso die Octauæ fit idem officium, quod in die. Sed infra Octauam post Orationem diei dī secūda Oratio de S. Maria, Concede. tertia cōtra persecutores Ecclesie, vel pro Papa. 268.

IN FESTO SS. IOANNIS & Paulimarty. Introitus.

Multa tribulationes iustorum, & de his omnibus liberauit eos Dominus: Dominus custodit omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. **Psal. Benedicam Dominum in omni tempore: semper eius laus in ore meo.**

meo. *✠* Gloria Patri. **Oratio.**

Quæsumus omnipotens Deus: ut nos geminata lætitia hodiernæ festiuitatis excipiat, quæ de beatorum Ioannis & Pauli gloriosæ catione procedit: quos eadē fides & passio vere fecit esse germanos. Per Dominum.

Secunda Oratio de sancto Ioanne.

Deus qui præsentem. f. 400. **tertia de S. Maria.** **C**oncede nos. fol. 268.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 44. **H**i sunt viri misericordiæ, quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hereditas sancta, nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: & filij eorum propterea in æternum manent. Generatio eorum, & gloria eorum non derelinquétur. Corpora eorū in pace sepulta sunt: & nomina eorum uiuent in sæcula. Sapientiæ eorum narrent omnes populi, & laudem eorum pronuntiet omnis ecclesia sanctorum. **Graduale.**

Psal. 63. **E**cce quàm bonum, & quàm iucundū, habitare fratres in vnum. *✠* Si cut unguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron. **A**lleluia, alleluia. *✠* Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, incluta tenens regna cælestia. Alleluia.

Sequentiæ S. Euang. secundū Lucā.

Luc. 12. **I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autem opertum, quod nō reuelétur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurent locuti estis in cubiculis prædicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis. Ne terræ-

mini ab his qui occidūt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeate. Nonne quinque passerres veneunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passerib⁹ pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis qui cumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.

Offertorium. **G**loriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu Domine benedices iusto: Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ, coronasti nos. **Secreta.**

Hostias tibi, Domine, sanctorū martyrum tuorum Ioānis & Pauli dicatas meritis, benignus assūme: & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per Dñm.

Communio. **E**t si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos: tamquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausta accepit eos. **Postcommunio.**

Simpliciter Domine, sanctorū martyrum tuorum Ioannis & Pauli solemnia celebrantes, sacramenta cælestia: preſta quæsumus: vt quod tēporaliter gērimus, æternis gaudijs consequamur. Per Dñm.

Si sequēs festum S. Leonis venerit in Dominica, trās fertur post Octauam Apostolorum: & Missa dicitur de Dominica cum commemoratione S. Ioannis: & in Sabbato præcedenti dicitur Missa de Vigilia Apostolorum: secunda Oratio de sancto Ioanne, tertia de B. Maria.

Concede nos. f. 268. Quocumque vero alio die venerit festum S. Leonis, fit de eo, cum cōmemoratione Octa. S. Ioannis, & Vigiliæ. In Ecclesijs autem Collegiatis dicuntur duę Missę, vna de Festo, cum cōme. S. Ioannis, & B. Mariæ: alia de Vigilia, cum commemorat. B. Mariæ, **C**oncede nos. & Ecclesiæ: vel pro Papa. **D**eus omnium. fol. 268.

Die viij. **I**n festo S. Leonis Papæ & confessoris, Missa. Sacerdotes tui. de Comuni Confess. Pont. fol. 489. præter Oraciones, quæ dicuntur vt infra, & Euangelium, Homo quidam peregre proficiscens. de eodem Comuni. fol. 489. **O**ratio.

Deus, qui beatū Leonem Pontificem, sanctorum tuorum meritis cōequalti: cōcede propitius: vt, qui cōmemorationis eius festa percōlimus, vitæ quoq. imitemur exempla. Per Dominum. **secreti.**

Annue nobis, quæsumus Domine, vt intercessione beati Leonis hæc nobis profit oblatio: quā immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dñm.

Postcommunio.

Deus, q̄ animæ famuli tui Leonis, æternæ beatitudinis præmia contulisti: concede propitius: vt, qui peccatorū nostrorum pondere prémimur, eius apud te precibus subleuemur. Per Dominum.

Die xxvij. **I**N VIGILIA APOSTOLORUM Petri & Pauli. **I**ntrōitus.

Dicit Dominus Petro: cū esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volēbas: cum autē senueris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis: hoc autem dixit, si-

gnificans qua morte clarificaturus esset Deum. **Psalms.** Cali enarrant gloriam Dei: & opera manuū eius annuntiat firmamentum. **V.** Gloria Patri. **N**on dicitur Gloria in excelsis. **O**ratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in Apostolicæ confessionis petra solidasti. Per Dominum.

Secunda Oratio & tertia vt in superiori rubrica notatur.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis. Petrus & Ioānes **Ascendebant** in templum, ad horam orationis nonā. Et quidā vir, q̄ erat claudus ex vtero matris suę, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portā templi, quæ dicitur Speciosa, vt pēteret eleemosynā ab introeuntibus in templum. Is cū vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum: rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autē in eum Petrus cum Ioāne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid acceptūrum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eū: & protinus cōsolidatæ sunt bases ei⁹, & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cū illis in templum ambulans, & exiliens & laudans Deū. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deū. Cognoscebant autem illum, quoniā ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & replēti sunt stupore & extasi, in eo quod contigerat illi.

Pfal.
18.

Graduale. In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. *V.* Cæli enarrant gloriā Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Sequentia sancti Evangelij secundum Ioannem.

Ioan.
21.^c

In illo tempore: Dixit Iesus Simoni Petro. Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei. Etiam Domine: tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioannis, diligis me? Ait illi. Etiam Domine: tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, & dixit ei. Domine, tu omnia nosti: tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi: cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volēbas: cum autem senueris, extēdes manus tuas, & alio te cinget, & ducet quod tu non vis. Hoc autem dixit, significans quia morte esset clarificaturus Deum.

Pfal.
138.

Offertorium. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. **Secreta.**

M vnus populi tui, quæsumus Domine, Apostolica intercessione sanctifica: nosque à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

Ioan.
21.

Cōmunio. Simon Ioannis, diligis me plus his? Domine, tu omnia nosti: tu scis Domine, quia amo te.

Postcommunio.

Qvos cælesti, Domine, alimento satiasti: Apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

IN FESTO SANCTORVM Die xxix.
Apostolorum Petri & Pauli.

Introitus.



Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione

plebis Iudæorū. **Psal.** Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā, & resurrectionem meam. *V.* Gloria. **Oratio.**

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptū, per quos religionis sum psit exordium. Per Dominum.

Et non fit commemoratio de S. Paulo, quia Oratio est communis: nec de Octaua sancti Ioannis.

LECTIO Actuum Apostolorum.

In diebus illis. Misit Herodes rex A. 12.
I manus, ut affligeret quosdā de Ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem, quia placēret Iudæis, apposuit ut apprehēderet & Petrum. (Erāt autē dies azymorum.) Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradēs quatuor quaternionibus militum custodiendum: volens post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vincit catēnis duabus: & custodes ante ostiū custodiebant carcerem. Et ecce, Angelus Dñi astitit: & lumen refulsit in habitaculo. Percussitque latere Petri, excitauit eū, dicens:

cens: Surge velóriter. Et cecidérūt catēne de manibus eius. Dixit autē Angelus ad eum. Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic: & dixit illi. Circumda tibi vestimētū tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eū: & nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum. Existimabat autē se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venérūt ad portam ferreā, quæ ducit ad ciuitatē: quæ vltro aperta est eis. Et exeūtes processérūt vicū vnū: & continuo discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit. Nūc scio vere, quia misit dominus angelum suum: & eripuit me de manu Heródis, & de omni expectatione plebis Iudeorū.

Graduale. Cōstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. *Ps.* Pro patribus tuis nati sūt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

Alleluia, alleluia. *Ps.* Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens. Quē dicunt homines esse filiū hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam: alij autem Eliam: alij vero Ieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei. Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædifi-

cabo Ecclesiam meam: & portę inferi non preualebūt aduersus eam. Et tibi dabo clauēs regni cælorum. Et quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatū & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutū & in cælis. **Credo.**

Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui Dñe, in omni progenie & generatione. *Secreta.*

Hostias Dñe, quas nomini tuo sacrādas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. *Per. Præfatio de Apostolis.* fol. 227.

Communio. Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Postcommunio.*

OVos cælesti, Domine, alimento satiaisti: Apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per Dominum.

IN COMMEMORATIONE

S. Pauli Apostoli. Introitus.



Cio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem, iustus iudex. *Psal.*

Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. *Psal.*

Psalm. **Oratio.**

Deus, qui multitudinē gentiū beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quæsumus: vt cuius natalitia cōlimus, eius apud te patrocina sentiāmus. Per Dñm.

Et sit commemoratio de S. Petro Apostolo. Oratio.

Deus, q; beato Petro Apostolo tuo, collātis clauib; regni cælestis, ligādi atq; soluendi pontificiū

tradidisti: cōcede, vt intercessionis eius auxilio, à peccatorū nostrorū nexibus liberemur. Qui viuis &c.

Deinde fit commemorat. S. Ioannis, præterquam in Ecclesia propria sancti Pauli. Oratio.

DEus, qui præsentem diem honorabile nobis in beati Ioannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiam gaudiorū: & omnium fidelium mētes dirige in viam salutis aternæ. Per Dñm.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Galatas.

Gal.
1, b

FRatres. Notū vobis facio Euāgelium, quod euangelizātū est à me: quia nō est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accēpi illud, neque didici: sed p reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar Ecclesiā Dei, & expugnābam illam: & proficiebā in Iudaismo supra multos coartāneos meos in genere meo: abundantius emulatur existens paternarum mearum traditionum. Cum autē placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meę, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret Filium suum in me, vt euangelizarem illū in gentibus: continuo non acquieui carni & sanguini. Neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Ierosolymam vidēre Petrū, & māsi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi ne minem: nisi Iacobum fratrem Domini. Quę autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.

Gal.
3,

Grad. Qui operatus est Petro in

Apostolatū, operatus est & mihi intergentes: & cognouerūt gratiā Dei, quæ data est mihi. **v.** Gratia Dei in me vacua nō fuit: sed gratia eius sēper in me manet. **A**lleluia, alleluia. **v.** Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, & doctor gentium, intercede pro nobis. Allel.

17.
Cord
15.

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

IN illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Ecce, ego mitto vos, sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudentes sicut serpentes: & simplices sicut colūbæ: Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in cōcilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præfides & reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut qd loquāmini. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquāmini. Nō enim vos estis, qui loquimini: sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autē frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parētes, & morte eos afficiēt. Et eritis odio omnibus hominibus ppter nomē meum. Qui autē perseuerauerit vsque in finē: hic saluus erit. **C**redo.

Mat.
10, c

Offer. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. **Secr.**

Præb.
13b.

Apostoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tuæ dona sanctifica: vt quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora siāt patrocinio supplicantis. Per Dominum.

Pro sancto Petro. Secreta.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, pces, & hostias beati Petri Apostoli cōmēdet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis

pro-

prosit ad veniam. Per Dominum.

Pro sancto Ioanne. Secreta.

TVa Dñe, muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatē honore debito celebrātes, qui Saluatorē mūdi & cecinīt adfuturū, & adesse monstrauit, Dñm nostrū Iesū Christum filium tuum. Qui tecū.

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Cōmuniō. Amen dico vobis: quod vos quæ reliquistis oīa, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. *Postcomm.*

Preceptis Domine sacramētis, beato Paulo Apostolo tuo interueniente deprecamur: vt quæ pro illius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per Dñm.

Pro S. Petro. Postcommun.

Lætificet nos, Domine, munus oblatum: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilē predicamus, sic per illum tuā sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominum.

Pro S. Ioanne. Postcommun.

Sumat Ecclesia tua, Deus, beati Ioānis Baptista generatione lætitiā: per quem suæ regenerationis cognouit auctorem, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuū.

F E S T A I V L I I .

In Octaua S. Ioannis Baptistaē dñi
Missa vt in eius die festo, cum commemoratione Apostolorū, vt supra in eorum festo. 404. & in ea dicūt Credo. & Præfatio de Apost. 227.

IN FESTO VISITATIONIS

B. Mariæ Virginis. Introitus.

Alue sancta parēs, inixa puérpera Regē: qui cælū terrāq. regit in sæcula sæculorū. *Psal. &* ruciatuit cor meū verbū bonū: dico ego

opera mea Regi. **✠. Gloria. Ofo.**

FAmulis tuis, quæsumus Domine, cælestis gratiæ munus imperitare: vt quibus beatę Virginis partus extitit salutis exordium, Visitatiōis eius votiua solēnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dñm.

Pro commemoratione SS. Apostolorum Petri & Pauli. Oratio.

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorū Petri & Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium.

Pro SS. Martyribus Processo, & Martiniano. Oratio.

Deus, qui nos sanctorum martyrum tuorū Processi & Martiniani gloriosis confessionibus circumdas & protégis: da nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

ECce iste venit saliens in montibus, transfiliens colles. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parietē nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus me^o loquitur mihi: Surge, prôpera amica mea, columba mea, formosa mea: & veni. Jam enim hiems transijt, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dedērunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea: & veni. Columba mea in foraminibus petrae, in cauerna macearia, ostēde mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Grado. Benedicte, & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris.

V. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Alleluia, alleluia. **V.** Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

Luc.
1. c.

IN illo tempore: Exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est: vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth: exultauit infans in utero ei. Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicte tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. **Credo.**

Offertoriū. Beata es virgo Maria quæ omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo. **Secreta.**

VNigeniti tui, Domine; nobis succurrat humanitas: vt, quæ natus de Virgine, matris integritate non minuit, sed sacravit: in Visitationis eius solennijs, nostris nos piaculis exuens oblationem nostram tibi faciat acceptam Iesus Christus Dominus noster: Qui tecum.

Pro SS. Apostolis Petro & Paulo, Secreta.

Hostias Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, Apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi.

Pro SS. Martyribus Processo, & Martiniano. Secreta.

Suscipe Domine, preces & munera: quæ, vt tuo sint digna conspectu, sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per Dominum.

Præfatio de B. Maria, Et te in Visitatione. fol. 225. Communio.

Beata viscera Mariæ virginis: quæ portauerunt æterni Patris Filium.

Postcommun.

Sumpsimus Dñe, celebritatis annuæ votiua sacramenta: præsta quæsumus, vt temporalis vitæ nobis remedia præbeant, & æternæ. Per.

Pro SS. Apostolis Petro & Paulo. Postcommun.

Qvos cælesti, Domine, aîmpto satiasti: Apostolicis in tercessionibus ab oî aduersitate custodi.

Pro SS. Martyribus Processo, & Martiniano. Postcommun.

Corporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine, quæsumus Domine Deus noster: vt quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per eundem Do.

I N F R A O C T A V A M Die iij.

Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. Introitus:



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui De: Psal. 138.

nimis confortatus est principatus eorum. Psal.

Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **V.** Gloria Patri.

Oratio.
Deus,

DEus, qui hodiernam diē Ap-
tolorum tuorum Petri &
Pauli martyrio consecrafti: da Ec-
clesiā tuā, eorum in omnibus sequi
præceptū, per quos religionis sum-
psit exordium. Per Dominum.

Secunda Oratio de S. Maria. Con-
cede nos. **tertia, Ecclesiā tuā. vel**
pro Papa. fol. 268.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis: Per manus Apo-
stolorum fiebant signa & prodigi-
a multa in plebe. Et erant vnāni-
mīter oēs in porticu Salomonis.
Ceterorum autē nemo audēbat se
coniungere illis: sed magnificabat
eos populus. Magis autem augeba-
tur credentium in Domino multi-
tudo virorum ac mulierum: ita vt
in plateas eijcerēt infirmos, & po-
nerent in lectulis ac grabātis: vt ve-
niente Petro, saltem vmbra illius
obumbrāret quemquā illorum: &
liberārētur ab infirmitatibus suis.
Concurrēbat autem & multitudo
vicinarum ciuitatum, Ierusalē, affe-
rentes egros, & vexatos a spiritibus
immundis: qui curabātur omnes.

Graduale. Constitues eos princi-
pes super omnem terrā: memores
erunt nominis tui Domine. **v.** Pro
patribus tuis nati sunt tibi filij, pro-
pterea populi confitebuntur tibi.
Alleluia, alleluia. v. Rogauī pro
te Petre, vt nō deficiat fides tua: &
tu aliquando conuersus, confirma
fratres tuos. **Alleluia.**

Scientia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Simō Pe-
trus ad Iesum. Ecce, nos reliquim-
us omnia, & secuti sumus te: quid
ergo erit nobis? Iesus autē dixit il-
li s. Amen dico vobis, quod vos: qui
secuti estis me, in regeneratione cū

sedērit Filius hominis in sede mai-
estatis suę, sedēbitis & vos sup sedes
duodecim iudicātes duodecim tri-
bus Israēl. Et omnis qui reliquerit
domū, vel fratres, aut sorores, aut
patrem, aut matrem, aut vxorē, aut
filios, aut agros, propter nomen
meum, centuplum accipiet, & vitā
æternā possidēbit. **Dicitur, Credo.**

Offertoriū. In omnem terram exi-
uit sonus eorum: & in fines orbis
terrę verba eorum. **Secreta.**

Hostias Domine, quas nomi-
ni tuo sacrādas offerim⁹, Apo-
stolica prosequatur oratio: per quā
nos expiari tribuas, & defendi. Per.

Secunda Secreta. Tua Domine.
Tertia, Prōtege. vel Oblātis. f. 268.
Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Cōmuniō. Vos, qui secuti estis me,
sedēbitis sup sedes: iudicātes duo-
decim tribus Israēl. **Postcommun.**

Qvos cælesti, Domine, alimēto
satiasti: Apostolicis interces-
sionibus ab omni aduersitate cu-
stodi. Per Dominum nostrum.

Secūda postcō. Sumptis Domine.
tertia, Quæsumus Domine. vel
Hæc nos quæsumus. fol. 268.

I N O C T A V A Die
Apostol. Petri & Pauli. Istr. vj.



Apientiam sanctorum Eccl.
narrent populi, & lau-
des eorum nuntiet ec-
clesia: nomina autem
eorum viuent in sæcu-
lum sæculi. **Psal.** Exultate iusti in Psal.
Domino rectos decet collaudatio. 32.

v. Gloria Patri. **Oratio.**

DEus, cuius dextera beatū Pe-
trum ambulātem in flucti-
bus, ne mergerētur, erexit: & co-
apostolum eius Paulum tertio nau-
fragātem, de profundo pelagi libe-
rauit:

rauit: exaudi nos propitius, & concede: vt amborum méritis, æternitatis gloriam consequámur. Qui viuus & regnas.

Lectio libri Sapientia.

HI sunt viri misericordia, quorum iustitia obliuionem non accepérunt. Cum semine eorū permanent bona: hereditas sancta, nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: & filij eorū propter eos in æternum manent. Generatio eorum, & gloria eorum non derelinquétur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: & nomina eorū viuunt in sæcula. Sapientiam eorum narrent omnes populi, & laudem eorum pronuntiet omnis ecclesia sanctorum. **Graduale.**

Iustorū animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitię. **Ps.** Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt in pace. **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Vos estis, qui mansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis regnū, vt sedeatís sup thronos, iudicantes duodecim tribus Israël. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt. 24. c. **I**n illo tempore: Iussit Iesus discipulos suos ascēdere in nauiculā, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montē solus orare. Vespere autem factō, solus erat ibi. Nauicula autē in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos, ambulās super mare. Et vidētes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimque locutus est eis Iesus, dicens. Habete

fiduciam: ego sum: nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit. Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquā, vt veniret ad Iesum. Videns vero ventum validum, timuit: & cum cæpisset mergi, clamauit, dicens. Domine, saluū me fac. Et continuo extendens Iesus manum, apprehēdit eum, & ait illi. Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculā, cessauit vētus. Qui autem in nauicula erant venērūt, & adorauerunt eū, dicētes: Vere filius Dei es. **Credo.**

Offert. Exultabūt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorū. **Secr.** Offerimus tibi Domine, preces & munera: quæ, vt tuo sint digna cōspectu, Apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuēmur. Per Dominum nostrum.

Præfatio de Apost. f. 227. Cōmun. Iustorū animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentū malitiæ: visi sunt oculis insipientiū mori, illi autē sunt in pace. **Postcōm.**

Protege Domine, populū tuū: & Apostolorum tuorum Petri & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per Dominum nostrum.

**IN FESTO SANCTORVM
Septem fratrum, ac Rufinae &
Secundae virginum &
martyr. Introitus.**



Audate pueri Domini, laudate nomen Dñi: qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorū lætantem. **Psalm.** Sit nomē Domini benedi-

nedictum: ex hoc, nunc, & vsque in
sæculum. *✠* Gloria Patri. *Oratio.*

Praesta quæsumus omnipotens
Deus: vt qui gloriosos Marty-
res, fortes in sua cōfessione cogno-
uim⁹, pios apud te in nostra inter-
cessione sentiamus. Per Dominū.

Epistola. Mulierem fortem. de Cō-
muni nec Virginū nec Mart. 502.

Graduale. Anima nostra, sicut pas-
ser, erepta est de laqueo venantium.

✠ Laqueus contritus est, & nos libe-
rati sumus: adiutorium nostrum in
nomine Domini, qui fecit cælum &
terram. *A.* Alleluia, alleluia. *✠* Hæc
est vera fraternitas, quæ vicit mūdi
crimina: Christum secuta est, incly-
ta tenens regna cælestia. Alleluia.

*S*equentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

In illo tempore: Loquente Iesu
ad turbas, ecce mater eius & fra-
tres stabāt foris, quærētes loqui ei.
Dixit autem ei quidam. Ecce ma-
ter tua & fratres tui foris stāt, que-
rentes te. At ipse respondens dicen-
ti sibi, ait. Quæ est mater mea, &
qui sunt fratres mei? Et extendens
manū in discipulos suos, dixit. Ec-
ce mater mea, & fratres mei. Qui-
cumque enim fecerit voluntatem
patris mei, qui in cælis est: ipse
meus frater, & soror, & mater est.

Offertorium. Anima nostra, sicut
passer, erepta est de laqueo venan-
tium: laqueus contritus est, & nos
liberati sumus. *Secreta.*

Sacrificijs præsentibus, quæsu-
mus Domine, intēde placatus:
& intercedētibus Sanctis tuis, de-
uotioni nostrę proficiant, & saluti.
Per Dominum nostrum.

Communio. Quicumque fece-
rit voluntatem Patris mei, qui in
cælis est: ipse meus frater, &

soror, & mater est, dicit Dominus.

Postcommun.

Quæsumus omnipotens Deus:
vt intercedētibus Sāctis tuis:
illius salutaris capiamus effectum,
cuius per hæc mysteria pign⁹ accē-
pimus. Per Dominum nostrum.

Sancti Pij Papæ & marty. Missa. Die
xj.
*S*tatuuit ei Dñs. in Communi vnus
Martyris Pontificis. fol. 474.

SANCTORVM NABORIS Die
xij.
& *Felicis martyr. Introitus.*

Nret in conspectu tuo
Domine gemitus com-
peditōrum, redde vici-
nis nostris septuplum
in sinu eorum: vindi-
ca sanguinem sanctorum tuorum,
qui effusus est. *Psal.* Deus venerūt
gentes in hereditatē tuam, polluē-
runt templum sanctum tuum: po-
suērunt Ierusalem in pomorum
custodiam. *✠* Gloria. *Oratio*

Praesta quæsumus Domine: vt
sicut nos sanctorum martyrum
tuorum Naboris & Felicis natali-
tia celebranda nō deserunt: ita iu-
giter suffragijs comitentur. Per Do-
minum nostrum Iesum Christum
Filium tuum. Qui tecum viuit, &c.

*Pro commemoratione sancti Ioan-
nis Gualberti abbatis. Oratio.*

Intercessio nos, quæsumus Do-
mine, beati Ioannis Gualberti
abbatis commendet, vt quod no-
stris meritis non valēmus, eius pa-
trocinio assequāmur.

Tertia Oratio. A cunctis. cum sua
Secreta, & Postcommun. vt in Do-
minica j. post Pentecost. fol. 296.

Epistola. Iustorum animæ. de Cō-
muni plurimor. Martyrum. f. 482.

Grad. Gloriosus Deus in sanctis
suis: mirabilis in maiestate, faciens
pro-

Die
xj.Die
xij.Psal.
78.

Ibid.

Exo.

prodigia. *v.* *Dextera tua Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tua cōfrēgit inimicos. Alleluia, alleluia. v.* Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: & nomina eorum viuent in generatione & generationem. Alleluia.

Euangel. Cum audieritis praelia de eodem *Communi.* fol. 483.

Pl. 67. *Offert.* Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suae: benedictus Deus, alleluia. *Secreta.*

M Vnera plebis tuae, quæsumus Domine, sanctorum martyrum Naboris & Felicis fiant grata suffragijs: & quorū triumphis tuo nomine offeruntur, ipsorum digna perficiantur & meritis. Per Dñm.

Pro S. Ioanne Gualberto Abbate.

Secreta.

P Ræsta nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt nostrę humilitatis oblatio, & pro tuorū tibi grata sit honore sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet.

Tertia. Exaudi nos Deus. fol. 297.

Communio.

Sap. 3. **E**t si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos: tamquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausta accepit eos.

Postcommunio.

N Atalitijs sanctorum tuorum, quæsumus Domine, & sacramenti mūnere vegetati: bonis, quibus per tuam gratiam nunc fouemur, perfruamur æternis. Per Do.

Pro S. Ioanne Gualberto Abbate.

Postcommunio.

P Rōtegat nos Domine, cum tui perceptione sacramēti, beatus Ioannes Gualbertus abbas, pro nobis intercedēdo, vt & conuersationis eius experiamur insignia, & in-

tercessionis percipiamus suffragia. *Tertia.* Mundet & muniat. f. 297.

IN FESTOS. ANACLETI

Papæ & martyris. Introitu.



Acerdotes Dei benedicite Dominum: sancti, & humiles corde laudate Deum. *Psal.*

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

v. Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui nos beati Anacleti martyris tui atque Pontificis annua solemnitate letificas: concede ppitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

F Ratres. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi: pater misericordiarū, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi a Deo. Quoniã sicut abūdant passionnes Christi in nobis: ita & p Christum abundat cōsolatio nostra. Siue autē tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue consolamur, pro vestra consolatione: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute: quæ operatur tolerantiam earum de passionū, quas & nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes, quoniam sicut socij passionū estis, sic eritis & consolationis: in Christo Iesu Dño nostro.

Grad. Gloria & honore coronasti eum. *v.* Et cōstituisti eū super opera manū tuarum, Dñe. **A**lleluia, alle-

alleluia. *Ps.* Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus. Allel. *Euāg.* Si quis venit ad me. de *Communi vnus mart. pontif. f. 474.* *Offert.* Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. *Secreta.*

MVnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Anacleto martyre tuo atq. Pontifice per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Communio. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. *Postcommunio.*

HÆc nos comunio, Domine, purget à crimine: & intercedete beato Anacleto martyre tuo atq. Pontifice, caelestis remedij faciat esse confortes. Per Dominum.

INFESTO S. BONAVENTURÆ Episcopi & confessoris.

Introitus.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriæ induit eum. *Psal.* Bonū est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. *Ps.* Gloria. *Oratio.*

DEus, qui populo tuo æternæ salutis beatū Bonaventuram ministrum tribuisti, præsta quæsumus, vt quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in celis. Per Dominū.

Epistola. Testificor coram Deo. de *Communi Doctorum. f. 491.* *Graduale.* Os iusti meditabitur sapientiā: & lingua eius loquetur iudiciū. *Ps.* Lex Dei eius in corde ipsius, & nō supplantabuntur gressus eius.

Alleluia, allel. *Ps.* Iurauit Dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. *Euangelium.* Vos estis sal terræ, de eodem *Communi. fol. 492.*

Et dicitur Credo. Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Secreta.*

Sancti Bonaventuræ confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illū beatæ retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dñm. *Comm.* Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tēpore tritici mensuram. *Postcommunio.*

DEus, fidelium remunerator animarū, præsta: vt beati Bonaventuræ confessoris tui atq. Pontificis, cuius venerādam celebramus festiuitatē, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

SANCTI ALEXII Confessoris. Introitus.



Si iusti meditabitur sapientiā, & lingua eius loquetur iudiciū: lex Dei eius in corde ipsius. *Psalms.* Noli

æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. *Ps.* Gloria Patri. *Gratio.*

DEus, qui nos beati Alexij confessoris tui annua solēnitate latificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum nostrum Iesum Christū Filium tuum. Qui tecum viuūt, &c.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

1. Ti. mo. 6. **C**harissime. Est quæst^o magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur: his contenti simus. Nam qui volūt diuites fieri: incidunt in tentationē, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum, est cupiditas. Quam quidam appetentes, errauerunt à fide: & inseruerūt se doloribus multis. Tu autem o homo Dei, hæc fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam.

Psal. 91. **Grad.** Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **V.** Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per nossem. **A**lleluia, alleluia. **V.** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.

Euang. Ecce nos reliquimus oia de Communi Abbatum. fol. 496.

Psal. 88. **Offert.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Laudis tibi Domine, hostias immolamus, in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum.

Mat. 24. **Communio.** Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super oia bona sua constituet eum. **Postc.**

Refecti cibo potuq. cælesti De^o n^o, te supplices exoramus: vt in cuius hæc cōmemoratione percipimus, ei^o muniāmur & p̄cibus. Per.

SANCTÆ SYMPHOROSÆ cum septem filijs marty. Intr.



Lamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. **Ps. B**enedicā Dñm in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. **V. Glo. Oro.**

Deus, qui nos cōcedis sanctorum martyrum tuorum, Symphorosæ & filiorum eius, natalitia cōle re: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per. **Epist.** Sancti per fidē vicērūt regna. **de Communi plur. Martyr.** f. 486. **Grad.** Ecce quā bonum & quam iucūdū, habitare fratres in vnum. **V.** Sicut vnguentū in capite, quod descēdit in barbā, barbā Aaron. **A**lleluia, alleluia. **V.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secūta est, in clyta tenens regna cælestia. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autē opertum, quod non reuelatur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurē locuti estis in cubiculis, p̄dicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis: Ne terreāmin ab his qui occidunt corpus, & post hæc nō habēt amplius quid faciāt. Ostendam autem vobis quē timeātis. Timeate eum, qui postquā occiderit,

derit, habet potestatem mittere in gehennā. Ita dico vobis, hūc timēte. Nonne quinque passerēs veniūt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione corā Deo? Sed & capilli capitis vestri, omnes numerāti sūt. Nolite ergo timere: multis passerib⁹ pluris estis vos. Dico autē vobis: omnis quicūque cōfessus fuerit me corā hominibus, & Filius hominis confitebitur illū corā Angelis Dei.

Offertorium. Latamini in Domino, & exultate iusti: & gloriāmini omnes recti corde. **Secreta.**

Mvnera tibi Domine, nostrā deuotionis offerimus: quæ & pro tuorū tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Communio. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus. **Postcomm.**

Ræsta nobis, quæsumus Domine, intercedētibus sanctis martiribus tuis Symphorosa & filiis eius: vt quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum, **Sanctæ Margaritæ virginis & martyr. Missa. Me expectauerunt. de Cōi Virgin. & martyr.** fol. 498.

SANCTÆ PRAXEDIS Virginis. Introitus.

Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non cōfundēbar: & meditābar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. **Psalm.** Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Praxedis virginis tuæ festiuitate gaudēmus,

ita piæ deuotionis erudiāmur affectu. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. De virginibus p̄ceptū Domini non habeo: consiliū autem do, tamquam misericordiā consecutus à Domino, vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse, propter instantem necessitatē, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli quereere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quereere vxorem. Si autem accēperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: tēpus breue est. Reliquum est, vt & qui habent vxores, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emūt, tamquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tamquam nō vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Domini sūt, quomodo placeat Deo. Qui autem cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt: vt sit sancta & corpore & spiritu. In Christo Iesu Domino nostro. **Graduale.** Dilixisti iusticiā, & odisti iniquitatem. **v.** Propterea vnixit te Deus, Deus tuus oleo latitię. **Allel. allel.** **v.** Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. **Alleluia.** **Euangelium.** simile est regnum cælorū thesauro abscondito in agro. **f. 489.**

Isid. **Offertorium.** Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. **Secreta.**

Accepta tibi sit, Domine sacra-
ta plebis oblatio, pro tuorū
honore Sanctorum: quorū se me-
ritis percepisse de tribulatione co-
gnoscit auxilium. Per Dominum.

Matt. **Communiō.** Simile est regnum cæ-
lorum homini negotiatori, quæren-
ti bonas margaritas: inuenta vna
pretiosa margarita, dedit omnia
sua, & comparauit eam. **Postcom.**

Satiasti Domine familiam tuam
muneribus sacris: eius quæsumus
semper interuentione nos ré-
foue, cuius solemnia celebrāmus.
Per Dominum nostrum.

Dis. **IN FESTO S. MARIÆ**
xxij. **Magdalenz. Introitus.**

Psal.
118.



Expectauerunt pec-
catores, vt perderent
me: testimonia tua
Domine intellexi: om-
nis cōsummationis vi-
di finem: latum mandatum tuum

Ibid. nimis. **Psal.** Beati immaculati in
via: qui ambulat in lege Domini.
Gloria Patri. Oratio.

Beatæ Mariæ Magdalenz, quæ-
sumus Dñe, suffragijs adiuuemur:
cuius precibus exoratus, qua
triduanum fratrem Lázaram viuū
ab inferis resuscitasti. Qui viu. & c.

Lectio libri Sapientiz.

Can. **S**urgam, & circuibo ciuitatē: per
3. vicus & plateas quæram quem
diliget anima mea. Quæsiui illum:
& non inueni. Inuenērunt me vigi-
les, qui custodiunt ciuitatē. Num
quem diligit anima mea, vidistis?
Paululum cum pertransissem eos,
inueni, quē diligit anima mea. Te-

nui eum, nec dimittā, donec intro-
dūcam illum in domū matris meæ,
& in cubiculū genitricis meę. Adiu-
ros vos filię Ierusalem per ca preas,
ceruosque camporū: ne suscitētis,
neque cuiq̄lāre faciatis dilectā, do-
nec ipsa velit. Pone me vt signācu-
lum super cor tuum, vt signāculum
super brachium tuum: quia fortis
est vt mors, dilectio: dura sicut in-
fernus, æmulatio. Lampades eius,
lampades ignis, atque flamma-
rum. Aquæ multæ non poterunt
extinguere caritatem: nec flumi-
na obruent illam. Si dederit homo
omnem substantiā domus suæ pro
dilectione: quasi nihil despiciet eā.

Graduale. Dilexisti iustitiam, &
odisti iniquitatē. **V.** Propterea vn-
xit te Deus, Deus tuus oleo lætitię.
Alleluia, allel. V. Diffusa est gratia
in labijs tuis: propterea benedixit
te Deus in æternum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Lucam.

In illo tempore: Rogabat Iesum
quidam Phariseus, vt manduca-
ret cū illo. Et ingressus domū Pha-
risei, discubuit. Et ecce mulier, quæ
erat in ciuitate peccatrix, vt cognō-
uit quòd Iesus accubisset in domo
Pharisei, attulit alabastrū vnguenti:
& stans retro secus pedes eius, la-
crymis cepit ragāre pedes ei⁹, & ca-
pillis capitis sui tergēbat: & oscula
bātur pedes eius, & vnguento vngē-
bat. Videns autem Phariseus, qui
vocauerat eum, ait intra se, dicens.
Hic, si esset propheta, sciret vtique,
quæ & qualis est mulier, quæ t̄agit
eū: quia peccatrix est. Et respōdēs
Ies⁹, dixit ad illū. Simō, habeo tibi
aliquid dicere. At ille ait: Magister,
dic. Duo debitores erāt cuidā fene-
ratori: vn⁹ debebat denarios quin-
gentos,

gentos, & alius quinquaginta. Nō habentibus illis vnde redderēt, donauit vtrifque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit. *Æstimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simōni. Vides hāc mulierem? Intrāui in domum tuā, aquam pedibus meis nō dedisti: hęc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit. Osculum mihi nō dedisti: hęc autē ex quo intrāuit, nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum nō vnxit: hęc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autē minus dimittitur, min⁹ diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt, qui simul accumbebāt, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierē. Fides tua te saluā fecit: vade in pace.*

Dicitur, Credo. Offertorium.

Filia regum in honore tuo, affuit regina à dextris tuis investitu deaurato, circumdata varietate. Secr.

M Vnera nostra, quęsumus Domine, beatę Marię Magdalę nę gloriosā merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obsequiū vnigenitus Filius tuus clementer suscepit impensum. Qui tecum viuit & regnat in vnitāte Spiritus.

Communio. Feci iudiciū & iustitiam Domine, non calumnientur mihi superbi: ad oīa mandata tua dirigēbar, omnem viam iniquitatis odio habui. *Postcommunio.*

S Vmpto, quęsumus Dñe, vnico sac salutarī remedio, corpore & sanguine tuō pretioso: ab omnib⁹ malis sanctę Marię Magdalę pa-

M.N.R.

trocinijs eruamur. Qui viuīs, &c.

IN FESTO S. APOLLINARIS

Episcopi & marty. Introitus.



Acerdotes Dei benedicite Dominum: sancti, & humiles corde laudate Deum. *Psal.*

Benedicite omnia

opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula. *Gloria Patri.*

D Eus, fidelium remunerator animarum qui hunc diem beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue nobis quęsumus, famulis tuis: vt cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per Dominum.

Lectio Epistolę B. Petri Apostoli.

C Harissimi. Seniores, qui in vobis sūt: obsecro, consenior, & testis Christi passionū, qui & eius, quę in futuro reuelanda est, glorię cōmunicator: pacite, qui in vobis est, gregē Dei: prudentes non cōstitē, sed spontanee secundum Deū: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque vt dominātes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorū, percipiētis immarcescibile glorię coronā. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes autē inuicem humilitatē insinuate, quia Deus superbis resistit, humilib⁹ autem dat gratiā. Humiliāmini igitur sub potētī manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem sollicitudinē vestram projiciētis in eū, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tāquā leo rugiens circuit, quærēs, quē deuoret.

Dd

Cui

Cui resistite, fortes in fide: scientes eandem passionē ei quæ in mundo est veltre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suā gloriam in Christo Iesu, modicū passio ipse perficiet, confirmabit, solidabitq. Ipsī gloria & imperiū in secula sæculorū, Amen.

Graduale. Inueni David seruū meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

✠ Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocēbit ei.

Alleluia, alleluia. ✠ Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autē eis Iesus. Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habēt super eos, benēfici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui p̄cessor est, sicut ministrator. Nā quæ maior est: qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? ego autē in medio vestrū sum, sicut qui ministrat. Vos autē estis, qui permā sitis mecum in tētationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnū: vt edātis & bibātis super mēsā meā in regno meo: & sedētis sup thronos, iudicātes duodecim tribus Israël.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cū ipso: & in nomine meo exultabit cornu eius. **Secr.**

Respice Domine propitius super hæc munera, quæ pro beati sacerdotis & martyris tui Apollin-

aris cōmemoratione defērimus, & pro nostris offensionibus immolamus. Per Dominum.

Cōmunio. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque super lucratus sū: euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituiam, intra in gaudium domini tui. **Postcomm.**

Tua sancta fumentes, quæsumus Domine, vt beati Apollināris nos foueant continuāta p̄sēdia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs cōcesseris adiuuari. Per Dominum.

IN VIGILIA S. IACOBI

Apostoli. Introitus.



Go autem sicut oliua fructifera in domo Domini, speravi in misericordia Dei mei: & expectabo nomē tuū, quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum.

Psalmus. Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?

✠ Gloria Patri. **Oratio.**

DA quæsumus omnipotens Deus: vt beati Iacobi Apostoli tui, quam præuenimus, veneranda solemnitas: & deuotionē nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Christinæ virg. & marty. Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata Christina virgo & martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis.

Tertia Oratio de sancta Maria.

Concede nos famulos. fol. 268.

Epistola. Benedictio Domini de

Cōi in vigilia vnus Apost. f. 473.

Graduale. Iustus vt palma florebit, sicut

Psal.
88.

Psal.
109.

Luc.
22. c

Psal.
88.

Man
25.

Die
xxiii.

Psal
11.

Ibid

pe

sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. *v.* Ad annūtiādum mane misericordiam tuā, & veritatem tuam per noctem.

Euang. Hoc est praeceptum meum. *de eodem Communi.* fol. 473.

Offertorium. Gloria & honore confortasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

Secreta.

Apostolici reuerētia culminis offerētes tibi sacra mysteria, Domine quēsumus, vt beati Iacobi Apostoli tui suffragijs, cuius natalicia pręuenimus, plebs tua semper & sua vota deprōmat, & desiderata percipiat. Per Dominum.

Pro S. Christina. Secreta.

Hostias tibi, Domine, beatę Christinę virginis & martyris tuę dicatas meritis, benigno assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium.

Textia de S. Maria, T u a Dñe. f. 268.

Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriā, & magnum decorem impones super eum, Domine.

Postcommun.

Sancti Apostoli tui Iacobi quęsumus Domine, supplicatione placatus: & veniam nobis tribue, & remedia sempiterna concede. Per Dominum.

Pro S. Christina. Postcommun.

Diuini muneris largitate satiati, quęsumus Dñe Deus noster: vt intercedente beata Christina virgine & martyre tua, in eius semper participatione viuamus.

Tertia de beata Maria, Sumptis Domine. fol. 268.

Si festum S. Iacobi venerit Feria ij. de Vigilia fit commem. in Sabba to in Missa S. Apollinaris, & de S. Christina in Dominica.

IN FESTO S. IACOBI Dis
xxv.

Apostoli. Introitus.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deo: nimis confortatus est principatus eorū. *Ps.*

*Præ.
138.*

Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. *v.* Gloria Patri. *Oratio.*

Ibid.

Esto Domine plebi tuę sanctificator & custos: vt Apostoli tui Iacobi munita pręsidijs, & conuersatione tibi placeat, & secūra mente deseruiat. Per Dominum.

In Missis priuatis pro commemor. S. Christophori martyris. Oratio.

Pręsta quęsumus omnipotens Deo: vt qui beati Christophori martyris tui natalicia cōlimus: intercessione ei⁹ in tui nominis amore roborēmur. Per Dominum.

In Missa autem solemnī nulla fit commemoratio de eo.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Puto, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostēdit tamquam morti destinatos: quia spectāculū facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Vsq̄ in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sum⁹, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, & laborāmus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionē pātīmur, & sustinemus: blasphemāmur, & obsecramus. Tamquā purgamēta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma vsque adhuc.

*12
Cor.
4. b*

Non vt cōfundam vos, hęc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pädagogorum habeatis in Christo: sed nō multos patres. Nā in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.

Psal. 44
Graduale. Cōstitues eos principes super omnē terram: memores erūt nominis tui Domine. **Ps.** Pro patribus tuis nati sūt tibi filij: p̄pterea populi cōfitebuntur tibi. **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Ego vos elēgi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Alleluia.

Sequētia S. Euang. secūdū Matth.
Marr. 20, c
In illo tēpore: Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filius suis, adórās & petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeāt hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondēs autē Iesus, dixit. Nescītis quid petātis. Potestis bibere cálicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis. Cálicem quidem meum bibētis: sedere autē ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus parātum est à Patre meo. **C** redo.

Psal. 44
Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. **Secreta.**

Oblationes populi tui, quæsumus Dñe, beati Iacobi Apostoli passio beata conciliet: & quæ nostris non aptæ sunt meritis, fiant tibi placitæ eius deprecatione. Per.

Pros. Christophoro mart. Secreta.

Muneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis, & celestibus nos mūda mysterijs, & clemēter exaudi. Per Dñm.

Prefatio de Apottolis. fol. 227.

Communio. Vos qui secuti estis

me, sedebitis super sedes: iudicātes duodecim tribus Israël. **Postcōm.**

Beati Apostoli tui Iacobi, quæsumus Dñe, intercessione nos adiuua: pro cuius festiuitate percipimus tua sancta lætantes. Per Do. **Pros. Christophoro m. Postcōm.**

DA, quæsumus Domine Deus noster: vt, sicut tuorum commemoratione Sanctorū, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dominum.

IN FESTO S. ANNÆ Die XXVj
matris B. Marię Virg. Introitus.



Audeāmus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Annæ, de cuius solēnitate gaudent

Angeli, & collaudant Filium Dei. **Psal.** **E**rustauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Psal. 44

Psal. 44
Oratio.

Deus, qui beatæ Annę gratiam cōferre dignat⁹ es, vt genitricis vnigeniti Filij tui mater effici mereretur: cōcede p̄pitius: vt cui⁹ solemnia celebrāmus, eius apud te patrocinij adiuuemur. Per eūdē.

Epistola. Mulierem fortem. **de Cōmuni nec virg. nec mart.** f. 502.

Graduale. Dilexisti iustitiam, & Ibid.

odisti iniquitatē. **Ps.** Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię. **A**lleluia, allel. **Ps.** Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Alleluia.

Sequētia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & p̄ gaudio illius Marr. 13. f

illius vadit, & vendit vniuersa quæ
habet, & emit agrum illum. Iterū,
simile est regnum cælorum homini
negotiatorī, quærenti bonas mar-
garitas. Inuēta autem vna pretiosa
margarita, abiit & vendidit omnia
quæ habuit, & emit eam. Iterum,
simile est regnum cælorum sagénæ
missæ in mare, & ex omni genere
piscium congreganti. Quam, cum
impleta esset, educentes, & secus lit-
tus sedētes, elegērunt bonos in va-
sa, malos autem foras miserūt. Sic
erit in consummatione sæculi. Exi-
bunt angeli, & separabunt malos
de medio iustorum, & mittent eos
in caminum ignis. Ibi erit fletus, &
stridor dentium. Intellexistis hæc
omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis.
Ideo, omnis scriba doctus in regno
cælorum, similis est homini patri-
familias, qui profert de thesauro
suo noua & vetera. **Offertorium.**

44. Filia regum in honore tuo, astitit
regina à dextris tuis i vestitu deau-
rato circumdata varietate. **Secr.**

Sacrificijs præsentibus, quæsu-
mus Domine, placatus intēde:
vt per intercessionem beatæ Annæ,
quæ genitricis filij tui Domini no-
stri Iesu Christi mater extitit, &
deuotioni nostræ proficiant, & sa-
luti. Per eundem Dominum.

ibid. **Communio.** Diffusa est gratia in
labijs tuis: propterea benedixit te
Deus in æternum, & in sæculum sæ-
culi. **Postcommunio.**

Cælestibus sacramētis vegeta-
ti: quæsumus Domine Deus
noster: vt intercessione beatæ Annæ,
quam genitricis Filij tui matrem
esse voluisti, ad æternam salutem
peruenire mereamur. Per eundem.

Die **¶ S. Pataleonis m. Missa. L** etabitur
23vij. iustus. **de Cōi vnus Marty.** f. 477.

IN FESTO SS. NAZARII, Die
Celsi, & Victoris martyrum, & xxvij.
Innocentij, Papæ & confess.

Introitus.



Nret in conspectu tuo ps. 74

Domine gemitus com-
peditōrum, redde de vici-
nis nostris septuplum
in sinu eorum: vindi-
ca sanguinem sanctorum tuorum,
qui effusus est. **Psal.** Deus venerūt ibid.
gentes in hereditatē tuam, pollue-
runt templum sanctum tuum: po-
suērunt Ierusalem in pomorum cu-
stodiam. **¶ Gloria.** **Oratio.**

Sanctorum tuorum nos Domi-
ne, Nazarij, Celsi, Victoris, &
Innocentij confessio beata commu-
niat: & fragilitati nostræ subsidium
dignanter exoret. Per Dominum.

Lectio libri Sapientia.

Reddedit Deus iustus mercē Sap. 10. 9
labōrum suorum: & deduxit
illos in via mirabili. Et fuit illis in
velamēto diei, & in luce stellarum
per noctem. Transtulit illos per
mare rubrū, & transuexit illos per
aquam nimiam. Inimicos autem
illorum demersit in mare, & ab al-
titūdine inferōrum eduxit illos.
Ideo iusti tulerunt spolia impiōrū:
& decantauērunt, Domine, nomen
sanctum tuum: & victricem ma-
num tuam laudauerunt pariter,
Domine Deus noster.

Graduale. Gloriosus Deus in san- Exod. 15.
ctis suis: mirabilis in maiestate, fa-
ciēs prodigia. **¶** Dexterā tuā Do-
mine, glorificata est in virtute: dex-
terā manus tuā cōfregit inimicos.

Alleluia, alleluia. **¶** Corpora san- Ecc. 44.
ctorum in pace sepulta sunt: & no-
mina eorum viuent in generatione
& generationem. Alleluia.

Dd 3 — Se-

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Exc.
11. b

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia & seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem: & regnum aduersus regnum: & terræ motus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terroresque decelo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia, iniiciet vobis manus suas, & persecuentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & presides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Poneite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri. Trademini autem a parentibus & fratribus, & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Psal.
67.

Offert. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus, alleluia. **Secreta.**

Concede nobis omnipotens Deus: vt his muneribus, quæ in sanctorum tuorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij honore deferimus, & te placemus exhibitis, & nos viuificemur acceptis. Per Dominum.

Sap. 3.

Communio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos: tamquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausta accepit eos. **Postcommunio.**

Sanctorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij, Domine, in-

tercessione placatus: presta quesumus: vt quod temporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per Dominum nostrum.

IN FESTO S. MARTHÆ Virginis. Introitus.

Dic
xxix



Ilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ confortibus tuis.

Psal.
44.

Psal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

Ibid.

Gloria Patri.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Marthæ virginis tuæ festiuitate gaudemus, ira piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Procomen. SS. Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis marty. Oro.

Presta quæsumus Domine: vt sicut populus Christianus martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis temporali solemnitate congaudet, ita perfruatur æterna: & quod votis celebrat, comprehendat effectum.

Tertia Oratio, A cunctis. fol. 296.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim quæ se ipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate me. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.

2o
Cor.
10.

Cap.
11.

Graduale. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deduc-

Psal.
44.

deducet te mirabiliter dextera tua.

Alleluia, allelu. **V.** Adducetur Regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tēpore: Intrāuit Iesus in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excēpit illum in domū suam. Et huic erat foror nomine Maria: quæ etiam sedēs secus pedes Domini, audiēbat verbum illius. Martha autem satagēbat circa frequens ministrarium. Quæ stetit, & ait. Domine, nō est tibi curæ quōd foror mea reliquit me solam ministrāre? Dicergo illi, vt me adiuuet. Et respondens, dixit illi Dñs. Martha, Martha sollicita es, & turbāris erga plurima. Porro, vnum est necessarium. Mariā optimam partem elēgit: quæ non auferetur ab ea. **Offertorium.**

Filiæ regum in honore tuo: afficit regina à dextris tuis inuestitu deaurato, circūdata varietate. **Secreta.**

Accepta tibi sit Domine, sacra tē plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Pro SS. Felice, &c. Secreta.

Hostias tibi Domine, pro sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis commemoracione deferimus, suppliciter deprecantes: vt indulgētiā nobis pariter conferant, & salutē.

Tertia Secreta, Exaudi nos. f. 297.

Communio. **Q**uinq̄ prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino.

Postcommun.

Satiasti Domine familiam tuam munēribus factis: eius quāsumus semper interuētionē nos rēfoue, cuius solemnia celebrāmus. Per Do.

Pro SS. Martyribus Felice, &c.

Postcommun.


Præsta quāsumus omnipotens Deus, vt sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis, cælestibus mysterijs celebrāta solemnitas, indulgētiā nobis tuæ propitiacionis acquirat.

Tertia, Mundet & muniat. fol. 297.

SANCTORVM ABDON

& Sennen marty. Introitus.

Die xxx.



Ntret in conspectu tuo Domine gemitus compeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindi-

Pr. 78.

ca sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **Psal. Deus venerunt gentes in hereditatē tuam, polluērunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. V. Gloria. Oratio.**

Ibidē.

Deus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratiæ contulisti: da famulis tuis suorum veniam peccatorum: vt sanctorum tuorum intercedētibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberāri. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu

2. Cor. 6.

Dd 4 san-

sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei: per arma iustitię à dextris, & à sinistris: per gloriam, & ignobilitatem: per infantiam, & bonam famam: vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cõgniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & nõ mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egētes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Exod. **Graduale.** Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. **V.** Dextera tua Domine, glorificata est in virtute, dextera manus tua cõfrēgit inimicos.

Sap. 3. **Alleluia, alleluia.** **V.** Iustorum animę in manu Dei sunt, & nõ tanget illos tormentum malitię. Alleluia.

Euangelium. Videns Iesus turbas. **de Comuni plurim.** **Mart.** f. 487.

Pl. 67. **Offertorium.** Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israël ipse dabit virtutē & fortitudinem plebi suę: benedictus Deus. **Secreta.**

Hęc hostia, quęsumus Domine, quam sanctorum martyrum tuorum natalicia recensentes offerimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat, & tuę nobis misericordię dona conciliet. Per Dominum nostrum.

Pl. 78. **Communio.** Posuerunt mortalia seruatorum tuorum Domine, escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitõrum.

Postcommunio.

Per huius, Domine, operationē mysterij, & vitia nostrā purgen- tur, & intercedētibus sanctis martyribus tuis Abdõ & Sennen, iusta desideria compleantur. Per Dñm.

FESTA AVGVSTI.

IN FESTO S. PETRI **Die**
advincula. **Introitus.**



Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione

plebis Iudæorū. **Psal.** Dñe probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã, & resurrectionem meam. **V.** Gloria. **Oratio.**

Deus qui beatum Petrum Apostolum, à vinculis absolutum, illæsum abire fecisti: nostrorum quęsumus, absolue vincula peccatorum: & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per Dominum.

Et sic commemor. S. Pauli. Oratio.

Deus, qui multitudinē gentiũ beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quęsumus: vt cuius cõmemorationē cõlimus, eius apud te patrocinia sentiãmus.

Deinde SS. Machabæorū m. Ofo.

Fraterna nos, Domine, Martyrum tuorū corona lætificet: quę & fidei nostrę præbeat incrementa virtutum: & multiplici nos suffragio consolētur. Per Dominum.

Epistola. Misit Herodes rex man^o. vt supra in festo Apostolorū Petri & Pauli. fol. 404. **Graduale.**

Cõstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. **V.** Pro patribus tuis nati sũt tibi filij, propterea populi cõfitebũtur tibi. Alleluia, alleluia. **V.** Solue iubente Deo terrarum Petre catenas: qui facis vt pateant cęlestia regna beatis. Allel.

Euang. Venit Iesus in partes Cęsarę. vt in festo Apostolorū Petri & Pauli. fol. 705. **Et dicitur Credo.**

Offer-

Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui Dñe, in omni progenie, & generatione. **Secreta.**

Oblatum tibi Domine sacrificium, intercedente beato Petro Apostolo tuo, viuificet nos semper & muniat. Per Dominum.

Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli precib⁹, Dñe, plebis tuæ dona sanctifica: vt q̄ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicatis.

Pro SS. Machabæis. Secreta.

Mysteria tua, Dñe, pro sancto rû martyru tuoru honore, deuota mēte tractemus: quibus & presidū nobis crescat, & gaudiū. **p.**

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Communio. Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. **Postcommunio.**

Corporis sacri, & pretiosi sanguinis replētī libamine, que sumus Domine Deus noster: vt quod pia deuotione gerimus, certa redēptione capiamus. Per eundem Do.

Pro sancto Paulo. Postcommunio.

Preceptis Domine, sacramētis, beato Paulo Apostolo tuo interueniēte deprecamur: vt que pro illius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medēlam.

Pro SS. Machabæis. Postcommunio.

Præsta q̄s omnipotens Deus: vt quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per.

S A N C T I S T E P H A N I
Papæ & Martyr. Introitus.

Sacerdotes eius induāt salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. **Psalm.** Memento Domine Dauid: & omnis

māsuētudinis eius. **v.** Gloria. **Oro.**
Deus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis. A Mileto Paulus **Act. 20. 4**
mittēs Ephesum, vocauit maiores natu Ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis. Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Dño cū omni humilitate & lacrymis, & tētationibus, que mihi acciderūt ex insidijs Iudæorum: quomodo nihil subtraxerim vtiliū, quominus annuntiarem vobis, & docerē vos publice, & per domos testificans Iudæis atque gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrū Iesum Christū.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **Eccles. 44.**

v. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legē Excelsi. **Alleluia, allel. v.** Tu es sacerdos in æternū, secundū ordinē Melchisedech. **Psalm. 109.**

Euang. Si quis vult venire post me, de cōi vnus Martyr. **pont. fol. 475.**

Offertorium. Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **Ps. 86.**

Secreta.
Mvnera tibi Domine dicata, sanctifica: & intercedente beato Anacleto martyre tuo atque Pontifice per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

Cōmun. Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucrat⁹ sum: euge serue bone & fidelis; **Matt. 25.**

fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. **Postcomm.**

HÆc nos communio, Domine, purget à crimine: & intercedens beato Stephano martyre tuo atque Pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

In Inuentione sancti Stephani protomartyris, ad Missam omnia dicuntur de Natali eius. vt sup. f. 21. & vbi dicitur in Ofone, natalitia, dicatur, Inuentione. Secunda Oratio. A cunctis. fol. 296. Tertia ad libitum. Et non dicitur Credo.

IN FESTO S. DOMINICI Confessoris. Introitus.



S iulli meditabitur sapientiã, & lingua eius loquetur iudiciũ: lex Dei eius in corde ipsius. **Psalms.** Noli

æmulãri in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. **V. Gloria Patri. Oratio.**

DEus, qui Ecclesiam tuam beati Dominici confessoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: cõcede, vt eius intercessione, temporalibus non destituatur auxilijs, & spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Dñm.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

Charissime. Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbum: insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinã non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros, pru-

rientes auribus: & à veritate quidẽ auditum auerent, ad fabulas autẽ conuertẽtur. Tu vero vigila, in omnibus labõra, opus fac euangelisẽ, mĩnisteriũ tuũ imple, sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meæ instat. Bonũ certamen certãui, cursum consummãui, fidẽ seruauĩ. In reliquo, repõsita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius.

Gradu. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabit in domo Domini. **V.** Ad annuntiãdum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. **Alleluia, alleluia.** **V.** Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum. **Alleluia.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expeãtibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs: vt cũ venerit & pulsauerit, cõfestim apertiant ei. Beati serui illi, quos cũ venerit dominus, inuenerit vigilãtes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & trãfiens ministrabit illis. Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit: & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autẽ scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilãret vtique, & non fineret pẽfodi domum suam. Et vos estote parãti: quia qua hora non putãtis, Filius hominis veniet.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia meã cum ipso: & in nomi-

ne meo exaltabit cornu eius. *Secr.*

MVnera tibi Dñe dicata sanctifica: vt meritis beati Dominici confessoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus su per familiã suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. *Postcom.*

Concede q̄s oĩpotens Deus: vt, q̄ peccatorũ nostrorũ p̄dere pr̄emimur, beati Dñici confessoris tui patrociniõ subleuẽmur. Per.

In Dedicacione sancte Mariæ ad Niuẽs, Missa. Salue sancta parens. vt in Missis votiuẽs beatę Marię virginis à Pentecoste vsque ad Aduentum. f. 517. Et dicitur Credo. & Præfatio de sancta Maria. Et te in festiuitate beatę Mariæ. fol. 225.

IN FESTO TRANSFIGURATIONIS Domini nostri Iesu Christi. Introitus.



Lluxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: cõmota est, & contremuit terra. *Ps.* Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: cõcupiscit & deficit anima mea in atria Domini. *v.* Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui fidei sacramenta, in Vnigeniti tui gloriosa Trãsfignatione, patrũ testimonio roborasti, & adoptionem filiorũ perfectã, voce delapsa in nube lúcida, mirabiliter præsignasti: concede propitiº, vt ipsius Regis glorię nos coneredes efficias, & eiusdem gloriæ tribuas esse confortes. Per eumdẽ.

Pro comm. SS. Xysti, Felicissimi, & Agapiti mart. Oratio.

Deus, qui nos cõcẽdis sanctoꝝrum martyrum tuorũ Xysti,

Felicissimi, & Agapiti natalitia cõlerere: da nobis in æterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per.

Lectio Epistolæ B. Petri Apostoli. Charissimi. Non doctas fabulas secuti, notã fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutẽ & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriã, voce delapsa ad eũ huiuscemodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsũ audite. Et hanc vocẽ nos audiuius de celo allatã: cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonẽ: cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucẽti in caliginoso loco, donec dies illucẽscat, & lucifer oriã in cordibº vestris. **Grad.**

Speciosus forma præ filijs hominũ: diffusa est gratia in labijs tuis. *Psal. 44.*

v. Eructauit cor meum verbũ bonũ: dico ego opera mea Regi. **Alleluia, allel. v.** Cãdor est lucis eterne, speculum sine macula, & imãgo bonitatis illius. *Sap. 7.* Alleluia.

Sequẽtia S. Euang. secũdũ Matth.

In illo tempore: Assumpsit Iesus Petrũ, & Iacobũ, & Ioannẽ fratrem eius: & duxit illos in mõtem excelsum seorsum: & trãfiguratus est ante eos. Et resplẽdit facies eiº sicut sol: vestimenta autẽ eius facta sũt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cũ eo loquẽtes. Respõdẽs autẽ Petrus, dixit ad Iesum. Dñe, bonũ est nos hic esse. Si vis, faciãº hic tria tabernacula: tibi vnũ, Moysi vnum, & Eliã vnum. Adhuc eo loquente ecce nubes lúcida obũbrãuit eos. Et ecce vox de nube, dicẽs. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui:

cui: ipsum audite. Et audiētes disci-
puli, ceciderunt in faciem suam: &
timuerunt valde. Et accessit Iesus,
& tetigit eos, dixitq. eis. Surgite, &
nolite timere. Leuantes autem o-
culos suos, nēminem viderunt, nisi so-
lum Iesum. Et descendētibz illis
de monte, pręcepit eis Iesus, dicēs.
Nemini dixeritis visionem, donec
Filius hominis a mortuis resurgat.

Credo.

Offertorium.

Gloria & diuitiæ in domo eius, &
iustitia eius manet in sæculum sæ-
culi, alleluia.

Secreta.

Oblata, quęsum^o Dñe, munera,
gloriosa Vnigeniti tui Trāsfi-
guratione sanctifica: nosque a pec-
catorū maculis, splēdoribus ipsius
illustrationis emunda. Per eumdē.
Pro sanctis martyribz Xysto, Fel-
cicissimo, & Agapito. Secreta.

Mvnera tibi Dñe, nostrę deo
tionis offerimus: quę & pro
tuorū tibi grata sint honore iusto-
rum: & nobis salutaria, te miseran-
te, reddantur. Per Dominum.

Pręfatio de Natiuitate Domini.

Quia per incarnati verbi. fol. 209.

Commun. Visionem quam vidistis
nemini dixeritis, donec a mortuis
resurgat Filius hominis. **Postcom.**

Pręsta quęsumus omnipotens
Deus: vt sacrosancta Filij tui
Trāsfigurationis mystēria, quę so-
lemni celebrāmus officio, purifica-
tę mentis intelligentia consequā-
mur. Per eundem Dominum.

Pro SS. martyribz Xysto, Felicissi-
mo, & Agapito. Postcommunio.

Pręsta nobis, quęsumus Domi-
ne, intercedētibus sanctis mar-
tyribz tuis Xysto, Felicissimo, &
Agapito: vt quę ore contingimus,
pura mente capiamus. Per Domi-
num nostrum Iesum Christum.

SANCTI DONATI Die vij.
Episcopi & martyr. Introitus.



Acerdotes Dei benedi- Dan.
cite Dominum: san- 3.
cti, & hūmiles corde
laudate Deum: **Psal.**

Benedicite omnia Itid

opera Domini Domino: laudate
& superexaltate eum in sæcula.

V. Gloria Patri.

Oratio.

Deus tuorū gloria sacerdotū,
pręsta quęsumus: vt sancti mar-
tyris tui & Episcopi Donati, cuius
festagerimus, sentiamus auxilium.
Per Dominum nostrum.

Epist. Omne gaudium existimate.

fratres mei. **decōi vni^o Mar.** f. 478.

Grad. O iusti meditabitur sapien-
tiā: & lingua eius loquetur iudiciū.

V. Lex Dei eius in corde ipsius: &
non supplantabuntur gressus eius.

Alleluia, alleluia. **V.** Iustus non
conturbabitur: quia Dominus fir-
mat manum eius. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Marcum.

In illo tēpore: Dixit Iesus disci-
pulis suis. Vidēte, vigilāte, & orā-
te. Nescitis enim, quādo tēpus sit.
Sicut homo, qui peregre profectus
reliquit domum suam: & dedit ser-
uis suis potestātē cuiusque operis,
& ianitori pręcepit vt vigilet. Vigi-
lāte ergo: nescitis enim, quādo do-
minus domus veniat: sero, an mane:
noctē, an galli cantu, an mane:
ne, cum vēnerit repente, inueniat
vos dormientes. Quod autem vo-
bis dico, omnibus dico, Vigilāte.

Offertorium. **I**nuēni David seruū
meum, oleo sancto meo vnxi eum:
manus enim mea auxiliabitur ei,
& brachiū meum confortabit
eum.

Secreta.

Pręsta

Praesta quaesumus Domine: vt sancti martyris tui & Episcopi Donati intercessione, quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, pia nobis fructus deuotionis accrescat. Per Dominum.

Comun. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. **Postcommun.**

Omni potens & misericors Deus, qui nos sacramentorum tuorum & participes efficis & ministros: praesta quaesumus: vt intercedete beato Donato martyre tuo atque Pontifice, eiusdem proficiamus & fidei confortio, & digno seruitio. p.

IN FESTO SS. CYRIACI,

Largi, & Smaragdi mart. Intr.



Imete Dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timoribus eum: diuites egerunt, & esurierunt: inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.

Psalmus. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. *v.* Gloria Patri. **Oratio.**

Deus qui nos annua sanctorum martyrum tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi solemnitate laetificas: concede propitius: vt quorum natalitia colimus, virtute quoque passionis imitemur. Per Dominum.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. Fratres. Gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei: qui operatur in vobis, qui credidistis. Vos enim imitatores facti

estis, fratres, Ecclesiarum Dei, quae sunt in Iudaea, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Iudaeis: qui & Dominum occiderunt Iesum & prophetas, & nos persecuti sunt: & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos genibus loqui, vt saluae fiant: vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira Dei super illos usque in finem. **Graduale.**

Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timoribus eum. *v.* Inquirentes autem Dominum, non deficiet omni bono. **A**lleluia, alleluia. *v.* Fulgebunt iusti: & tamquam scintillae in arundinetis discurrent in aeternum. Allel. *Ps. 33; Sap. 3.*

Sequentia sancti Evangelij secundum Marcum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Euntes in mundum vniuersum praedicate euangelium omni creaturae. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, haec sequentur. In nomine meo daemonia eiciet, linguis loquetur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum, quid biberint, non eis nocet: super aegros manus imponent, & bene habebunt. *Marc. 16, c.*

Offertorium.

Letamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. *Ps. 31.* **Secr.**

Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra deuotio: & eorum nobis fiat supplicatione salutaris pro quorum solemnitate deferretur. Per Dominum. **Communio.**

Signa autem eos, qui in me credunt, haec sequentur: daemonia eiciet: super aegros manus imponent, & bene habebunt. *Marc. 16.* **Postcommunio.**

Resciti

Refecti participatione mune-
ris facri, quęsumus Dñe Deus
nosser: vt, cuius exequimur cultū,
intercedētibus sanctis martyribus
tuis Cyriaco, Largo, & Smaragdo,
fentiāmus effectum. Per Dominū.

¶ *Si festum S. Laurentij venerit Fe-
ria ij. commemoratio S. Romani
fit in Dñica, & de Vigilia in Sabba-
to, in quo celebratur festum SS. Cy-
riaci & c. & de ea legitur Euāgeliū
in fine. In Ecclesijs autem collegia-
tis dicuntur due Missę, vna de San-
ctis, in qua Oratio Secūda, A cun-
ctis. supra. f. 296. Tertia ad libitū,
& altera de Vigilia, cum Secunda
Oratione de S. Maria, Cōcede nos.
Tertia. E cclesiā tuā, vel pro Papa.
supra. fol. 268.*

Die
ix.

IN VIGILIA S. LAURENTII MARTYRIS. INTROITUS.

Psal.
111.

Disperfit, dedit pauperi-
bus: iustitia eius ma-
net in sæculum sæculi:
cornu eius exaltabi-
tur in gloria. Psal.

ibidē. **B**eatus vir, qui timet Dominum:
in mandatis eius cupit nimis.

¶ *Gloria Patri. Oratio.*

Adesto Dñe supplicationibus
nostris: & intercessione beati
Laurentij martyris tui, cuius præ-
uenim⁹ festiuitatē, perpetuā nobis
misericordiā benign⁹ impēde. Per.

*Pro commemoratione S. Romani
martyris. Oratio.*

Præsta quęsumus omnipotens
Deus: vt intercedēte beato Ro-
mano martyre tuo, & à cunctis ad-
uersitatibus liberēmur in corpore,
& à prauis cogitationibus mundē-
mur in mente.

*Tertia Oratio de sancta Maria,
Concedenōs famulos. fol. 268.*

Lectio libri Sapientię.
Confitebor tibi Domine rex, & ^{Ecc1}
collaudābo te Deum saluato- ^{11.}
rem meum. Cōfitebor nomini tuo,
quoniā adiutor & protector factus
es mihi: & liberaisti corpus meum à
perditione, à laqueo lingue iniquę,
& à labijs operantium mendaciū:
& in conspectu altantium factus es
mihi adiutor. Et liberaisti me secun-
dum multitudinem misericordię
nominis tui à rugientibus prepara-
tis ad escam, de manibus quarētīū
animam meam: & de multis tribu-
lationibus, quę circūdederunt me:
à pressura flammę, quę circūde-
dit me: & in medio ignis non sum
æstuatus: de altitudine vētris infe-
ri, & à lingua coinquinata, & à ver-
bo mendacij: à rege iniquo, & à lin-
gua iniusta. Laudābit vsq. ad mor-
tem anima mea Dominū: quoniā
eruis sustinētes te, & liberas eos de
manu angulitię, Dñe Deus noster.

*Grad. D*isperfit, dedit pauperib⁹: ^{Ps}
iustitia eius manet in sæculū sæculi. ¹¹

¶ *V.* Potens in terra erit semen eius:
generatio rectorum benedicetur.

Euāg. Si quis vult venire post me
de communi vnus Mart. fol. 475.

Offert. Oratio mea munda est: & ¹⁰
ideo peto, vt detur locus voci meę ¹⁶
in cælo: quia ibi est iudex meus, &
conscijs meus in excelsis: ascendat
ad Dñm deprecatio mea. *Secreta.*

Holias Dñe, quas tibi offeri-
mus, propitius suscipe: &
intercedente beato Laurentio mar-
tyre tuo, vincula peccatorum no-
strorum absolue. Per Dominum.

Pro S. Romano martyre. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus
Domine, precibusque susce-
ptis, & cęlestibus nos mūda myste-
rijs, & clementer exaudi.

Tertia

Tercia de sancta Maria. Tercia Domine. fol. 268. **Communio.**

Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. **Postcommunio.**

DA, quæsumus Domine Deus noster: vt, sicut beati Laurētij martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio: ita perpetuo latemur aspectu. Per Dñm.

Pro sancto Romano. **Postcomm.** Quæsumus omnipotens Deus, vt qui cælestia alimēta percipimus, intercedente beato Romano martyre tuo, per hæc contra omnia aduersa muniamur. **Tercia de S. Maria.** Sumptis Domine. f. 268.

IN FESTO S. LAURENTII
martyris. Introitus.



Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. **Psalmus.**

Cantate Domino canticum nouum: cante Domino omnis terra. **v. Gloria Patri.**

Oratio.

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammam extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dñm.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres. Qui parce seminat, parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisq. prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarē enim datorem diligit Deus. Potēs est autem Deus omnem gratiam abundanter facere in vobis: vt in omnibus se per omnem sufficientiam habētes,

abundētis in omne opus bonum, sicut scriptū est. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen vestrum: & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.

Gradu. Probasti Domine cor meū: & visitasti nocte. **v.** Igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas. **Allelu. allel. v.** Leuata Lauētius bonū opus operat⁹ est: q. per signū crucis cæcos illuminauit. **All. Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.**

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuū fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuū fuerit: multū fructum assert. Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mūdo, in vitam æternā custodit eā. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sū, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eū Pater meus, qui est in cælis.

Non dicitur Credo, nisi in Ecclesia propria, vel nisi venerit in Dominica. **Offertorium.**

Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. **Secreta.**

Accipe, quæsumus Domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis ad nostrę salutis auxilium prouenire concede. Per Dominum.

Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. **Postcommunio.**

Sacro munere satiati, supplices te Dñe deprecamur: vt, qd debita

Ps. 16.

Ioan. 12. 14.

Ps. 51.

Ioan. 12.

bitæ seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurétio martyre tuo, saluationis tuæ sentiamus augmentum. Per Dominum.

¶ Infra Octauam S. Laurentij dicitur eadem Missa sicut in eius festo, & post Orationem diei: fit commemoratio de festo Simplicij occurrente, & tertia Oratio dicitur de beata Maria, C oncede. 268. Sed si occurrat dies Dominica, secunda Oratio erit de Octaua, & tertia de Sanctis. Pro commemorat. SS. Tiburtij & Susannæ martyrum. Oratio.

Die
xj.

Sanctorum martyrum tuorum Tiburtij & Susannæ, nos Domine foueant continuata præsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. **Secreta.**

Adesto Domine precibus populi tui, adesto muneribus: vt, quæ sacris sūt oblata mysterijs, tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. **Postcommunio.**

Sumpsimus Domine, pignus redemptionis æternæ: quod sit nobis, quæsumus, interuenientibus sanctis Martyribus tuis, vitæ præsentis auxilium, pariter & futuræ.

Pro commemoratione sanctæ Clare virginis. Oratio.

Die
iij.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Clare virginis tuæ festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. **Secr.**

Accepta tibi sit, Domine, sacra tæ plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. **Postcommunio.**

Satiasti Domine, familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refove, cuius solemnia celebramus.

Pro commemorat. SS. Hippolyti & Cassiani martyrum. Oratio. Die
xiiij.

DA quæsumus omnipotens Deus: vt beatorum martyrum tuorum Hippolyti & Cassiani veneranda solemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. **Secreta.**

Respice Dñe, munera populi tui, sanctorum festiuitate votiuæ: & tuæ testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. **Postcom.**

Sacramentorum tuorum, Dñe, communio sumpta nos saluet: & in tuæ veritatis luce confirmet.

IN VIGILIA ASSUMPTIONIS B. Mariæ Virg. Introitus. Die
xiiij.



Vltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducetur Regi virgines post eam: proximæ eius adducuntur tibi in letitia & exultatione. **Psalmus.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. **v.** Gloria. **Non dicitur, Gloria in excelsis. Oratio.** **Ps. 44.**

DEus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da quæsumus vt sua nos defensione munitos, iucundos facias suæ interesse festiuitati. Qui viuus & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus. **ibide.**

Et fit com. Octauæ S. Laurentij. Oratio.

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitorum nostrorum flammam extinguere: q̄ beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare.

Deinde S. Eusebij confessoris. Oratio.

DEus, qui nos beati Eusebij confessoris tui annua solemnitate lætificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, per eius ad te exem-

exempla gradiamur. Per Dominū.

Lectio libri Sapientia.

Ego quasi vitis fructificāni suavitatem odōris: & flōres mei, fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me omnis gratia viæ & veritatis: in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: & hereditas mea super mel & fauim. Memoria mea in generatione sæculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audiunt me, non confundentur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Graduale.

Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudōris inueta es mater Saluatoris. *V.* Virgo Dei genitrix: quæ totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. **S**equentia sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Loquente Iesu ad turbas: extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Offertorium.*

Beata es virgo Maria, quæ omnium portasti creatorem: genuisti, qui te fecit, & in æternum permanes virgo. *Secreta.*

Materna nostra, Domine, apud clementiam tuam Dei geni-

trici commendet oratio: quam idcirco de præseti sæculo transfulisti: ut pro peccatis nostris apud te ficialiter, intercedat. Per eundem Dominum nostrum.

Pro S. Laurentio. Secreta.

Accipe, quæsumus Domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis, ad nostræ salutis auxiliū prouenire concede.

Pro S. Eusebio. Secreta.

Laudis tibi Domine, hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & præsentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum.

Præfatio communis. Communio.

Beata viscera Mariæ virginis: quæ portauerunt æterni Patris Filium.

Postcommunio.

Concede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: ut qui sanctæ Dei genitricis festiuitatem præuenimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum.

Pro S. Laurentio. Postcommunio.

Sacro munere satiati supplices te Dñe deprecamur: ut, quod debita seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tuæ sentiamus augmentum.

Pro S. Eusebio. Postcommunio.

Refecti cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cuius hæc commemoratione percipimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum nostrum Iesum Christum.



IN ASSUMPTIONE

B. MARIAE VIRGINIS.

Introitus.



Audeamus oēs in Dño,
diem festum celebran-
tes sub honore beatae
Mariæ virginis de cuius
Assumptione gaudet

Angeli, & collaudant Filium Dei.

Psal. *E*ruçtauit cor meum verbum
bonum: dico ego opera mea Regi.

v. Gloria Patri.

Oratio.

FAmulorum tuorum, q̄s Dñe,
delictis ignosce: vt, qui tibi pla-
cere de actib⁹ nostris nō valemus,
genitricis Filij tui Dñi nostri inter-
cessione saluemur. Per eumdē Do-

Lectio libri Sapientia.

IN omnibus requiē quesiui, & in
hereditate Dñi morabor. Tunc
precepit, & dixit mihi creator om-
niū: & q̄ creauit me, requieuit ī ta-
bernaculo meo, & dixit mihi. In Ia-
cob inhabitata, & ī Israēl hereditare:
& in electis meis mitte radices. Et
sic ī Siō firmata sū: & in ciuitate sã
edificata similiter requieui: & in Ie-
rusalē potestas mea. Et radicaui in
populo honorificato: & ī parte Dei
mei, hereditas illius, & in plenitu-
dine sanctorū detentio mea. Quasi
cedrus exaltata sum in Libano: &
quasi cypressus in monte Siō. Quasi
palma exaltata sū in Cades: & qua-
si plātatio rosę ī Iericho. Quasi oli-
ua speciosa in cāpis: & quasi plāta-
nus exaltata sū iuxta aquas, in pla-
teis. Sicut cinnamomū, & balsamū
aromatizās, odorē dedi. Quasi myr-
ra electa, dedi suauitatem odoris.

Graduale. **P**ropter veritatem, &
mansuetudinem, & iustitiā, & de-

ducet te mirabiliter dextera tua.

v. Audi filia, & vide, & inclina au-
rē tuam: q̄a concupiuit rex speciem
tuam. *A*lleluia, alleluia. *v.* Assum-
pta est Maria in cælū, gaudet exer-
citus Angelorum. Alleluia.

Sequētia S. Euang. secundū Lucā.

IN illo tēpore: Intrāuit Iesus in ^{Luci}
quoddam castellum: & mulier ^{10. f}
quædam Martha nomine, excēpit
illum in domū suam. Et huic erat
soror nomine Maria: quæ etiam
sedēs secus pedes Domini, audiē-
bat verbum illius. Martha autem
fatagebat circa frequens ministē-
rium. Quę stetit, & ait. Domine, nō
est tibi curæ quòd soror mea reli-
quit me solā ministrāre: Dic ergo
illi, vt me adiuuet. Et respondens,
dixit illi Domin⁹. Martha, Martha
sollīcita es, & turbāris erga pluri-
ma. Porro, vnum est necessarium:
Maria optimam partem elegit: quę
nō auferet ab ea. *Dicitur Credo.*

Offert. **A**ssumpta est Maria in cæ-
lum: gaudent Angeli, collaudātes
benedicunt Dñm, alleluia. *Sect.*

Svbueniat, Dñe, plebi tuę Dei ge-
nitricis oratio: quā etsi pro con-
ditione carnis migrasse cognosci-
mus: in cęlesti gloria apud te, p̄ no-
bis intercedere sentiam⁹. Pereūdē.

*Prælatio de B. Maria, & t̄ te in As-
sumptione. fol. 225. Et dicitur per
totam Octauam. etiam in festis.*

Communio. Optimam partem ^{Luci}
elegit sibi Maria: quæ nō auferetur ^{10. f}
ab ea in æternum. *Postcommun.*

Mense cęlestis participes effe-
cti, implorāmus clemētiam
Ee 2 tuam,

tuā, Dñe Deus noster: vt q̄ Assumptionē Dei genitricis cōlim⁹: a cūctis malis imminētibus, eius intercessionē liberēmur. Per eundem.

Dic **vi.** **¶** *Intra Octauam Assumptionis B. Mariæ, & in eius die Octaua fit idē Officiū quod in die festi. Et infra Oct. dñi. Oratio de Spiritu sancto, Deus qui corda fidelium. fol. 509. tertia, Ecclesie. vel p̄ Papa. f. 268.*

Dic **xvij.** **¶** **IN OCTAVA SANCTI Laurentij. Introitus.**

Et. 16. **¶** **R**obasti Dñe cor meū, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. **Psalm.** **E**xaudi

Et. 16. **¶** **D**ñe iustitiam meam: intende deprecationem meā. **V.** Gloria. **Ofo.**

Et. 16. **¶** **E**xcita Dñe in Ecclesia tua Spiritū, cui beatus Laurētius leuita feruuit: vt eodē nos replēt, studēmus amare qđ amauit, & opere exercere quod docuit. Per Dñm. in vnitatem eiusdem Spiritus sancti.

Et. 16. **¶** **E**t fit cōmem. de Octa. Assumpt. B. Mariæ. **Ofo.** Famulorū tuorū. 435. **Epistola.** Qui parce seminat. vt in festo eiusdem. fol. 431. **Graduale.**

Et. 16. **¶** **G**loria & honore coronasti eum Dñe. **V.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum. **A**lleluia, allel. **V.** Leuita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cecos illuminauit. Alleluia. **Euangelium.** Nisi granū frumenti. vt in eius festo. f. 431. **Et dñi. C.** redo.

Et. 16. **¶** **O**ffertorium. In virtute tua Dñe lētabitur iustus, & super salutare tuū exultabit vehementer, desiderium animæ eius tribuisti ei. **Secreta.**

Et. 16. **¶** **S**acrificium nostrum tibi, Dñe quesumus, beati Laurētij precatio sancta cōciliet: vt, cuius honore

solemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptus. Per Dominum. **Pro Assumptione B. Mariæ. Secreta.** Subueniat. fol. 435.

Et dicitur Prefatio de B. Mariæ, Et te in Assumptione. fol. 225.

Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me. **Poste.**

Supplices te rogāmus oīpotens Deus: vt quos donis cælestibus satiasti, intercedēte beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione custodias. Per Dominum.

De Oct. Assumpt. Postcommun. Mense cælestis. fol. 435.

Pro cōme. S. Agapiti mart. Oratio.

Lætetur Ecclesia tua, De⁹, beati Agapiti martyris tui cōfisa suffragijs: atq. ei⁹ precib⁹ gloriosis & deuota pmaneat, & secūra cōsistat.

Tertia Oratio de Spiritu sancto.

Deus qui corda fidelium. fol. 509. nisi uenerit in Dominica: quia tūc tertia Oratio erit de Sancto. **Secreta.**

Suscipe Dñe munera, quę in eius tibi solēnitatem deferimus, cuius nos cōfidimus patrociniō liberari.

De Spiritu sancto. Secreta, Munera quęsumus. fol. 510.

De S. Agapito. Postcommunio.

Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius quęsumus semper interuentione nos resoue, cuius solemniam celebrāmus.

De Spiritu sancto. Postcommunio.

Sancti Spiritus. fol. 510.

IN FESTO S. BERNARDI

Abbatis. Introitus.

Si iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū: lex Dei eius in corde ipsius. **Psalmus.** Noli



æmulari in malignantibus : neque zelaueris facientes iniquitatem .

✠ Gloria Patri. *Oratio.*

Intercessio nos, quæsumus Domine, beati Bernardi abbatis comedit: ut quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per. *Et fit comme. Oct. Assumpt. Oïo. Famulorum. fol. 435.*

Lectio libri Sapientia.

Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum: & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritus intelligentia replebit illum: & ipse tamquam imbres emittet eloquia sapientia sua, & in oratione confitebitur Domino. Et ipse dirigit consilium eius, & disciplina: & in absconditis suis consiliabit. Ipse palam faciet disciplina doctrina sua, & in lege testamenti Domini gloriabit. Collaudabunt multi sapientia eius, & usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: & nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit ecclesia.

Graduale. Domine, præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ✠ Vitam petij a te, & tribuisti ei longitudo dierum in seculum seculi. *Alleluia, alleluia.*

✠ Iustus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Alleluia.* Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit il-

lis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit. *Et dicit. Credo.*

Offertorium. Desiderium animæ Ps. xxi

eius tribuisti ei Domine, & voluntate laborum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. *Secreta.*

Sacris altaribus, Domine, hostias superpositas sanctus Bernardus Abbas: quæsumus in salutem nobis provenire deponat. Per Dominum. *Pro Octa. Assumpt. Secreta.*

Subueniat. f. 435. Et de Prefatio de B. Maria; Et te in Assumpt. f. 225.

Communio. Fidelis servus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. *Postcom.* Luc. 12

Protegat nos, Domine, cum tua perceptione sacramenti beatus Bernardus Abbas, pro nobis intercedendo: ut & conversationis eius experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum. *Pro Octa. Assumpt. Beata Maria. Postcomm. Mensæ celestis. f. 435.*

In Oct. Assumpt. B. Mariæ, Missa. ut in die, cum come. SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani mart. Oïo. Die. xxij.

Avxilium tuum nobis, Domine quæsumus, placatus impede: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, dexteram super nos tuam propitiationis extende. Per Dominum. *Secreta.*

Accepta tibi sit, Dñe, sacrata plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorum: quorum se meritis pcepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dñm. *Postcom.*

Diuini muneris largitate satiati, q̄sumus Domine Deus noster: vt intercedētibus sanctis martyrib⁹ tuis Timótheo, Hippolyto, & Symphoriano, in eius sēper participatione viuamus. Per Dñm.

Die xxij. vel xxijj. ¶ In Vigilia S. Bartholomæi dicitur Missa, vt in Comuni vnius Apostoli. *Go* autem sicut oliua. fol. 473.

Sequēs festū S. Bartholomæi celebratur secūdu cōsuetudinē locorum vel 24. vel 25. Augusti. Romę autem celebratur 25. cum cōm. S. Ludouici in Missis priuatis tantū.

Die xxij. vel xxijj. IN FESTO S. BARTHOLOMÆI Apostoli. *Intritus.*

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorū. *Ps.*

Ebid. Domine probasti me, & cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. *v.* Gloria Patri. *Oratio.*

Omnipotēs sempiternus Deus, qui huius diei venerandā sanctamque letitiam, in beati Apostoli tui Bartholomæi festiuitate tribuisti: da Ecclesię tuę, quęsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per Dominum.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

v. Cor. 12. d **F**ratres. Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primū apostolos, secūdo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationū,

opitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes sermonum. Numquid omnes apostoli? numquid omnes propheta? nūquid omnes doctores? nūquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationū? numquid omnes linguis loquuntur? nūquid omnes interpretantur? *Æ*mulamini autem charismata meliora.

Grad. **C**onstitues eos principes super omnem terrā: memores erunt nominis tui Dñe. *v.* Pro patribus tuis nati sūt tibi filij: propterea populi cōfitebuntur tibi. **A**lleluia, alleluia. *v.* Te gloriosus Apostolorū chorus laudat Domine. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tēpore: Exijt Iesus in mortem orare: & erat pernoctans in oratione Dei. Et cū dies fact⁹ esset, vocauit discipulos suos: & elēgit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit: Simónē, quē cognominauit Petrū, & Andrēam fratrem eius, Iacōbum, & Ioannem, Philip-pum & Bartholomæū, Matthæum & Thomam, Iacōbum Alphæi, & Simónē qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacōbi, & Iudā Iscariotē, qui fuit proditor. Et descēdēs cū illis, stetit in loco cāpestri: & turba discipulorū eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalē, & Maritima, & Tyri & Sidónis: quę uenerant vt audirent eum, & sanrētur a lāguorib⁹ suis. Et qui vexabātur a spiritibus immūdis, curabātur. Et omnis turba querebat eū tāgere: quia virtus de illo exibat, & sanābat omnes. *C*redo. *Offertor.*

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Secreta.*

Beati

Beati Apostoli tui Bartholomei solemnia recēfentes, quęsumus Domine: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi laudis hostias immolamus. Per Dominū.

Præfat. de Apost. f. 227. Commun.

Vos, q̄ secuti estis me, sedēbitis super sedes: iudicātes duodecim tribus Israhēl, dicit Dñs. *Postcōmun.*

Sumptum, Dñe, pignus redemptionis æternę, sit nobis, quęsumus interueniente beato Bartholomęo Apostolo tuo, vitę præsentis auxilium p̄riter & futurę. Per Do.

SANCTI LUDOVICI
confessoris. Introitus.



Si iusti meditantur sapientiã, & lingua eius loquētur iudiciū: lex Dei eius in corde ipsius. *Psalmus.*

Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

Gl. Patri. Oratio.

Deus, q̄ beatū Ludouicū cōfessorē tuū, de terreno regno ad cęlestis regni gloriã trāstulisti: eius quęsumus meritis & intercessione, regis regum Iesu Christi filij tui facias nos esse consortes. Per eumdē.

Lectio libri Sapientię.

Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnū Dei; & dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illū in laboribus, & compleuit labores illius. In frau de circumuenientium illum, adfuit illi: & honestū fecit illū. Custodiuit eum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illū: & certamē forte dedit illi, vt vinceret, & sciret quoniã omnium potentior est sapientia. Hęc veditū iustū non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descēdit-

que cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, & potētiām aduersus eos qui eum deprimebāt. Et mendaces ostendit, qui macularunt eum: & dedit illi claritatem æternam, Dominus Deus noster.

Gradu. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani, multiplicabit in domo Dñi. *Ps. 91.*

V. Ad annuntiandū mane misericordiã tuã, & veritatē tuã per noctē. *Allel. allel.*

V. Beatus vir, qui suffert tētationem: qm̄ cum probatus fuerit accipiet coronã vitę. *Alleluia.*

Euang. Homo quidā nobilis abiit in regionē longinquã.

de Cōmuni conf. non Pont. f. 495.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cū ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Ps. 88.*

Pręsta quęsumus omnipotens Deus: vt sicut beatus Ludouic⁹ confessor tuus, spretis mundi oblectamentis soli regi Christo placere studeat: ita eius oratio nos tibi redat acceptos. Per eumdē Dñm.

Communio. Beatus seruus, quem cum vēnerit dñs, inuēnerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. *Max. 24.*

Postcō.

Deus, qui beatum confessorem tuum Ludouicum mirificasti in terris, & gloriosū in cęlis fecisti: eumdē, quęsumus, Ecclesię tuę constitue defensorem. Per Dñm.

¶ S. Zephyrini Pape & mart. Missa. Sacerdotes Dei. de Cōmuni vnus Marty. Pont. fol. 475. præter Orationes, quę dicuntur vt infra. Orō.

Orō.

Pręsta q̄s oipotens Deus, vt beati Zephyrini martyris tui atq. Pōtificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per. *Secreta.*

Mvera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente

Ec 4 bea-

Die XXVJ.

beato Zephyrino martyre tuo atq.
Pontifice per eadem nos placatus
intende. Per Dominum. **Postcom.**

Hæc nos cōmunio, Dñe, pur-
get à crimine: & intercedente
beato Zephyrino martyre tuo at-
que Pontifice, cælestis remedij faci-
at esse confortes. Per Dominum.

Die
xviiij
Eccli.
15.
IN FESTO S. AVGVSTINI
Episcopi & confessoris, & Ec-
clesiæ Doctōris. **Introitus.**

In medio Ecclesiæ ape-
ruit os eius: & imple-
uit eum Dominus spi-
ritu sapientiæ, & intel-
lectus: stolam gloriæ
induit eum. **Psal.** Bonū est cōfiteri
Domino: & psallere nomini tuo,
Altissime. **V.** Gloria. **Oratio.**

Ad isto supplicationib⁹ nostris
cōipotēs Deus: & quibus fidu-
ciam sperādę pietatis indulges: in-
tercedēte beato Augustino cōfesso-
re tuo atq. Pōtifice, cōsuetæ miseri-
cordiæ tribue benignus effectū. p.
Pro cōme. S. Hermētis marty. **Oro.**

Deus, qui beatū Hermētē mar-
tyrem tuū, virtute cōstantiæ
in passione roborasti: ex eius nobis
imitatione tribue: pro amore tuo
prospera mundi despīcere, & nulla
eius aduersa formidāre. Per Dñm.
Epistola. Testificor coram Deo.
de Comuni Doctōrum. fol. 491.

Graduale. O si iusti meditabitur sa-
pientiam: & lingua eius loquetur
iudicium. **V.** Lex Dei eius in corde
ipsius: & non supplantabūtur gres-
sus eius. **A**lleluia, alleluia. **V.** Inue-
ni David seruum meum: oleo san-
cto meo unxi eum. Alleluia.

Evang. V os estis sal terræ. **de eodē
Communi.** fol. 492. **Eccl.** **C**redo.
Offertoriū. Iustus vt palma florē-

bit: sicut cedrus, quę in Libano est,
multiplicabitur. **Secreta.**

Sancti confessoris tui Augustini
nobis, Domine, pia nō delit ora-
tio: quæ & munera nostra cōciliet,
& tuam nobis indulgentiam sem-
per obtineat. Per Dominum.

Pro S. Hermete. Secreta.

Sacrificium tibi Domine laudis
offerimus in tuorum cōmemo-
ratione Sanctorum: da quæsumus,
vt quod illis cōtulit gloriam, nobis
prosit ad salutem. Per Dominum.
Communio. Fidelis seruus & pru-
dens, quem constituit Dñs super fa-
miliam suam: vt det illis in tempo-
re tritici mensuram. **Postcom.**

Vt nobis Domine, tua sacrifi-
cia dent salutem: beatus con-
fessor tuus Augustinus & Pōtifex,
quæsumus, precātor accedat. Per.
Pro S. Hermete. Postcommun.

Rēpleti Domine benedictione
cælesti, quæsumus clementiā
tuā: vt intercedēte beato Hermēte
martyre tuo, q̄ humiliter gerimus,
salūbriter sentiamus. Per Dominū.

IN DECOLLATIONE
S. Ioannis Baptistæ. **Introitus.**

Ioquebar de testimo-
nijs tuis in conspectu
regum, & non cōfun-
debar: & meditābar in
mandatis tuis, quæ di-
lexi nimis. **Psal.** Bonum est cōfiteri
Domino: & psallere nomini tuo, Al-
tissime. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Sancti Ioānis Baptistę p̄cursoris
& martyris tui, quæsumus Dñe,
venerāda festiuitas, salutaris auxiliij
nobis præstet effectum. Qui viuīs.
Pro cōmem. S. Sabine marty. **Oro.**

Deus, qui inter cetera potentę
tuæ miracula, etiam in sexu
fra-



fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui Beatę Sabinę martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Lectio Ieremię prophetę.

IN diebus illis: Factum est verbũ Domini ad me, dicens. Accinge lumbos tuos, & surge: & loquere ad Iuda omnia quę ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorũ: nec em timere te faciam vultum eorũ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatẽ munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, super omnẽ terram, regibus Iuda, principibus ei⁹ & sacerdotib⁹, & omni populo terrę. Et bellabunt aduersum te, & nõ præualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te. **Grad.**

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **V.** Ad annuntiandũ mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. **Alleluia, alleluia.** **V.** Iustus germinabit sicut lilium: & florabit in æternum ante Dominum. **Alleluia.**

Sequẽtia S. Euang. secũdũ Marcũ.

IN illo tempore: Misit Heródes, Iactenuit Ioannem: & vinxit eũ in carcere propter Herodiadẽ vxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioãnes Heródi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Heródiã autem insidiabatur illi: & volẽbat occidere eum, nec poterat. Heródes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libeter eum audiebat. Et cũ dies opportunus accidisset, Heródes natalis sui cenam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilę. Cum

que introisset filla ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Heródi, simulque recumbentibus: rex ait puellę. Pete à me quod vis: & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quidquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quę cum exisset, dixit matri suę: Quid petam? At illa dixit. **Caput Ioannis Baptista.** Cumque introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit, dicens: Volo vt pròtin⁹ des mihi in disco caput Ioannis Baptista. Et contristatus est rex. Propter iusiurandũ, & propter simul discumbentes, noluit eam contristari: sed misso spiculatõre præcepit afferri caput eius in disco. Et de collauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco: & dedit illud puellę, & puella dedit matri suę. Quo audito, discipuli ei⁹ uenerũt, & tulerũt corpus eius: & posuerũt illud in monumento. **Offertorium.**

In virtute tua Domine lætabitur iustus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei. **Secreta.**

MVnera, quę tibi Domine, pro sancti martyris tui Ioãnis Baptista passione deserimus, qua sumus: vt eius obtentu, nobis proficiant ad salutem. Per Dominum.

Pro S. Sabina matt. Secreta.

Hostias tibi Domine, beatę Sabinę martyris tuę dicatas meritis, benignus assume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subiidium. Per Dominũ. **Communio.**

Posuisti Domine in capite eius coronã de lapide pretioso. **Postcõm.**

Conferat nobis, Dñe, sancti Ioannis Baptiste vtrũque solẽntas: vt & magnifica sacramẽta quę sũpsimus, significata venerẽmur: & nobis potius edita gaudeam⁹. Per.

Pro

Pro S. Sabina. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, quæsumus Dñe Deus noster: vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius semper participatione uiuamus. Per Dominum.

SANCTORVM FELICIS & ADAUCTI MARTYRVM. Introit.

Apientiam sanctorum narrent populi, & laudeorum nuntiet ecclesia: nomina autem eorum uiuent in sæculum sæculi. **Psalm.** Exultate iusti in Domino rectos decet collaudatio.

Psalm. Exultate iusti in Domino rectos decet collaudatio.

Oratio.

Maiestatem tuam, Domine, supplices exoramus: vt, sicut nos iugiter Sanctorum tuorum cõmemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas. Per Dñm.

Epist. Reddidit Deus iustis mercedem. **de Cõi plurim.** Mart. fol. 485.

Graduale. Iustorum animæ in manu Dei sunt & non tanget illos tormentum malitiæ. **V.** Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. **A**lleluia, alleluia. **V.** Fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent in æternum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuagintaduo cum gaudio, dicentes. Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce, dedi vobis potestatem calcãdi supra

serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Verumtamẽ in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur vobis: gaudent autẽ, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. **Offertorium.** Latamini in Dño, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. **Secreta.**

Hostias, Domine, tuæ plebis intendere: & quas in honore Sanctorum tuorum deuota mente celebrat, proficere sibi sentiat ad salutem. Per Dominum.

Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: & quod in aure auditis, prædicatẽ super testam. **Postcommunio.**

Replẽti Domine muneribus factis, quæsumus: vt intercedentibus Sãctis tuis, in gratiarum semper actione maneamus. Per Dñm.

FESTA SEPTEMBRIS.

S. Ægidij Abbatis. Missa, Os iusti. vt in Communi Abbatum. f. 495. cum commem. sanctorum martyrum duodecim Fratrum. **Oratio.**

Fraterna nos Domine, Martyrũ tuorum corona lætificet: quæ & fidei nostrę præbeat incrementũ virtutum, & multiplici nos suffragio consolatur. **Tertia Oratio.** A cunctis nos. **supra.** fol. 296. **Secreta.**

Mysteria tua Domine, pro sanctorum Martyrum tuorum cõmemoratione, deuota mente tractemus: quibus nobis & præsidium crescat, & gaudium. **Tertia, Exaudi nos.** fol. 297. **Postcommunio.**

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt quorum memoriã sacramenti, participatione recõlimus, fidem quoq. proficiendo sectemur. **Tertia, M**undet & muniat. f. 297.

IN

IN NATIVITATE

B. Mariæ virginis. Introitus.

Alue sancta parens, enixa puerpera regem: qui cælum terramque regit in sæcula sæculorum. *Psal.* Eructauitcor meum verbum bonû: dico ego opera mea regi. *v.* Gloria. *Oro.*

FAmulis tuis, quæsumus Domine celestis gratiæ munus imperitare: vt quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Natiuitatis eius votiuâ solemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Do.

In Missis priuatis pro cômemoratione S. Adriani martyris. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt q. beati Adriani martyris tui natalitia cõlim^o: intercessione eius in tui nominis amore roborémur. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sũ, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondũ erãt abyssi: & ego iam concepta eram. Necdũ fontes aquarum erúperãt: necdum montes graui mole constiterant. Ante omnes colles ego paraturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terre. Quãdo pparabat cælos, aderam. Quãdo certa lege & gyro vallabat abyssos. Quãdo æthera firmabat fursũ: & librabat fontes aquarum. Quãdo circũdabat mari terminũ suum: & legẽ ponebat aquis, ne tráfirèt fines suos. Quãdo appēdebat fundamenta terre, cũ eo erã, cuncta componens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo

omni tẽpore, ludens in orbe terrarum: & delicia mea, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiũt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me: & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenierit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. *Graduale.*

Benedicta, & venerabilis es virgo Maria: quæ sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. *v.* Virgo Dei genitrix, quẽ totus nõ capit orbis, in tua se clausit viscera, fact^o homo. *A*llel. allel. *v.* Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Alleluia.

In initium S. Euang. secundũ Matth.

Liber generationis Iesu Christi ^{Matth.} filij Dauid, filij Abrahã. Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Efron: Efron autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naason: Naason autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth: Obed autẽ genuit Iesse: Iesse autẽ genuit Dauid regem. Dauid autẽ rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Afa: Afa autẽ genuit Iosaphat. Iosaphat autẽ genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Ioathan: Ioathã autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam.
Ezechias

Ezechias autem genuit Manassen :
 Manasses autem genuit Amon :
 Amon autem genuit Iosiam : Iosias
 autem genuit Iechoniam & fratres
 eius in transmigratione Babylonis.
 Et post transmigrationem Babylo-
 nis, Iechonias genuit Salathiel : Sa-
 lathiel autem genuit Zorobabel. Zo-
 robabel autem genuit Abiud : Abiud
 autem genuit Eliacim. Eliacim au-
 tem genuit Azor : Azor autem ge-
 nuit Sadoch : Sadoch autem genuit
 Achim : Achim autem genuit Eliud :
 Eliud autem genuit Eleazar. Elea-
 zar autem genuit Mathan : Mathan
 autem genuit Iacob : Iacob autem
 genuit Ioseph virum Mariæ, de
 qua natus est Iesus, qui vocatur
 Christus. *Credo. Offertorium.*

Beata es virgo Maria quæ omniū por-
 tasti creatore: genuisti quæ te fecit, &
 in æternum permanes virgo. *Secr.*

Vnigeniti tui, Domine, nobis
 succurrat humanitas: ut, quæ na-
 tus de Virgine, matris integritatē
 non minuit, sed sacrauit: in Natiui-
 tatis eius solēnijs, nostris nos pia-
 culis exuens oblationem nostrā ti-
 bi faciat acceptam Iesus Christus
 Dominus noster: Qui tecum viu-
 it.

Pro S. Adriano. Secreta.

Mvneribus nostris, quæsumus
 Domine, precibusque susce-
 ptis: & cælestibus nos munda my-
 sterijs, & clementer exaudi. *Per.*

Præfatio de beata Maria. Et te in
Natiuitate. f. 225. quæ dicitur per
totā Octauam, etiam in festis, nisi
habuerint propriam. Communio.

Beata viscera Mariæ virginis: quæ
 portauerunt æterni Patris filium.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dñe, celebritatis an-
 nuæ votina sacramenta: præsta
 quæsumus: ut tēporalis vitæ nobis re-

media præbeant, & eternæ. *Per Do-*
Pro S. Adriano. Postcomm.

DA quæsumus Domine Deus
 noster: ut sicut tuorum com-
 memoracione Sanctorum, tempo-
 rali gratulamur officio, ita perpetuo
 lætemur aspectu. *Per Dominū.*

Infra Octauam Natiuitatis beate
Mariæ, & in die Octaua, dñ Missa
sicut in die festi: sed infra Octauā,
quando non fit commemoratio fe-
sti simplicis, dicitur secunda Ora-
tio de Spiritu sancto, Deus qui cor-
da fidelium. 509. tertia, Ecclesiæ.
vel pro Papa, Deus omnium. 268.
Pro commemoracione S. Gorgonij
martyris. Oratio.

Sanctus tuus, Dñe, Gorgonius
 sua nos intercessione lætificet:
 & pia faciat solemnitate gaudere.
Tertia Oratio de Spiritu sancto,
Deus qui corda fidelium. fol. 509.
nisi venerit in Dominica: tūc enim
tertia Oratio erit de Sancto. Secr.

Grata tibi sit, Domine, nostræ
 seruitutis oblatio: pro qua
 sanctus Gorgonius martyr inter-
 uentor existat. *Postcommunio.*

Familiam tuam, Deus, suauitas
 æterna cōtingat & végetet: quæ
 in martyre tuo Gorgonio, Christi
 filij tui bono iugiter odore pasca-
 tur. Qui tecum viu- & regnat.

In festo sancti Nicolai de Tolent-
tino, Missa. I ult^o ut palma florebit.
de Comuni confessoris non Pon-
tificis. f. 494. cum cōmem. de Octa-
ua Natiuitatis beate Mariæ, ut su-
pra i die. f. 443. tertia Ofo de Spiri-
tu sancto. Deus qui corda. f. 509. Et
dñ Credo. Præf. de B. Maria. 225.
Pro commemor. Sanctorum Proti

& Hyacinthi martyr. *Oratio.*

Beatorum martyrum tuorum
 Proti & Hyacinthi nos Domi-
 ne

ne foueat pretiosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur.

Tertia Oſo de Spiritu ſancto. Secr.

Pro ſanctorum martyrum tuorum Proti & Hyacinthi cōmemoratione, munera tibi Domine, quæ debemus, exoluimus, præſta queſumus: vt remediū nobis perpetuæ ſalutis operentur. *Postcom.*

Vt percepta nos, Domine, tua ſancta purificent, beatorum martyrum tuorū Proti & Hyacinthi, quæſumus, imploret oratio.

**IN FESTO EXALTATIONIS
Sanctæ Crucis. Introit.**



Nos autē gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita & reſurrectio nra: per quē

ſaluati, & liberati ſumus. *Pſ.* Deus miſereatur nri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuū ſuper nos, & miſereatur noſtri. *v.* Gloria. *Oſo.*

Deus, qui nos hodierna die Exaltationis ſanctæ Crucis annua ſolēnitatis lætificas: præſta queſumus: vt cuius myſteriū in terra cognouimus, eius redēptionis præmia in cælo mereamur. Per eūdem.

Et fit commemoratio de Octaua Natiuitatis beatæ Mariæ. fol. 443.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Philippenſes.

Fratres. Hoc enim ſentite in vobis, qđ & in Chriſto Ieſu. Qui cum in forma Dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Sed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominū factus, & habitu inuētus vt homo. Humiliauit ſemetipſū, factus obediens vſq; ad mortē: mortē autem crucis. Propter quod

& Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu ſectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. *Grad.*

Chriftus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortē: mortē autē crucis. *v.* Propter qđ & De⁹ exaltauit illū: & dedit illi nomē, quod eſt ſuper oē nomē. *A*lleluia, *all. v.* Dulce lignū, dulce clauos, dulcia ferēs pōdera, quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere Regē cælorū, & Dñm. *Allelu.* *Sequētia S. Euang. ſecūdū Ioannē.*

In illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudeorum. Nunciudiciū eſt mundi: nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Et ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Hoc autē dicebat, ſignificās qua morte eſſet moriturus. Reſpōdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege, quia Chriſtus manet in æternū: & quomodo tu dicis, oportet exaltari Filii hominis? Quis eſt ille Fili⁹ hominis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulāte dū lucē habetis: vt non tenebræ vos comprehendāt. Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dū lucē habetis, credite in lucē, vt filij lucis ſitis. *C*redo. *Offer.* **P**rotege Domine plebem tuam per ſignum ſanctæ Crucis, ab inſidijs inimicorum omnium, vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem, & acceptabile fiat ſacrificium noſtrum, alleluia. *Secreta.*

Ieſu Chriſti Dñi noſtri corpore & ſanguine ſaginandi, per quem Crucis eſt ſāctificatū vexillū, quæſumus Dñe Deus noſter: vt ſicut illud adorare meruim⁹, ita perenni-

ter

Hic genu-
flectitur.

ibidē.

Ioan.
11. d

ter eius gloriæ salutaris potiamur effectu. Per eundem Dominum.

Præfatio de Cruce. Qui salutē humani generis. f. 232. Communio.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. *Postc.*

Adesto nobis Domine Deus noster: & quos sanctæ Crucis letari facis honore, eius quoq. perpetuis defende subsidijs. Per Do.

Die *In Octaua Natiuitatis beatæ Mar- xv. 3*
rie. Missa, vt in die, cum commem. S. Nicomedis martyris. Oratio.

Adesto Dñe, populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita p̄clara suscipiēs, ad impetrandā misericordiā tuā semper eius patrocinijs adiuuef. Per. *Sec.*

Suscipe, Dñe, munera propitius oblata: quæ maiestati tuæ, beati Nicomedis martyris cōmēdet oratio. Per Dñm. *Postcommunio*

Purificent nos Dñe, sacramenta quæ sumpsimus: & intercedente beato Nicomede martyre tuo, a cūctis efficiāt vitijs absolutos. Per. *Si lequens festū SS. Cornelij & Cypriani venerit in Dñica, trāsferitur in fer. ij. sed cōm. ss. Euphemie, &c. hic in Dñica. Si vero occurrat in fer. iij. Quat. tēp. fit comm. primū de feria, postea de SS. Euphemia, &c. Et in Ecclesijs Cathedralib⁹ & Collegiatis dñr duæ Missæ, vna de SS. Cornelio & Cypriano, in qua fit cōm. SS. Euphemie, &c. altera de dīcā Feria, sine comm. Sanctōrū.*

Die *xvj.*
IN FESTO SS. CORNELII,
 & Cypriani Pont. & mart. *Intr.*

Pfal. 78.
Ntret in conspectu tuo Domine gemitus compeditōrum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorū: vindica sanguinē sãcto-

rū tuorū, qui effusus est. *Pf. Deus 161*
 venerūt gētes in hereditatē tuam, polluerunt templum sanctum tuū: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. *v. Gloria Patri. Ofo.*

Beatorū martyrum, pariterq. Pontificū Cornelij & Cypriani nos quæsumus Domine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum. *Pro comm. SS. Euphemie, Lucie, & Geminiani mart. Oratio.*

Prestā, Dñe, precibus nostris cū exultatione prouētū: vt sãctorum martyrū Euphemie, Lucie, & Geminiani, quorum diē passionis annua deuotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur.

1ertia Oratio, A cunctis. fol. 296. vel alia secundū superiorē rubricā. Epistola. Iustorum animæ. de Comuni plurimor. marty. fol. 482.

*Graduale. G*loriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. *v. Dextera tua Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicos.*

*A*lleluia, alleluia. *v. Corpora sãctorū in pace sepulta sūt: & nomina eorū viuēt in generatione & generationē. Alleluia. Euangelium.*

Cum audieritis prælia. de eodem Communi. fol. 483. Offertorium.

Mirabilis Deus in sãctis suis: Deus Israēl ipse dabit virtutē & fortitudinē plebi suę: benedict⁹ De⁹, all. *Sec.*

Adesto Domine, supplicationibus nostris, quas in Sãctorum tuorum cōmemoratione deferimus: vt qui nostrę iustitię fiduciam nō habemus, eorum qui tibi placuerūt, meritis adiuuemur. Per. *Pro SS. Euphemia, &c. Secreta.*

Vota populi tui, quæsumus Domine, propitiatus intende, & quo-

quorum nos tribuis solemnia celebrare, fac gaudere suffragijs.

Tertia, Exaudi. 297. vel aliavt̄s. df.

Communio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos: tamquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausta accepit eos. *Postcommunio.*

Quæsumus Domine, salutaribus repleti mysterijs: vt quorum solemnia celebramus, eorum orationibus adiuuémur. Per Dñm.

Pro SS. Euphemia, &c. Postcomm.

Exaudi Domine, preces nostras: & sanctorum martyrum tuorum Euphemie, Lucie, & Geminiani, quorū festa solēniter celebram⁹, cōtinuis foueamur auxilijs.

Tertia, M undet & muniat. f. 297. vel alia vt supra.

Si sequēs festum venerit in Dñica, transfertur in feriā ij. cum cōmem.

Vigiliæ S. Matthæi, & SS. Eustachij, &c. Sed in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dñr dua Missæ.

IN FESTO SS. MARTYRVM

Januarij Episcopi, & soc. Introit.

Salus autem iustorum a Dño: & protector eorum est in tempore tribulationis. *Psal.*

*N*oli æmulari in malignantibus: neque zelaueris faciētes iniquitatem. *Gl.* *Oso.*

Deus, qui nos annua sanctorū martyrum tuorum Januarij & sociorum eius, solemnitate lætificas: concede propitijs: vt quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum nostrū.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Fratres. Rememoramini primitinos dies: in quib⁹ illuminati,

magnum certamē sustinuisitis passionum. Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam & vinctis compassi estis: & rapinā bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnā habet remunerationē. Patientia enim vobis necessaria est: vt volūtātē Deī faciētes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicū aliquātulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Iust⁹ autē meus ex fide viuit.

Graduale. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. *Y.* Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde: & hūmiles spiritu saluabit. *A*lleluia, alleluia, *Y.* Te Martyrum cādidatus laudat exercitus Domine. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Sedente Iesu super montē Oliuēti, accesserūt ad eū discipuli secreto, dicētes. Dic nobis, quādo hæc erūt, & quod signū aduentus tui, & cōsummationis sæculi? Et respōdēs Iesus, dixit eis. Videte, ne quis vos seducat. Multi em̄ venient in nomine meo, dicentes, Ego sū Christus: & multos seducēt. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte, ne turbe mini. Oportet enim hæc fieri: sed nōdū est finis. Cōsurgēt enim gens in gentē, & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorū. Tūc tradēt vos in tribulationem, & occidēt vos: & eritis

eritis odio omnibus gētibus, ppter
nomē meū. Et tūc scandalizabūtur
multi, & inuicē tradent: & odio ha-
bebunt inuicē. Et multi pseudopro-
phete surgent & seducēt multos. Et
qm̄ abūdabit iniquitas: refrigescet
charitas multorū. Qui autē pseue-
rauerit vsque in finē: hic saluus erit.

54p.3. **Offertorium.** Iustorum animæ in
manu Dei sunt, & non tanget illos
tormētum malitię: visi sunt oculis
insipientium mori: illi autem sunt
in pace, alleluia. **Secreta.**

Oblātis quęsumus Dñe, placāre
muneribus: & intercedētibus
sāctis martyribus tuis Ianuario &
socijs, a cunctis nos defende pericu-
lis. Per Dominum nostrum Iesum
Christum Filium tuum.

54p.30. **Communio.** Quod dico vobis in te-
nebris, dicite in lumine, dicit Do-
minus: & quod in aure auditis, præ-
dicāte super tecta. **Postcommunio.**

Hęc nos cōmunio, Domine,
purget a crimine: & interce-
dentibus sāctis martyribus tuis Ianuario &
socijs eius, cęlestis reme-
dij faciat esse consortes. Per Domi-
num nostrum.

Si festum S. Matthæi venerit feria
secunda, in Sabbato præcedenti, in
quo celebratur festum sanctorum
Ianuarij & sociorū, fit cōmmemo-
ratio quatuor temporū & Vigili-
ę S. Matthæi.

In Ecclesijs vero Cathedralibus
& Collegiatis dicuntur duę Missę,
vna de Sanctis, sine commemorati-
o. Quatuor temporū, & Vigilię:
secunda Oratio, A cunctis, fol. 296.
tertia ad libitum: & altera de Qua-
tuor temporibus in qua non fit cō-
memoratio sanctorum, sed Vigilię
S. Matthæi, & tertia Oratio, A cun-
ctis nos, fol. 296.

IN VIGILIA S. MATTHÆI
Apostoli & Euang. Introitus.



Go autem sicut oliua
fructifera in domo Do-
mini, speravi in miseri-
cordia Dei mei: & ex-
pectabo nomen tuum,

quoniam bonum est ante conspe-
ctum sanctorum tuorum. **Psalms.**

Quid gloriaris in malitia: q̄ potēs
es in iniquitate? **Ps.** Gloria. **Oro.**

DA quęsumus omnipotēs De:
vt beati Matthæi Apostoli tui
& Euangeliste, quam præuenimus,
veneranda solemnitatis, & deuotio-
nem nobis augeat & salutem. **Per.**
Pro commemor. SS. Eustachij, &
sociorum marty. Oratio.

Deus, qui nos concēdis sancto-
rum martyrum tuorū Eusta-
chij, & sociorum eius natalitia cōle-
re: da nobis in æterna beatitudine,
de eorum societate gaudere.

Tertia Oratio de sancta Maria,
Concede nos, fol. 268. nisi festum
S. Matthæi venerit feria ij. quia tūc
de S. Eustachio & c. fit cōmmem. in
Dominica, & de Vigilia in Sabbato,
vt dictum est sup. **Epist. Benedi-**
ctio Domini super caput iusti. vt in
Communij, in Vigilia vnus Apo-
stoli. fol. 473. Graduale.

Iustus vt palma florebit, sicut ce-
drus Libani multiplicabitur in do-
mo Domini. **Ps.** Ad annuntiādum
mane misericordiam tuam, & veri-
tatem tuam per noctem.

Sequētia S. Euang. secūdu Lucam.

In illo tēpore: Vidit Iesus publi-
canum nomine Leui, sedentē ad
telōnium: & ait illi: Séquere me. Et
relictis omnibus, surgēs secutus est
eum. Et fecit ei conuiuium magnū
Leui in domo sua: & erat turba
multa

multa publicanorum, & aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant Pharisei & Scribae eorum, dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis. Et respondens Iesus, dixit ad illos. Non egent, qui sani sunt, medico: sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam.

Offertorium. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine. **Secreta.**

Apostolici reuerentia culminis offerentes tibi sacra mysteria, Domine quosumus, ut beati Matthei Apostoli tui & Euangelistae suffragiis, cuius natalitia praeuenimus, plebs tua semper & sua vota deprecatur, & desiderata percipiat. Per Dominum.

Pro SS. Eustachio & c. Secreta.

Mvnera tibi Domine, nostrae devotionis offerimus: quae & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria, te miserante, reddantur.

Tertia de S. Maria. Tua Domine. 268.

Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnam decorem impones super eum, Domine. **Postcommun.**

Sancti Apostoli tui & Euangelistae Matthei, quosumus Domine, supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia sempiternam concede. Per Dominum.

Pro SS. Martyribus Eustachio & socijs. Postcommun.

Praesta nobis quosumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Eustachio & socijs: ut quod ore contingimus, pura mente capiamus.

Tertia de sancta Maria. Sumptis Domine. fol. 268.

M. N. R.

IN FESTO S. MATTHAEI Die, XXI.

Apostoli & Euangelistae.

Introitus.



Si iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. **Psalms.** Noli Psal. 36.

amulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

V. Gloria Patri.

Oratio.

Beati Apostoli & Euangelistae Matthei, Domine, precibus adiuuemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per Dominum.

Lectio Ezechielis prophetae.

Similitudo vultus quatuor animalium: facies hominis, & facies leonis a dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilae desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennae eorum extentae desuper: duae pennae singulorum iungebantur, & duae tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Vbi erat imperium spiritus ritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur, cum ambularent. Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Haec erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. **Graduale.**

Beatus vir, qui timet Dominum, in Psal. 112. mandatis eius cupit nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. **A**lleluia, alleluia. **V.** Te gloriosus Apostolorum chorus laudat, Domine. Alleluia.

Ff

Se

Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.

Matth.
9.5

IN illo tēpore: Vidit Iesus hominē sedentē in telonio, Matthæū nomine, & ait illi: Séquere me. Et surgens, secutus est eū. Et factū est: discubente eo in domo, ecce multi publicāni & peccatores veniētes, discubebāt cū Iesu, & discipulis eius. Et vidētes Pharisei dicebant discipulis eius. Quare cū publicānis & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait. Nō est opus valentibus medicus, sed male habētibus. Eūtes autē, discite quid est: Misericordiā volo, & nō sacrificiū. Nō eīn veni vocare iustos, sed peccatores. **Credo. Offertorium.**

Psal.
29.

Posuisti Domine in capite eius coronā de lapide pretioso: vitā petijt à te, & tribuisti ei, alleluia. **Secreta.**

Supplicationibus beati Matthæi Apostoli & Evangeliste, quesumus Dñe, Ecclesiæ tuæ commendatæ oblatio: cuius magnificis prædicationibus eruditur. Per Dñm. **Præfatio de Apostolis.** fol. 227.

Ibidē

Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriā, & magnum decorem impones super eum, Domine. **Postcommunio.**

Preceptis, Dñe, sacramētis, beato Matthæo Apostolo tuo, & Euāgelista interueniente deprecamur: vt q̄ peius celebrata sūt gloria, nobis proficiāt ad medellā. Per.

SANCTORVM MARTY.
Mauritij & sociorum eius.

Introitus.

Dle
xxij.

Tret in conspectu tuo Domine gemitus compeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorū: vindica sanguinē sācto-

Pc. 78.

rū tuorū, qui effusus est. **Pf. Deus** Ibidē
venerūt gētes in hereditatē tuam, polluerunt templum sanctum tuū: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. **V. Gloria Patri. Oro.**

Annue, quesumus omnipotēs Deus: vt sanctorum martyrum tuorum Mauritij, & sociorum ei⁹, nos letificet festiua solemnitas: vt quorum suffragijs nitimur, eorū natalitijs gloriēmur. Per Dominū.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

In diebus illis. Respondit vnus de senioribus, & dixit mihi. Hi, qui amictis sūt stolis albis, q̄ sūt, & vnde venērūt? Et dixi illi. Dñemi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt, q̄ venērūt de tribulatione magna: & lauerūt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronū Dei, & seruiunt ei die ac nocte in tēplo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Nō esurient, neque sitient amplius: nec cadet super illos sol, neque vllus æstus. Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos: & deducet eos ad vitē fontes aquarū: & absterget De⁹ omnem lacrymam ab oculis eorū. **Graduale.** Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. **V. Dextera tua Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos.**

Apo
15.

Alleluia, alleluia. V. Corpora sanctorū in pace sepulta sūt: & nomina eorū viuēt in generatione & generationem. Alleluia.

Exc
15.

Euāgelij. Cum audieritis prælia. **de Comuni plurim. marty.** f. 483. **Offertorium.** Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinē plebi suæ: benedictus Deus, alleluia. **Secreta.**

Ecc
44.

Re.

Pc.

Respice, quęsumus Dñe, mune-
ra, quę in sanctorũ martyrum
tuorum Mauricij, & sociorũ eius,
cõmemoratione deferimus, & pre-
sta: vt quorũ honore sunt grata, eo-
rũ nobis fiant intercessioe perpetua.
Per Dominum. **Communio.**

Et si corã hominib⁹ tormẽta passi
sunt, Deus tẽtauit eos: tãquam au-
rũ in fornace pbauit eos, & quasi
holocausta accepit eos. **Postcõm.**

Cælestib⁹ refecti sacramẽtis &
gaudijs, suppliceste rogamus
Dñe: vt quorum gloriamur triumphis,
protegamur auxilijs. Per Do.

IN FESTO S. LINI
Papæ & martyris. Introitus.

Tatuit ei Dominus te-
stamentum pacis, &
principem fecit eum:
vt sit illi sacerdotij di-
gnitas in æternũ:

Psalm. Memento Domine David:
& omnis mansuetudinis eius.
Gl. Patri. Oratio.

Deus, qui nos beati Lini mar-
tyris tui atque Pontificis an-
nua solemnitate lætificas: concede
propitius: vt cuius natalitia colim-
us, de eiusdem etiam protectio-
ne gaudeamus. Per Dominum.

Deinde fit comme. S. Theclę virg.
& marty. nisi fuerit Dominica: ga-
runc commem. **S. Theclę fit in Do-**
minica, & festum S. Lini trãsfertur
in feriam ij. sequentem. Oratio.

DA, quęsumus oĩpotens Deus,
vt qui beatã Theclã virginis
& martyris tuã natalitia colimus,
& annua solemnitate lætẽmur, &
tantã fidei proficiamus exemplo.

Tertia Oro. Acunctis nos. fol. 296.
Epistola. Beatus vir qui suffert.
de Cõmuni vnus mart. Pont. 474.

Graduale. Inueni David seruum
meum, oleo sancto meo vnxi eum:
manus enim mea auxiliabitur ei, &
brachium meum confortabit eum.

V. Nihil proficiet inimicus in eo,
& filius iniquitatis non nocẽbit ei.
Alleluia, alleluia. V. Tuis sacer-
dos in æternum, secundum ordi-
nem Melchisedech. Alleluia.

Euangelium. Si quis venit ad me.
de eodem **Communi. fol. 475.**

Offertorium. Veritas mea, & mise-
ricordia mea cũ ipso: & in nomine
meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Mvnera tibi Domine dicata
sanctifica: & intercedente
beato Lino martyre tuo atque
Pontifice: per eadem nos placatus
intende. Per Dominum.

Pro S. Thecla. Secreta.

Svscipe, Dñe, munera, quę in bea-
tã Theclã virginis & martyris
tuã solemnitate deferimus: cuius
nos cõfidimus patrociniõ liberari.
Tertia, Exaudi nos. fol. 297.

Cõmunio. Semel iuravi in sancto
meo: semẽ eius in æternũ manebit:
& sedes eius sicut sol in conspectu
meo, & sicut luna pfecta in æternũ,
& testis in cælo fidelis. **Postcomm.**

Hæc nos communio, Domine,
purget à crimine: & interce-
dente beato Lino martyre tuo at-
que Pontifice, cælestis remedij faci-
at esse consortes. Per Dominum.

Pro S. Thecla. Postcommun.

Avxiãtur nobis Dñe, sumpta
mysteria: & intercedẽte bea-
ta Thecla virgine & martyre tua, sẽ-
piterna faciãt ptectione gaudere.

Tertia, Mundet & muniat. f. 297.

SS. martyru Cypriani & Iustinae,
Missã. Salus autem iustorum. de
Cõi plurim. Mart. fol. 484. præter
Orationes, quæ dñt vt infra Oro.

Beatorum martyrum Cypriani & Iustinae, nos Domine foueant continuata praesidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per Dominum. *Secreta.*

Mvnera tibi Dñe, nostrae devotionis offerimus: quae & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dñm. *Postcomm.*

Praesta nobis, quaesumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Cypriano & Iustina: ut quae ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

de eodem communi. fol. 484.

Offertorium. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu Domine benedices iusto: Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. *Secreta.*

Sanctorum tuorum nobis Domine, pia non desit oratio: quae & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

Communio. Posuerunt mortalia feruorum tuorum Domine, escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestijs terrae: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. *Postcom.*

Protegat, quaesumus Domine, populum tuum & participatio caelestis indulta conuiuij, & deprecatio collata sanctorum. Per Dñm.

Die xxvij. **IN FESTO SS. MARTYRVM**

Cosinae & Damiani. Introitus.

Sapientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nuntiet ecclesia: nomina autem eorum viuent in saeculum saeculi. *Psal.* Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. *Gloria Patri.* *Oratio.*

Praesta quaesumus omnipotens Deus: ut qui sanctorum martyrum tuorum Cosinae & Damiani natalitia colimus, a cunctis malis imminuentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Epistola. Iusti autem in perpetuum viuent. *de Coi plurim. Mart.* 484.

Graduale. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. *V.* Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabuntur. *Alleluia, allel.*

V. Haec est vera fraternitas, quae vincit mundi crimina, Christum secuta est, incluta tenens regna caelestia. *Allel.* **Euang.** Descendens Iesus de monte.

IN DEDICATIONE *Dñe xxix.*

S. Michaelis Archang. Intr.

Benedicite Dñm omnes Angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. *Psal.* Benedic anima mea Domino: & omnia quae intra me sunt, nomini sancto eius. *Ibr.*

V. Gloria Patri. *Oratio.*

Deus, qui miro ordine, Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius: ut a quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

In diebus illis. Significauit Deus quod oportet fieri cito, loquens per Angelum suum seruo suo Ioanni: qui testimonium perhibuit verbo Dei,

Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcumq. vidit. Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius: & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Ioannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est: & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt: & à Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogénitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Grad. Benedicite Dñm omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. **V.** Benedic anima mea Dñm, & omnia interiora mea nomé sanctum eius. **A**lleluia, alleluia. **V.** Sancte Michaël Archàngele defende nos in prælio: vt nō pe reamus in tremendo iudicio. **Allel.** **S**equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicētes. Quis, putas, maior est in regno celorum? Et aduocans Iesus paruulū, statuit eū in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrābitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Et qui susceperit vnum paruulū talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnū de pusillis istis, qui in me credūt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Væ mundo à scandalis. Necessè est enim, vt veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes

tuus scandalizat te: absceide eum, & projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi débilem vel claudū, quàm duas manus, vel duos pedes habētem mitti in ignem æternum. Et, si oculus tuus scandalizat te: erue eum, & projice abs te. Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrāre, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Vidēte, ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. **C**redo.

Offertorium. Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, alleluia. **Secreta.**

Hostias tibi Dñe, laudis offerimus, suppliciter deprecantes: vt easdem Angelico pro nobis interueniēte suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostrā prouenire concedas. Per Dominum.

Communio. Benedicite omnes Angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula. **Postcommunio.**

Beati Archangeli tui Michaëlis intercessione suffulti, supplices te Domine deprecamur: vt quod ore proféquimur, contingamus & mente. Per Dominum.

IN FESTO S. HIERONYMI **Die xxx,**
presbyteri, & confess. & Ecclesiæ Doctoris. **Introitus.**

In medio Ecclesiæ aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus: stolam gloriæ induit eum. **Psal.** Bonū est cōfiteri **Pfal. 91.**

Domino: & psallere nomini tuo,
Altissime. *Ps.* Gloria. *Oratio.*

DEus, qui Ecclesię tuę in expo-
nēdis sacris scripturis beatū
Hieronymum confessorem tuum,
doctorem maximū providere di-
gnatus es: preſta queſumus: vt eius
ſuffragātibus meritis, quod ore ſi-
mul & opere docuit, te adiuuante
exercere valeamus. Per Dominum.

Epistola. T estificor coram Deo.
de communi Doctorum. fol. 491.

Graduale. O s iusti meditabitur ſa-
pientiam, & lingua eius loquētur
iudiciū. *Ps.* Lex Dei eius in corde
ipſius: & nō ſupplantabuntur greſ-
ſus eius. *A* lleluia, alleluia. *Ps.* Ama-
uit eum Dominus, & ornauit eum:
ſtolam glorię induit eum. Alleluia.

Euangelium. V os estis ſal terrę.
de eodem Communi. fol. 492.

Et dicitur C redo. *Offertorium.*

Iuſtus vt palma florebit: ſicut ce-
dus, quę in Libano eſt, multipli-
cabitur. *Secrera.*

Donis cęleſtib⁹, da nobis quę-
ſumus Dñe, libera tibi mente
ſeruire: vt munera quę deferimus,
interueniēte beato Hieronymo cō-
fessore tuo, & medelam nobis ope-
rentur, & gloriam. Per Dominum.

Communio. F idelis ſeruus & pru-
dens, quē cōſtituit dominus ſuper
familiam ſuam: vt det illis in tem-
pore tritici menſuram. *Postcom.*

Repleti alimonia cęleſti, queſu-
mus Domine: vt interuenien-
te beato Hieronymo cōfessore tuo,
miſericordię tuę gratiam conſequi
mereamur. Per Dominum.

FESTA OCTOBRIſ.

S. Remigij Episcopi & confessoris, Miſſa. S tatuuit ei Dominus.
de Communi confess. *Popt.* f. 488.

IN FESTO S. FRANCISCI *Die*
confess. *Introitus.* *iiij.*

M

Ihi autem abſit gloria *Gal.*
ri, niſi in cruce Domi- *6.*
ni noſtri Ieſu Chriſti:
per quem mihi mun-
dus crucifixus eſt, &

ego mundo. *Pſalmus.* V oce mea *Pſal.*
ad Dominum clamaui: voce mea *141.*
ad Dominum deprecatus ſum.

Ps. Gloria Patri. *Oratio.*

DEus, qui Eccleſiam tuā beati
Franciſci meritis, ſatu nouę
proliſ amplificas: tribue nobis,
eius imitatione terrena deſpicere,
& cęleſtium donorum ſemper par-
ticipatione gaudere. Per Dominū.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli
ad Galatas.

Fratres. Mihi autē abſit gloria *Gal.*
ri, niſi in cruce Domini noſtri *6. c*
Ieſu Chriſti per quem mihi mun-
dus crucifixus eſt, & ego mūdo. In
Chriſto enim Ieſu, neque circum-
ciſio aliqd valet, neque præputiū:
ſed noua creatura. Et quicumque
hanc regulam ſecuti fuerint: pax
ſup illos, & miſericordia, & ſuper
Iſraēl Dei. De cetero nemo mihi
moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata
Domini Ieſu in corpore meo por-
to. Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti,
cum ſpiritu veſtro, fratres, Amen.

Graduale. O s iusti meditabitur ſa *Ps. 36*
piētā, & lingua eius loquētur iudi-
ciū. *Ps.* Lex Dei eius in corde ipſi:
& nō ſupplantabūtur greſſus eius.

A llel. allel. *Ps.* Frāciſcus pauper &
hūmilis, cęlū diues ingrediē, hym-
nis cęleſtibus honoratur. Alleluia.

*S*equētia S. Euang. ſecūdū Marth.
In illo tempore: Reſpondens Ie *Mar.*
ſus, dixit. Cōfiteor tibi pater, do *11. d*
mine cęli, & terre: quia abſcondiſti

hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrē quis nouit nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos. Tolle iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

M vnera tibi Domine, dicata sanctifica: & intercedete beato Francisco, ab omni nos culpam labe purifica. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. **Postcomm.**

Ecclesiam tuam, quesumus Domine, gratia celestis amplifcet: quam beati Francisci confessoris tui illuminare uoluisti gloriosis meritis, & exemplis. Per Dominum.

SS. Placidi & sociorum marty. Missa.

Salus autem iustorum. **de Comuni plurimorum marty.** f. 484. **prater Orationes, quæ dñrvt infra, Ofo.**

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Placidi & sociorum eius, natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Secreta.

M vnera tibi Domine, nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Postcommun.

Praesta nobis, quesumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Placido & sociis eius: ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

SANCTI MARCI PAPÆ Die vij.

& confessoris. Introitus.



Acerdotes tui Domine, induant iustitiam: & sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. **Psal.**

Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. **Psalm.** Ibidē. **Gloria Patri.** **Oratio.**

Exaudi, Dñe, preces nostras, & interueniente beato Marco confessore tuo atque Pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus & pacem. Per Dominum.

Pro commemor. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum nos Domine, Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij beata merita prosequantur: & tuo semper faciant amore feruentes.

Tertia Oratio. A cunctis. f. 296.

Epist. Plures facti sunt sacerdotes.

de Comuni confess. Pontific. f. 489.

Graduale. Sacerdotes eius induant salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. **Psalm.** Ibidē.

Illuc prodicam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. **Alleluia, alleluia.** **Psalm.** 109. **Irruit Dominus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.**

Euangelium. Vigilate, quia nescitis. **de eodem Comuni.** fol. 490.

Offertor. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo

Ff 4 exal.

exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Accepta tibi sit Domine, sacra-
ta plebis oblatio, pro tuorū
honore Sanctorum: quorum se me-
ritis percepisse de tribulatione cog-
noscit auxilium. Per Dominum.

Pro SS. Martyrib. Sergio, &c. Secr.

Maiestatem tuam nobis, Do-
mine quaesumus, hæc hostia
reddat immolanda placatam, tuo-
rum digna postulatione Sanctorū.

Tertia, Exaudi nos. fol. 297.

Communio. Beatus seruus, quem
cum uenerit dñs, inuenerit vigilan-
tem: amen dico uobis, super omnia
bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Deaesumus Dñe, fidelibus
populis sanctorū tuorum sem-
per ueneratione lætari, & eorum
perpetua supplicatione muniri. p.

Pro SS. Mart. Sergio, &c. Postcōm.

Sacramentis, Dñe, muniamur
acceptis, & sanctorum marty-
rum tuorum Sergij, Bacchi, Mar-
celli, & Apuleij intercessione, con-
tra omnes nequitias irruentes, ar-
mis caelestibus protegatur.

Tertia, Mundet & muniat. fol. 297.

I N F E S T O S A N C T O R V M

martyrum Dionysij, Rustici,

& Eleutherij. Introitus.

Sapientiam sanctorum
narrent populi, & lau-
des eorum nuntiet ec-
clesia: nomina autem
eorum uiuent in sæcu-
lum sæculi. **Psal.** Exultate iusti in

Domino: rectos decet collaudatio.

v. Gloria Patri. Oratio.

Deus qui hodierna die beatum
Dionysium martyrum tuum
atque Pontificem, uirtute cōstantię
in passione roborasti: quique illi ad

predicandum gentibus gloriā tuā;
Rusticum & Eleutherium sociare
dignatus es: tribue nobis, q̄sumus,
eorum imitatione pro amore tuo
prospera mundi despiciere, & nulla
eius aduersa formidare. Per Dñm.

Iectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Stans Paulus in ^{AA}
medio Areopagi, ait. Viri Athenienses, ^{17 d}

per oīa quasi superstitiosio-
res vos video. Preteries enim, & vi-
des simulacra uestra, inueni & arā,
in qua scriptum erat, Ignoto Deo.

Quod ergo ignorantes colitis, hoc
ego annuntio uobis. Deus, qui fecit
mundum, & omnia quæ in eo sunt,
hic cæli & terræ cum sit dominus,
nō in manufactis templis habitat,
nec manibus humanis colitur, indi-
gens aliquo, cum ipse det omnibus
vitam, & inspirationē, & omnia: fe-
citq; ex vno omne genus hominum
inhabitare super vniuersam faciem
terræ, definiens statuta tempora, &
terminos habitationis eorū, qua-
rere Deum, si forte attrectent eum,
aut inueniant, quamuis nō lōge sit
ab vnoquoque nostrū. In ipso enim
uiuimus, & mouemur, & sumus, si-
cut & quidā uestrorū poetarum di-
xerūt: Ipsius enim & genus sumus.

Genus ergo cum simus Dei, nō de-
bemus æstimare auro, aut argento,
aut lapidi, sculpturæ artis & cogita-
tionis hominis, diuinū esse simile.
Et tempora quidem huius ignorā-
tiæ despiciens Deus, nūc annuntiat
hominibus, ut omnes ubique peni-
tentiam agant: eo quod statuit diē,
in quo iudicaturus est orbē in equi-
tate, in viro, in quo statuit, fidē præ-
bens omnibus, suscitans eū a mor-
tuis. Cum audissent autem resurre-
ctionem mortuorū, quidā quidem
irridebant, quidam uero dixerunt:

Au-

Audiemus te de hoc iteru. Sic Paulus exiit de medio eorum. Quidam vero viri adherentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

Graduale.

Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium. *Ps.* Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum & terram.

Alleluia, allelu. *Ps.* Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in laetitia. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autem operatum, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quae in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timeate eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeate. Nonne quinque passeris veniunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passibus pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. *Offertorium.*

Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum, allelu. *Secr.*

Oblata tibi Domine, munera populi tui, pro tuorum honore sanctorum, suscipe propitius, quesumus: & eorum nos intercessione sanctifica. Per Dominum

Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. *Postcommunio.*

Sumptis, Domine, sacramentis, quaesumus: ut intercedentibus beatis martyribus tuis Dionysio, Rustico, & Eleutherio, ad redemptionem aeternam proficiamus augmentum. Per Dominum nostrum.

IN FESTO S. CALLISTI

Papa & marty. Introitus.



Acerdotes Dei benedicite Dominum: sancti, & humiles corde laudate Deum. *Psalms.*

Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in saecula.

Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui nos conspicias ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per Dominum.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Hebraeos.

Fratres. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quae sunt ad Deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolare possit ijs qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron.

Grad. Inueni David seruum meum, fructu oleo

oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocēbit ei. **A.** Alleluia, alleluia. **V.** Amavit eum Dominus, & ornauit eum: stolam glorię induit eum. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Mattheum.

Matt. **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nihil opertum, quod non reuelatur: & occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, predicare super terra. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres affe veniunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus: confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.

Offertorium.

V. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Myltica nobis, Domine, prosit oblatio: quę nos & a reatibus nostris expediat, & perpetua saluatione confirmet. Per Dñm.

Matt. **Communio.** **B**eatus seruus, quem cum venerit dñs, inuenerit vigilan-
24. tem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. **Postcóm.**

Omnipotens Deus: ut reatus nostros munera sacra purificent: & recte viuēdi nobis operentur effectum. Per Dñm.

I N F E S T O S. L V C Æ

Euangelistę. Introitus.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. **Psal.** **D**ñe probasti

me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Interueniat pro nobis, quęsumus Dñe, sanctus tuus Lucas Euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore, pro tui nominis honore portauit. Per Dñm.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Gratias ago Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniã exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiã cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per oēs ecclesias. Non solum autem: sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostrę in hanc gratiã, quę ministratur a nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram: deuotantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quę ministratur a vobis in Domini gloriã. Prouidemus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quę probauimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc autem multo sollicitiorē, confidentia multa in vos: siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor: siue fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Offensio nem ergo, quę charitatis vestrę, &

& nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

Graduale. In omnem terram exiit sonus eorū: & in fines orbis terra verba eorum. **V.** Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manū eius annuntiat firmamētum. **A**lleluia, alleluia. **V.** Ego vos elēgi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciē suā, in omnem ciuitatem & locum, quō erat ipse venturus. Et dicebat illis, Messis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suam. **Ite:** ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neque peram, neque calceamenta: & neminē per viam salutaueritis. In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illū pax vestra: sin autē, ad vos reuertetur. In eādē autem domo manete, edentes & bibentes quę apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos manducate quę apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis. Appropinquauit in vos regnū Dei. **C**redo. **M**ert. **M**ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. **Sect.** **D**omine celestib⁹ da nobis, quæsumus Dñe, libera tibi mense seruire: vt munera quæ deferi-

mus, interueniente beato Euangelista tuo Luca, & medelam nobis operentur, & gloriam. Per Dñm.

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicātes duodecim tribus Israël. **Postcom.**

Præfata quæsumus omnipotens Deus: vt quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati Euangelistę tui Lucæ, sanctificet animas nostras: per quod tuti esse possumus. Per Dominum nostrum.

SANCTI HILARIONIS

Abbatis.

Introitus.



Si iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū: lex Dei eius in corde ipsius. **Psalmus.** Noli

æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Intercessio nos, quæsumus Domine, beati Hilarionis Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Dominum.

Pro commemor. SS. Vrsulæ, & sociarum. **Oratio.**

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctarū virginū & martyrum tuarum Vrsulę, & sociarum eius, palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare humilibus salutē frequētemus obsequijs. **Tertia, A** cunctis. fol. 296.

Epistola. Dilectus Deo. **de Comuni Abbatum.** 495. **Graduale.**

Domine, præuenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso. **V.** Vitā petijt à te, & tribuisti ei lō-

gitu-

Mat.
19.

Die
XXI.

Ps. 36.

Ibidē.

Ps. 101

gitudinem dierum in sæculū sæculi. **A**lleluia, allel. **V.** Iustus vt palma florebit : sicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia.

Enag. Ecce nos reliquimus omnia. de eodem **Communi.** fol. 496.

Offertorium. Desiderium animæ eius tribuisti ei Dñe, & voluntate laborum eius non fraudasti eum : posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **Secreta.**

Sacris altaribus, Dñe, hostias superpositas sanctus Hilarion Abbas, quæsumus in salutem nobis prouenire deposcat. Per Dominū. **Pro commemor.** **SS. Vrsulæ, & sociarum.** **Secrera.**

Intende, quæsumus Dñe, munera altaribus tuis pro sanctarum virginum & martyrum tuarum Vrsulæ, & sociarum eius, festiuitate proposita : vt sicut per hæc beata mytheria, illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris.

Tertia, **E**xaudi nos. fol. 297.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus su per familiam suam : vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Protegat nos, Domine, cum tui perceptione sacramenti beatus Hilarion Abbas, pro nobis intercedendo : vt & cōuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum nostrum Iesum Christum. **Pro SS. Vrsula, &c.** **Postcommunio.**

Prestā nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis virginibus & martyribus tuis : vt quod ore contingimus, pura mente capiamus.

Tertia, **M**undet & muniat. folio 297.

SANCTORVM Chrysanthi & Darie mart. Inr.



Nret in conspectu tuo Domine gemitus compeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum : vindica

sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **Pl.** Deus uenerunt gentes in hereditate tuam, polluērunt templum sanctum tuum : posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. **V.** Gloria. **Oratio.**

Beatorum martyrum tuorum, Domine, Chrysanthi & Darie, quæsumus adisti nobis orō : vt quos ueneramus obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. **Per. Epist.** Exhibeamus nosmetipsos. de communi plurim. **Mart.** f. 486.

Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis : mirabilis in maiestate, faciēs prodigia. **V.** Dexterā tuā Domine, glorificata est in virtute : dextera manus tua cōfregit inimicos.

Alleluia, alleluia. **V.** Corpora sanctorum in pace sepulta sunt : & nomina eorum uiuent in generatione & generationem. Alleluia.

Euang. **V**æ uobis qui ædificatis de eodem **Communi.** fol. 487.

Offert. Mirabilis Deus in sanctis suis : Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ : benedictus Deus, alleluia. **Secreta.**

Populi tui, quæsumus Domine, tibi grata sit hostia : quæ in nataliis sanctorum martyrum tuorum Chrysanthi & Darie solemniter immolatur. Per Dominum.

Communio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos : tamquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holo causta

causa accépit eos. *Postcommun.*

Mylticis, Domine, repléti sumus votis & gaudijs: præstaque sumus: vt intercessionibus sanctorum martyrum tuorum Chrysanthi & Darię, quę téporaliter agimus, spiritualiter cõsequamur. p.

S. Euaristi Papæ & mart. Missa. Statuite ei Dominus. de communi vnus Martyr. Pontif. fol. 474.

IN VIGILIA APOSTOLORUM Simonis & Iudæ. Intr.

Lntret in conspectu tuo Domine gemitus compeitorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindi-

ca sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. *Psal. Deus venerunt gentes in hereditatē tuam, polluērunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodia. Gloria Patri. Oratio.*

Concede quæsumus omnipotēs Deus: vt sicut apostolorum tuorum Simonis & Iudæ gloriosa natalitia præuenimus: sic ad tua beneficia promerenda, maiestatem tuam pro nobis ipsi præueniant. Per Dominum nostrum.

Secunda Oratio de S. Maria, Concede. & tertia, Ecclesię. vel pro Pa. Deus omnium. fol. 268.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autē prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus & colaphis cædimur, & intractabiles sumus,

& laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimus. Persecutionem patimur: & sustinēmus. Blasphemamur: & obsecramus. Tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsq. adhuc. Nō vt confundā vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo: In Christo Iesu Domino nostro.

Graduale. Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. *V.* Posuerunt mortalia feruorum tuorum, Domine, escas volatibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnē qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonē, quē locutus sum vobis. Manēt in me: & ego in vobis. Sicut palme non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sū vitis: vos palmitem. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palme, & ardet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petētis, & fiet vobis.

Offert. Exultabūt sancti in gloria, letabūt in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorū.

Muneribus nostris, Dñe, sanctorum Apostolorum tuorum

Simó-

Psal. 78.

Ioan. 15.

Psal. 149.

Simónis & Iudæ festa præcedimus, te suppliciter deprecâtes: vt q̄ conscientie nostrę præpediuntur obstaculis, illorum meritis grata reddâtur. Per Dominum nostrum.

Secunda de S. Maria, Tua Domine.

Tertia. Pro tege. **vel O** blâtiis. f. 268.

ff. 78. **Communiõ. P**osuerunt mortaliã

seruorum tuorum Domine, escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitõrum. **Postcom.**

Sumpto, Dñe, sacramento suppliciter deprecamur: vt intercedentibus beatis Apostolis tuis Simõne & Iuda, quod temporaliter gerimus, ad vitã capiamus æternã. Per.

Secunda de S. Maria. Sumptis Domine. **Tertia, Q**uæsumus Domine. **vel, H**æc nos. fol. 268.

Die xxviii. **IN FESTO APOSTOLORUM Simonis & Iudæ. Intra.**

Psal. 138.



Ihi autẽ nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Ibid.

Ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã, & resurrectionem meam. **v. Gloria Patri. Oratio.**

Deus, qui nos per beatos Apostolos tuos Simõnẽ, & Iudã, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per. **LECTIO** Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.

Eph. 4. b

Fratres. Vnicuique nostrũ data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona ho-

minibus. Quod autẽ ascendit: quid est nisi q̄a, & descendit primũ in inferiores partes terræ? Qui descendit: ipse est & q̄ ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia. Et ipse se dedit quosdã quidẽ apostolos: quosdã autẽ prophetas: alios vero euangelistas: alios autem pastores & doctores, ad consummationem sãctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. **Grad.**

Cõstitues eos principes super omnem terram: memores erũt nominis tui Domine. **v. Pro** patribus tuis nati sũt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. **Alleluia, alleluia. v. Nimis** honorati sũt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. **Alleluia.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Hæc mando vobis: vt diligatis inuicẽ. Si mũd⁹ vos odit: scitote quia me priorẽ vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suũ erat, diligeret. Quia vero de mũdo nõ estis, sed ego elegi vos de mũdo: p̄pterea odit vos mundus. Memẽtote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Nõ est seruus maior dño suo. Si me p̄secuti sunt: & vos persequuntur. Si sermonem meum seruauerunt: & vestrũ seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomẽ meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem, & locutus eis fuisset: peccatum non haberent. Nunc autẽ excusationem nõ habent de peccato suo. Qui me odit: & patrem meum odit.

odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit: peccatum nõ haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. **Credo.**

Offertor. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre verba eorum. **Secreta.**

GLoriam, Domine, sanctorum Apostolorum tuorum Simonis & Iudæ perpetuam venerates, quæsumus: vt eam, sacris mysterijs expiati, dignius celebremus. Per. **Præfatio de Apostolis.** fol. 227.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. **Postcom.**

Preceptis Domine sacramentis, suppliciter exoram: vt intercede detibus beatis Apostolis tuis Simone & Iuda, quæ pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per Dñm.

**IN VIGILIA OMNIUM
Sanctorum. Introitus.**

Iudicant sancti gentes, & dominantur populis: & regnabit Dominus Deus illorum in perpetuum. **Psalms:**

Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. **V. Gloria. Non dicitur.** Gloria in excelsis. **Oratio.**

Domine Deus noster, multiplifica super nos gratiam tuam: & quorum preuenimus gloriosa solemniam, tribue subsequi in sancta professione lætitiã. Per Dñm.

Secunda Oratio de Spiritu sancto, Deus qui corda fidelium. fol. 509. **tertia, Ecclesię. vel pro Papa.** Deus omnium fidelium. fol. 268.

**Lectio libri Apocalypsis beati
Ioannis Apostoli.**

IN diebus illis. Ecce ego Ioanes ^{Apoç. s. b.} vidi in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, Agnum stantem tamquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et venit, & accepit librum de dextera sedentis in throno. Et cum aperuisset librum: quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum: quæ sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum nouum, dicentes. Dignus es Dñe accipere librum, & aperire signacula eius: quonia occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum, & erat numerus eorum millia milliũ, voce magna dicentium. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiã, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, in sæcula sæculorum, Amen.

Graduale. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. ^{Mat. 149.} **V. Cantate Dño canticum nouum:** laus eius in ecclesia sanctorum.

Euang. Descendens Iesus de monte, de Communi plurim. **Mart.** f. 484.

Offert. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum. **Secr.**

Altare tuum, Dñe, muneribus accumulamus oblatis: da quesumus: vt ad salutem nostram, omnium Sanctorum tuorum precatione, profici-

proficiant, quorum solemnia ventura præcurrimus. Per Dominum.

Sap. 3. **Comunio.** Iustorum animæ in manu Dei sunt & non tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. **Postcommunio.**

Sacramentis, Domine, & gaudijs optatę celebritatis expletis, quęsumus: vt eorũ precibus adiueamur, quorum recordationibus exhibentur. Per Dominum.

FESTA NOUEMBRIS.

IN FESTO OMNIUM Sanctorum. Introitus.

Die.



Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore Sanctorum omnium: de quorum solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. **Psalm.** Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. **Gloria Patri.** **Oratio.**

IL. 2.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quęsumus, vt desideratam nobis tue propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

Apoec. 7.

In diebus illis. Ecce ego Ioanes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vini. Et clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terrę & mari, dicens. Nolite nocere terrę & mari, neque arboribus: quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signa-

ti ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Rubę, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Benjamin, duodecim millia signati. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmę in manibus eorum: & clamabant voce magna, dicentes. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro, in secula seculorum, Amen. **Graduale.** Timeate Dominum omnes sancti eius: quoniã nihil deest timetibus eum. **V.** Inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono. **A**lleluia, allel. **V.** Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. **Allel.** **S**equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Videns Iesus turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens.

Beati

Beati pauperes spiritu : quoniam ipsorum est regnum caelorum . Beati mites : quoniam ipsi possidebunt terram . Beati qui iugent : quoniam ipsi consolabuntur . Beati qui esuriunt , & sitiunt iustitiam : quoniam ipsi saturabuntur . Beati misericordes : quoniam ipsi misericordiam consequentur . Beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt . Beati pacifici : quoniam filii Dei vocabuntur . Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam : quoniam ipsorum est regnum caelorum . Beati estis , cum maledixerint vobis homines , & persecuti vos fuerint : & dixerint omne malum aduersum vos , mentientes , propter me . Gaudete & exultate : quoniam merces vestra copiosa est in caelis . **Credo . Offertorium .**

3. Iustorum animarum in manu Dei sunt , & non tanget illos tormentum malitiae : visi sunt oculis insipientium mori , illi autem sunt in pace . **Secreta .**

M vnera tibi Domine , nostrae devotionis offerimus : quae & procuratorum tibi grata sint honore iustorum : & nobis salutaria , te miserante , reddantur . Per Dominum .

Communio . Beati mundo corde , quoniam ipsi Deum videbunt : beati pacifici , quoniam filii Dei vocabuntur : beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam , quoniam ipsorum est regnum caelorum . **Postcommunio .**

D a quaesumus Domine , fidelibus populis , omnium Sanctorum semper veneratione laetari : & eorum perpetua supplicatione muniri . Per Dominum .

Infra Octava . Missa die sicut in die Festi : Oratio secunda de Spiritu sancto , Deus qui corda fidelium . 509 . tertia Ecclesia . vel pro Papa . Deus omnium fidelium . f. 268 . Et dicit Credo .

§ Secunda die fit commemoratio

M.N.R.

omnium fidelium Defunctorum : & dicitur Missa . R . equiem aeterna , quae est prima pro Defunctis , circa finem Missalis . Sed in Ecclesijs Cathedralibus , & Collegiatis dicitur duae Missae , vna de octava post Tertia , altera principalis pro Defunctis post Nonam .

Si autem secunda dies fuerit Dominica , dicta commemoratio Defunctorum fit sequenti feria ij .

Pro commem. SS. Vitalis & Agricolae martyrum . Oratio .

Die
iij.

Praesta quaesumus omnipotens Deus : ut qui sanctorum martyrum tuorum Vitalis & Agricolae solennia colimus , eorum apud te intercessionibus adiuvemur .

Tertia Oratio de Spiritu sancto , nisi fuerit Dominica , quia tunc tertia erit de Sanctis . Secreta .

O blatis , quaesumus Domine , placare muneribus , & intercedentibus sanctis martyribus tuis Vitale & Agricola , a cunctis nos defende periculis . **Postcommunio .**

Haec nos communio , Domine , purget a crimine : & intercedentibus sanctis martyribus tuis Vitale & Agricola caelestis remedii faciat esse consortes .

In Octava omnium SS. die Missa sicut in die , cum commem. SS. Martyrum quatuor Coronatorum . Of.

Die
vii.

Praesta quaesumus omnipotens Deus : ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus , pios apud te in nostra intercessionem sentiamus . Per Dominum . **Secr.**

Benedictio tua , Domine , larga descendat : quae & munera nostra , deprecantibus sanctis Martyribus tuis , tibi reddat accepta , & nobis sacramentum redemptionis efficiat . Per Dominum . **Postcommunio .**

Gg

Cæ-

Cælestibus refecti sacramentis & gaudijs, supplices te Domine deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per Dominum.

In dedicatione Basilicę Saluator. dicit Missa, Terribilis est loc⁹ iste. in Cõi Dedicationis Eccle. f. 503. cum commem. S. Theodoti marty. Et dicitur Credo.

Deus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circumdas & protegis: præsta nobis, ex ei⁹ imitatione proficere, & oratione fulciri. Per **Secreta.**

Suscipe Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: & intercedente beato Theodoro martyre tuo per hæc pie deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dominum. **Postcõmun.**

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedente beato Theodoro martyre tuo: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

SANCTORVM MARTY.

Tryphonis, Respicij, & Nymphæ virginis. Introitus.



Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. **Psal. Be**

nedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

Glória Patri. Oratio.

Fac nos, quæsumus Domine, sanctorum martyrum tuorum Tryphonis, Respicij, & Nymphæ semper festa sectari: quorum suffragijs, protectionis tuæ dona sentiamus, Per Dominum.

Epitola. Non sunt condignæ.

de Comuni plurim. Marc. f. 486. Graduale. Vindica Dñe sanguinẽ sanctorum tuorum, qui effusus est. **V.** Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.

Alleluia, alleluia. **V.** Pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Alleluia.

Euangelium. **A**t tendite à fermẽto Phariseorũ. **de eodem Cõi. f. 488. Offertorium. Latamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.**

Secreta.

Mvnera tibi Dñe, nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Communio. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus. **Postcõm.**

Præsta nobis, quæsumus Dñe, intercedentibus sanctis martyribus tuis Tryphonẽ, Respicio, & Nymphæ: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

IN FESTO S. MARTINI Episcopi & conf. Introitus.



Statuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum:

Psalm. Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.

Glória Patri. Oratio.

Deus qui cõspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius: vt intercessione beati Martini cõfessoris, tui atque Pontificis, contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum.

Pro

Pro cōme. S. Mennæ mart. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui beati Mennæ martyris tui natalitia cōlimus: intercessione eius in tui nominis amore roborémur. Per Dominum.

Epistola. Ecce sacerdos magnus.

de comuni contē. Pont. f. 488.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

V. Non est inuentus similis illi, qui cōferuaret legem Excelsi. **Alleluia, alleluia.** **V.** Beatus vir sanctus Martinus, vrbis Turónis Episcopus, requieuit: quem suscepérūt Angeli atque Archangeli, Throni, Dominationes, & Virtutes. **Alleluia.**

Sequētia S. Euang. secundū Lucā.

In illo tēpore: Dixit Ies^{us} discipulis suis. Nemo accēdit lucernā, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra cādelabrū, vt qui ingrediūtur, lumē videāt. Lucerna corporis tui, est ōculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuū lucidū erit. Si autē nequā fuerit, etiā corpus tuū tenebrosū erit. Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo totū corpus tuū lucidū fuerit, nō habēs aliquā partē tenebrarū, erit lucidū totū: & sicut lucerna fulgōris illuminabit te.

Oratorium. Veritas mea, & misericordia mea cū ipso: & in nomine meo exultabit cornu eius. **Secr.**

DA, misericors De^{us}: vt hæc nos salutaris oblatio & à proprijs reatibus indefinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per.

Pro S. Menna mart. Secreta.

Muneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis, & cælestibus nos mūda mysterijs, & clemēter exaudi. Per Dñm.

Communio. Beatus seruus, quem

cū venerit dñs, intēnerit vigilantē: amē dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. **Postcommun.**

Præsta quæsumus, Domine Deus noster: vt quorum festiuitate votiuā sunt sacramenta, eorum intercessione salutaria nobis reddantur. Per Dominum.

Pro S. Menna mart. Postcommun.

DA, quæsumus Domine Deus noster: vt sicut tuorum cōmēmoratione Sanctorum, temporāli gratulamur officio: ita perpetuō lætēmur aspectu. Per Dñm.

IN FESTO S. MARTINI Die xij.

papæ & martyri. Introitus.



Sacerdotes Dei benedicite Dominum: sancti, & hūmiles corde laudate Deum. **Psal.**

Dan. 3.

Benedicite omnia,

Ibidē.

opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

V. Gloria Patri. **Oratio.**

DEus, qui nos beati Martini martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalitia cōlimus, de eiusdem etiam protectio ne gaudeamus. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Petri Apostoli.

Charissimi. Cōmunicātes Christi passionibus, gaudete: vt & in reuelatione gloriæ ei^{us} gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: qm̄ quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescit. Nemo autē vestrum patitur vt homicida, aut fur, aut maledic^{us}, aut alienorū appetitor. Si autē vt Christianus: nō erubescat, glorificet autem Deū in isto nomine. Quoniam tempus est, vt incipiat

iudiciū à domo Dei. Si autem primum à nobis : quis finis eorū , qui non credunt Dei Euangelio ? Et si iust⁹ vix saluabitur : impius & peccator vbi parēbunt ? Itaque & hi qui patiūtur secundū voluntatem Dei: fidei creatori cōmendent animas suas in benefactis. **Graduale.**

Ps. 8. **G**loria & honore coronasti eum.

V. Et constituisti eum super opera manuum tuarum , Domine. **A**lleluia , alleluia. **V.** Hic est sacerdos , quem coronauit Dominus. **Allel. Euangelium.** Si quis venit ad me-

de Comuni vnus Marty. f. 474.

Psal. 83. **Offertorium.** Inueni Dauid seruū meū , oleo sancto meo vnxi eū : manus enim mea auxiliābit ei , & brachium meū confortabit eum. **Sec.**

Mvnera tibi Domine dicata sanctifica : & intercedente beato Martino martyre tuo atque Pontifice per eādem nos placatus intende. Per Dominum.

Ps. 120. **Communio.** Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. **Postcommun.**

Hæc nos cōmunio , Domine , purget à crimine & intercedēte beato Martino martyre tuo atq. Pontifice , celestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

Dic xvij. **IN FESTO S. GREGORII Thaumaturgi Episcopi & confessoris. Introitus.**

Eccl. 41. **T**atuit ei Dominus testamentum pacis , & principem fecit eū : vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. **Psal.**

Psal. 131. **M**emento Dñe Dauid : & omnis māsuētudinis eius. **V.** **Glor. Ofo.**

Da , quęsumus oīpotens Deus : vt beati Gregorij confessoris

tui atque Pontificis veneranda solemnitas , & deuotionem nobis augeat , & salutem. Per Dominum.

Epitola. Ecce sacerdos magnus. **de Comuni confess. Pont.** f. 488.

Graduale. Ecce sacerdos magnus , qui in diebus suis placuit Deo.

V. Non est inuentus similis illi , qui conseruaret legē Excelsi. **A**lleluia , allel. **V.** Tu es sacerdos in æternū , secundū ordinē Melchisedech. **All.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

In illo tēpore : Dixit Iesus discipulis suis. Habēte fidē Dei. Amē dico vobis , quia quicumque dixerit huic mōti : Tollere & mittere in mare : & non hæsītauerit in corde suo , sed crediderit , quia quodcūque dixerit , fiat : fiet ei. Propterea dico vobis : omnia quęcūque orantes pētitis , credite quia accipietis , & euenient vobis. **Offertorium.**

Inueni Dauid seruum meum , oleo sancto meo vnxi eum : manus enim mea auxiliabitur ei , & brachium meum confortābit eum. **Secreta.**

Sancti tui , q̄s Dñe , nos vbique slatificent : vt dum eorū merita recōlimus , patrociniā sētiamus. **p.**

Comun. Fidelis seruus & prudēs , quem constituit dominus super familiam suam : vt det illis in tempore tritici mensuram. **Postcommun.**

Praesta q̄s omnipotens Deus , vt de perceptis munērib⁹ gratias exhibentes , intercedēte beato Gregorio confessore tuo atque Pontifice , beneficia potiora sumām⁹. Per.

¶ In Dedicatione Basilicę SS. Apostolorū Petri & Pauli, Missa. Terribilis est locus iste. **in Cōi dedicat. Ecclesiz.** f. 503. **Et dicitur Credo.**

¶ S. Pontianij Papæ & mart. Missa. Statuitei Dñs. **de Comuni vnus mar-**

marty. fol. 475. **Euangelii.** Nihil opertum de eodem Cōi. fol. 477. **In festo Præsentationis B. Marię virginis, Missa.** S. alue sancta parēs. vt in Missis votiuus eiusdē a Pentecoste vsque ad Aduentum, fol. 517. **pter Oratiōē.** Et dicitur **C**redo. & **Præfatio de B. Maria,** Et te in Præsentatione. fol. 225. **Oratio.**

Deus, qui beatam Mariam semper virginem, Spiritus sancti habitaculū, hodierna die in tēplo p̄sentari voluisti: p̄stta quęsumus, vt eius intercessione, in templo glorię tuę p̄sentari mereamur. Per Dñm, in vnitate eiusdem Spiritus.

IN FESTO S. CÆCILIÆ
virg. & mart. **Introitus.**



Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non cōfundēbar: & meditābar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. **Psal.** **B**eati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui nos annua beatę Cęcilię virginis & martyris tuę solemnitate lætificas: da, vt quā venerāmur officio, etiam pię conuersationis sequāmur exemplo. Per.

Lectio libri Sapientię.

Domine Deus me⁹ exaltaſti super terrā habitationē meā, & pro morte defluēte deprecata sum. Inuocaui Dñm patrē Dñi mei, vt nō derelinquat me ī die tribulationis meę, & in tēpore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuū assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Liberaſti me de perditione, & eripuisti me de tēpore iniquo. Propterea confitebor tibi, & laudē dī-

cam nomini tuo, Dñe Deus noster. **Graduale.** **A**udi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex speciem tuam. **v.** Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere p̄cede, & regna. **A**lleluia, alleluia. **v.** Quinque prudētes virgines accēperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autē nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Dño. Alleluia. **S**equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hęc. Simile est regnum cælōrū decem virginibus: q̄ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponse. Quinque autem ex eis erant fatuę, & quinque prudētes. Sed quinque fatuę, acceptis lampadibus nō sum p̄serunt oleum secum. Prudētes vero accēperunt oleū in vasis suis cū lampadibus. Moram autē faciente sp̄so, dormitauerūt omnes, & dormierunt. Media autē nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerūt omnes virgines illę, & ornauerunt lampades suas. Fatuę autem sapientibus dixerūt. Date nobis de oleo vestro: quia lāpades nostrę extinguntur. Responderunt prudentes, dicētes. Ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendētes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quę paratę erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime vero veniunt & reliquę virgines, dicētes. Dñe, Dñe aperi nobis. At ille respōdens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. **Vigilate** itaque, quia nescitis diem, neque horam. **Offertor.** **A**fferētur Regi virgines post eam: Psal. 44.

proximæ eius afferentur tibi in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regi Domino. *Secreta.*

Hæc hœstia, Domine, placatio nis & laudis, quæsumus: vt intercedente beata Cæcilia virgine & martyre tua, nos ppitiatione tua dignos semper efficiat. Per Dñm.

Psal. 118. **Communio.** Confundatur superbi, quia iniuste iniquitatē fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis iustificationib⁹, vt non confundar. *Postcommunio.*

Satisti Dñe familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos resoue, cuius solemnia celebramus. Per Dñm.

Dic. 111. **IN FESTO S. CLEMENTIS**

Papæ & mart. Introitus.

Ex 11. 59. & 57. **D**icit Dominus: sermones mei, quos dedi in os tuum, nō deficient de ore tuo: & munera tua accepta erunt super altare meum. *Psal. 111.*

Psal. 111. **B**eatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis. *V.* Gloria. *Oratio.*

Deus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atq. Pōtifis solēnitare latificas: cōcede ppitius: vt cuius natalitia cōlim⁹, vir tutē quoq. passionis imitemur. *p.*

Pro cōme. S. Felicitatis mart. Oro.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt beatæ Felicitatis martyris tuę solemnia recensentes, meritis ipsius protegāmur, & precib⁹.

Tertia Oratio. A cunctis. fol. 296.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Philippenfes.

Phil. 3 d. **F**ratres. Imitatores mei estote: & obseruate eos, qui ita ambulat, sicut habetis formā nostrā. Multi enim ambulāt, quos sæpe dicebā

vobis (nunc autē & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorū deus, vëter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiūt. Nostra autē conuersatio in cælis est: vnde etiam saluatorem expectamus Dñm nostrum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cōfigurātū corpori claritatis suę, secundū operationē, qua possit etiam subijcere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic stete in Dño charissimi. Euodiam rogo, & Syntychen deprecor, id ipsum sapere in Dño. Etiā rogo & te germane compar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in euangelio cū Clemēte, & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sūt in libro vitæ.

Graduale. Iurauit Dominus, & nō penitebit eū: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. *V.* Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis. *A.* Alleluia, alleluia. *V.* Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus. *Alleluia.* *Euangeliū.* *V.* Igitale, quia nescitis.

de communi confess. Pont. f. 490.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cū ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Secreta.*

Pro S. Felicitate. Secreta.

Vota populi tui, Dñe, ppitiat⁹ intēde: & cui⁹ nos tribuis solēnia celebrare, fac gaudere suffragijs. *Tertia, Exaudi nos. fol. 297.*

Communio. Beatus seruus quem cū vënerit dominus, inuënerit vigilan-

gilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommun.

Corporis sacri, & pretiosi sanguinis repleti libamine, quæsumus Domine Deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atque Pontifice, certa redemptione capiamus. Per eundem Dominum.

Pro S. Felicitate. Postcommun.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt intercedentibus sanctis tuis, & tua in nobis dona multiplicas, & tempora nostra disponas.

Tertia, Mundet & maniat. f. 297.

¶ **S. Chrysogoni martyris. Missa.**

In virtute tua. **de Communi vnus**

Marty. fol. 475. **præter Orationes,**

quæ dicuntur vt infra. Oratio.

Adesto Domine supplicationi bus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per Dominum.

Secreta.

Oblatis quæsumus Domine placare muneribus: & intercedente beato Chrysogono martyre tuo, à cunctis nos defende periculis.

Per Dominum. **Postcommunio.**

Tvi, Domine, perceptione sacramenti, & à nostris mundemur occultis, & ab hostibus liberemur insidijs. Per Dominum.

IN FESTO S. CATHARINÆ

Virginis & Martyris.

Introitus.

Quæbar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundar: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis.

Psal. B. eati immaculati



in via: qui ambulat in lege Domini. ¶ **Gloria Patri. Oratio.**

Deus, qui dedisti legem Moyse in summitate montis Sinai, & in eodem loco per sanctos Angelos tuos corpus beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ mirabiliter collocasti: præsta quæsumus: vt eius meritis & intercessione, ad montem qui Christus est, peruenire valeamus. Per eundem Dominum.

Epistola. Confitebor tibi Domine. **de Communi vniq. & marty.** f. 496.

Graduale. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem. ¶ **Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.** ff 44

Alleluia, alleluia. ¶ **Adducuntur Regi virgines post eã, proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Alleluia.** ibid.

Euang. Simile est regnũ cælorum. **de eodem Communi.** fol. 497.

Offertorium. Afferentur Regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia & exultatione, adducuntur in templum Regi Domino. **Secreta.** ibid.

Suscipe Domine, munera, quæ in beatæ Catharinæ virginis & martyris tuæ solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

Communio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatẽ fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercëbar, in tuis iustificatiõibus, vt non confundar. **Psal. 118.**

Postcommun.

Avxiãtur nobis Dñe, sumpta mysteria: & intercedente beata Catharina virgine & martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum.

¶ **S. Petri Alexandrini Episcopi & marty. Missa. Statuit ei Dominus. de Cõi vnus marty. Pontifi.** f. 474. Die xvvi.



COMMUNE SANCTORVM.

IN VIGILIA VNIVS

Apostoli. Introitus.



Go autem sicut oliua
fructifera in domo Do
mini, speravi in miseri
cordia Dei mei: & ex
pectabo nomen tuum,

quoniam bonum est ante conspe
ctum sanctorum tuorum. *Psalms.*

Quid gloriaris in malitia: q̄ potēs
es in iniquitate? *V. Gloria. Ofo.*

DA quæsumus omnipotēs De⁹:
vt beati *N.* Apostoli tui, quā
præuenimus, veneranda solemnitas,
& deuotionem nobis augeat,
& salutem. Per Dominum.

Lectio libri Sapientia.

Benedictio Domini sup̄ caput
iusti. Ideo dedit illi Dominus
hereditatem, & diuisit partem in
tribubus duodecim: & inuenit gra
tiā in conspectu oīs carnis. Et ma
gnificauit eum in timore inimico
rum: & in verbis suis monstra
cauit. Glorificauit eum in cōspectu
regum: & ostendit illi gloriam
suam. In fide & lenitate ipsius san
ctum fecit illum: & elēgit eum ex
omni carne. Et dedit illi corā præ
cepta, & legem vitę & discipline: &
excelsum fecit illum. Statuit illi te
stamentum æternum: & circūcin
xit eum zona iustitiæ: & induit eū
Dominus coronam glorię. *Gradu.*

Iust⁹ vt palma florebit: sicut cedr⁹
Libani multiplicabit in domo Dñi.
Ad annūtiandū mane misericor
diā tuam, & veritatē tuā per noctē.

Sequentia sancti Euangelij secun
dum Ioannem.

IN illo tēpore: Dixit Iesus disci
pulis suis. Hoc est præceptum
meum: vt diligatis inuicē, sicut di
lexi vos. Maiorem hac dilectionem
nemo habet: vt animam suam po
nat quis pro amicis suis. Vos ami
ci mei estis: si feceritis, quę ego præ
cipio vobis. Iā nō dicā vos seruos:
quia seruus nescit quid faciat Dñs
eius. Vos autē dixi amicos: quia oīa
quęcūque audiui a Patre meo, nota
feci vobis. Non vos me elegistis:
sed ego elegi vos: & posui vos, vt ea
tis, & fructū afferatis, & fructus ve
ster maneat: vt quodcumq; petierit
tis Patrem in noīe meo, det vobis.

Offert. Gloria & honore coronasti
eum: & constituisti eum super ope
ra manuum tuarum, Dñe. *Secreta.*

Apostolici reuerentia culminis
offerētes tibi sacra mysteria,
Domine quæsumus: vt beati *N.*
Apostoli tui suffragijs, cuius natali
tia præuenimus, plebs tua semper
& sua vota deprōmat, & desiderata
percipiat. Per Dñm. *Communio.*

Magna est gloria eius in salutari
tuo: gloriam, & magnum decorem
imponens super eū, Dñe. *Postcō.*

SAucti Apostoli tui *N.* quimus
Domine, supplicatione placat⁹
& veniam nobis tribue, & remedia
sempiterna concede. Per Dominū.

In natalitijs Apostolorum &
Euangelistarum, omnia vt suis
casibus proprijs sanctorum.

COM-

COMMUNE VNIVERSUS

Mart. Pont. Introitus.

Tatuuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.



Psal. Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.

V. Gloria Patri.

Oratio.

Infirmittatem nostrã respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati **N.** martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per.

Lectio Epistolæ B. Iacobi Apostoli.

Charissimi. Beatus vir, qui suffert tẽtationem: quoniam cũ probatus fuerit, accipiet coronã vitæ: quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat quoniã a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autẽ neminem tentat. Vnusquisque vero tentatur, a concupiscentia sua abstractus, & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortẽ. Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descẽdens a patre luminũ: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliquod creaturæ eius.

Graduale.

Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vñxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo: & fili⁹ iniquitatis nõ nocẽbit ei. **A**lleluia, al-

leluia. **V.** Tu es sacerdos in æternũ, secundũ ordinẽ Melchisedech. **All.**

Post Septuagesimã omisissis, Alle.

& versu sequenti, dicitur Tractus.

Desideriũ animæ eius tribuisti ei:

& voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eum. V. Quoniam preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis.

V. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrẽ, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam: nõ potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me: nõ potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiẽdum: ne, posteaquam posuerit fundamẽtũ, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cũ decẽ millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui nõ renuntiat omnibus quæ possidet: nõ potest meus esse discipulus.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Hostias tibi Domine, beati **N.** martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume:

& ad perpetuum nobis tribue pro-
uenire subsidium. Per Dominum.

Cōmunio. Semel iuravi in sancto
meo: semē eius in æternū manebit:
& sedes eius sicut sol in conspectu
meo, & sicut luna perfecta in æter-
nū, & testis in cælo fidelis. **Postcō.**

Refecti participatione mūne-
ris sacri, quęsumus Dñe Deus
noster: vt, cuius exequimur cultū,
intercedēte beato **N.** martyre tuo
atque Pontifice, sentiāmus effe-
ctum. Per Dominum nostrum.

DE EODEM COMMUNI

alia Missa. **Intrōitus.**

Sacerdotes Dei benedi-
cite Dominum: sancti
& hūmiles corde lau-
date Deum. **Psal.** Benedi-
cite omnia opera
Domini Domino: laudate & su-
perexaltate eum in sæcula. **V.** Glo-
ria Patri.

Oratio.

Deus, qui nos beati **N.** marty-
ris tui atque Pōtificis annua
solemnitate lētificas: concede pro-
pitiū: vt cuius natalitia cōlimus,
de eiusdem etiā protectione gau-
deamus. Per Dominum.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli
ad Corinthios.

Fratres. Benedictus Deus, &
Pater Dñi nostri Iesu Christi:
pater misericordiarum, & Deus to-
tius cōsolationis: q̄ consolatur nos
in omni tribulatione nostra: vt p̄f-
simus & ipsi consolari eos, qui in
omni pressura sunt, per exhortatio-
nē, qua exhortamur & ipsi à Deo.
Quoniā sicut abundant passiones
Christi in nobis: ita & per Christū
abundat cōsolatio nostra. Siue aut̄
tribulamur, p̄ vestra exhortatione
& salute: siue cōsolamur, p̄ vestra

consolatione: siue exhortamur pro
vestra exhortatione & salute: quę
operat̄ tolerantiā earūde passionū,
quas & nos p̄timur: vt spes n̄ra fir-
ma sit pro vobis: scientes quā sicut
focij passionū estis: sic eritis & con-
solationis in Ch̄ro Iesu Dño n̄ro.

Graduale. Gloria & honore coro-
nasti eum. **V.** Et constituisti eū su-
per opera manū tuarū, Dñe. **A.** Al-
leluia, all. **V.** Hic est sacerdos, quē
coronauit Dominus. Alleluia.

Post Septuagesimā omisissis, Allel.
& versu sequenti, dicitur **Tractus.**

Beatus vir, qui timet Dominū: in
mandatis eius cupit nimis. **V.** Po-
tens in terra erit semen eius: gene-
ratio rectorū benedicetur. **V.** Glo-
ria & diuitiē in domo eius: & iusti-
tia eius manet in sæculum sæculi.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus disci-
pulis suis. Si quis vult venire post
me, abneget semetipsum, & tollat
crucem suam, & sequatur me. Qui
enim voluerit animā suam saluam
facere, perdet eam. Qui autē per-
diderit animā suā p̄pter me, inue-
niet eā. Quid enim p̄dest homini,
si vniuersum mundū lucrētur, ani-
mæ vero suę detrimentū patiat̄ur?
Aut quam dabit homo commuta-
tionem pro anima sua? Filius enim
hominis venturus est in gloria Pa-
tris sui cū Angelis suis: & tunc red-
det vnicuique secundū opera eius.

Oster. Inueni Dauid seruū meum,
oleo sancto meo vnxi eum: manus
enim mea auxiliabitur ei, & bra-
chium meū confortabit eum. **Secr.**

Mvnera tibi Dñe dicata san-
ctifica: & intercedente bea-
to **N.** martyre tuo atque Pōtifice,
per eadē nos placatus intēde. Per.

Pf. 20 **Communio.** P osuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso.

Postcommunio.

HÆc nos cōmunio, Domine, purget à crimine: & intercedete beato **N.** martyre tuo atque Pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

Epistolæ & Euangelia pro Pontifice & martyre assignata, legi possunt etiã pro Martyre non Pont. Et que infra habentur de Mart. nō Pōt. etiã pro Mart. Pont. Et similiter quæ in vna Missa de eodē cōi ponunt, dici possunt in alijs Missis de eodē Cōi.

**COMMUNE VNIVS
Mart. non Pont. Introitus.**

Pf. 20.



N virtute tua, Domine, lætabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius

Ibid.

tribuisti ei. **Psal.** **Q**uoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **v.** **Glor. Oro.** **P**ræsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui beati **N.** martyris tui natalicia cōlinus, intercessione eius in tui nominis amore roborémur. Per Dominum nostrum.

L. ectio libri Sapientia.

Sap. 10 b

Istum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum, adfuit illi: & honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illum: & certamē forte dedit illi, vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hęc verditum iustum non dereliquit: sed a pec-

catoribus liberauit eum. Descenditque cum illo in foueam: & in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, & potetiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit, qui maculauerunt eum: & dedit illi claritatem æternam, Dominus Deus noster.

Grad. Beatus vir q̄ timet Dñm, in mādatis ei⁹ cupit nimis. **v.** Potēs in terra erit semē eius: generatio rectorū benedicetur. **A**lleluia, alleluia. **v.** Posuisti Dñe super caput ei⁹ coronā de lapide pretioso. Alleluia.

Post Septuag. omīssis Allelu. & versu sequenti, dī Traç. **D**esiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorū ei⁹ non fraudasti eum. **v.** Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. **v.** Posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide pretioso. **S**equentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominē aduersus patrem suum, & filiā aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem, aut matrē plus quam me: non est me dignus. Et qui amat filiū, aut filiā super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suā & sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animam suā perdet eā: & qui perdidit animā suā propter me, inueniet eā. Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit me, recipit eum, qui me misit. Qui recipit prophetā in nomine prophete, mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti: mercedē iusti accipiet.

piet. Et quicumque potū dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. **Offertorium.**

Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine. **Secreta.**

Muneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clemēter exaudi. Per Do.

Cōmun. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucē suam, & sequatur me. **Pōtcom.**

DA, quæsumus Domine Deus noster: vt, sicut tuorum commemoratione Sanctorum, temporalis gratulamur officio: ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dñm.

DE EODEM COMMVNI
alia Missa. Introitus.



Ætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. **Psal.**

Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

v. Gloria Patri. **Oratio.**

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt intercedēte beato N. martyre tuo, & à cupētis aduersitatibus liberēmur in corpore, & à prauis cogitationibus mundēmur in mente. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

Charissime. Memor esto, Dominum Iesum Christū resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundū Euangelium meū, in quo laboro vsq. ad vincula; quasi male operās: sed verbum Dei non est al-

ligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutē consequantur, quæ est in Christo Iesu, cū gloria cælesti. Tu autem affecutus es meam doctrinam, institutionē, propositum, fidem, dōganimitatē, dilectionem, patientiam, persecutiones. passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris: quales psecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me Dñs. Et oēs q. volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. **Grad.**

Iustus cū ceciderit, nō collidetur: quia Dñs supponit manum suam. **Psal.**

v. Tota die miseretur, & cōmodat: & semen eius in benedictione erit. **A**lleluia, allel. **v.** Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ æternæ. Alleluia. **Ioan.**

Post Septuagesimā omisiss, Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Beatus vir, qui timet Dominū: in mādati eius cupit nimis. **v.** Potēs in terra erit semen eius; generatio rectorum benedicetur. **v.** Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi. **Psal.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Nihil opertum, quod non reueletur: & occultum, quod nō sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autē non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest & animā & corpus perdere in gehennam. Nōne duo passeres affe veneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autē capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere.

Cap. 3. b

Psal. 36.

Ioan. 8.

Psal. 111.

Matt. 10. d

timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus: confitebor & ego eum corā Patre meo, qui in cælis est. *Offertorium.*

Pf. ac. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitā petijt a te, & tribuisti ei, allelu. *Secr.*

Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra deuotio: & ei⁹ nobis fiat supplicatione salutaris, p cui⁹ solēnitate defertur. Per. *Communio.* Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. *Postcommun.*

Ioan.
11.

Refecti participatione muneris sacri, quæsum⁹ Dñe, Deus noster: vt cuius exequimur cultū, intercedēte beato *N.* martyre tuo, sentiamus effectū. Per Dominum. *Item alię Epistolę, & Euangelium, in Comuni vnius Martyris.*

Leſtio Epist. B. Iacobi Apostoli.

Iac. r.

Charissimi. Omne gaudiū exiſtimate, cū in tentationes varias incidēritis: ſciētes, quòd probatio fidei veſtrę patiētiã operatur. Patientia autē opus perfectum habeat: vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluēter: & non impropere: & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vēto mouetur, & circumfertur. Non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino. Vir duplex animo, incōſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Glorietur autē frater hūmilis, in exaltatione ſua: diues autē, in humilitate ſua, quoniam ſicut flos ſceni trāſibit. Exortus eſt enim ſol cum ardore, & arefecit ſenū, & flos eius

décidit, & decor vultus eius deperijt: ita & diues in itinēribus ſuis marceſcet. Beatus vir, q̄ ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronā vitæ: quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Leſtio Epistolę Beati Petri Apostoli.

Charissimi. Communicantes Chriſti paſſionibus, gaudēte: vt & in reuelatione glorię eius gaudētis exultātes. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quā qđ eſt honoris, glorię, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus, ſup vos requieſcit. Nemo autem veſtrū patiat̄ vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor. Si autem vt Chriſtianus: non erubeſcat, glorificet autem Deum in illo nomine. Quoniam tempus eſt, vt incipiat iudiciū à domo Dei. Si autem primū à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Et ſi iuſtus vix ſaluabit: impius & peccator vbi parēbunt? Itaq. & hi qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, ſideli creatori commendent animas ſuas in benefactis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

In illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen, amen dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terrā, mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si autem mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat animam ſuam perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cultōdit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eum Pater meus, qui eſt in cælis.

Ioan.
12. d

COMMUNE MARTYRVM
tempore Paschali scilicet a Domi-
nica in Octaua Paschæ, vsque ad
Vigiliam Pentecostes.

De vno Martyre. Introitus.

Rotexisti me Deus, a
conuentu malignan-
tium, alleluia: a multi-
tudine operantium ini-
quitatē, alleluia, allel.

Psal. Exaudi Deus orationem meā
cū deprecor: a timore inimici eri-
pe animam meā. **V.** Gloria Patri.

Pro martyre & Pontifice. Oratio.

Infirmi-
tatem nostrā respice om-
nipotens Deus: & quia pondus
propriæ actionis grauat, beati
martyris tui atque Pontificis inter-
cessio gloriosa nos protegat. Per.

Pro Martyre Pontif. alia Oratio.

Deus, qui nos beati **N.** marty-
ris tui atque Pontificis annua
solemnitate lætificas: cōcede propi-
tius: vt cuius natalitia colimus,
de eiusdem etiā protectione gau-
deamus. Per Dominum nostrum.

Pro Martyre tantum. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens
Deus: vt qui beati **N.** martyris
tui natalitia colimus: intercessione
eius in tui nominis amore robore-
mur. Per Dominum.

Pro Martyre tantum, alia Oratio.

Præsta q̄s omnipotens Deus: vt
intercedēte beato **N.** martyre
tuo, & a cūctis aduersitatibus libe-
remur in corpore, & a prauis cogi-
tationib⁹ mūdēmur in mente. Per.

Lectio libri Sapientiæ.

Stabant iusti in magna constan-
tia aduersus eos, qui se angustia
uērunt, & qui abstulerunt labores
eorum. Vidētes turbabūtur timo-
re horribili, & mirabūtur ī subita-

tionē in speratē salutis, dicētes in tra-
se, penitentiā agentes, & præ angus-
tia spiritus gemētes. Hi sunt, quos
aliqñ habuim⁹ in derisū, & in simi-
litudinē improperij. Nos insēfati,
vitā illorū æstimabamus infaniā: &
finē illorū sine honore. Ecce, quo-
modo cōputatis sūt inter filios Dei,
& inter sanctos fors illorum est.

**Vel Epiſtola beati Pauli Apostoli
ad Timotheum. Memor esto. vt
sup. in Communi vnus Martyr. ex
tra tempus Paschale. f. 477. Alle-
luia, alleluia. V. Cōfitebuntur cæli**
mirabilia tua Domine, etenim ve-
ritatē tuam in ecclesia sanctorum.
Alleluia. **V.** Posuisti Domine su-
per caput eius coronam de lapide
pretioso. Alleluia.

**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Ioannem.**

In illo tēpore: Dixit Iesus disci-
pulis suis. Ego sum vitis vera: &
Pater meus agricola est. Omnem
palmitem, in me non ferentem fru-
ctum, tollet eum: & omnē qui fert
fructum, purgabit eum, vt fructum
plus afferat. Iam vos mundi estis
propter sermonē, quē locutus sum
vobis. Manēte in me: & ego in vo-
bis. Sicut palmes non potest ferre
fructum a semetipso, nisi manserit
in vite: sic nec vos, nisi in me man-
seritis. Ego sū vitis: vos palmites.
Qui manet in me, & ego in eo, hic
fert fructum multum: quia sine
me nihil potestis facere. Si quis in
me non māserit: mittetur foras si-
cut palmes, & arefcet, & colligent
eum, & in ignem mittent, & ardet.
Si manseritis in me, & verba mea
in vobis māserint: quodcumque
voluēritis, petētis, & fiet vobis.

Offer. Confitebūtur cæli mirabilia
tua Domine, & veritatem tuam.

in ecclesia sanctorum, alleluia, allel.

Pro martyre & Pontifice. Secreta.

Hostias tibi Domine, beati **N.** martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum.

Pro Martyre Pontif. alia Secreta.

Mvnera tibi Dñe, dicata sanctifica: & intercedete beato **N.** martyre tuo atque Pōtifice: per eadem nos placatus intende. Per.

Pro Martyre tantum. Secreta.

Mvneribus nostris, quesumus Domine, precibusque susceptis, & celestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per Dñm.

Pro Martyre tantum, alia Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo, Domine, nostra deuotio: & eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solenitate defertur. Per Dominum nostrum.

Cōmun. Lætabitur iustus in Dño, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Pro Martyre & Pontifice. Postcō.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus Dñe Deus noster: vt cuius exequimur cultū, intercedente beato **N.** martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

Pro Marty. & Pontif. alia Postcōm.

Hæc nos cōmunio, Domine, purget à crimine: & intercedente beato **N.** martyre tuo atque Pontifice, celestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

Pro Mart. tantum. Postcommun.

DA, quæsumus Domine Deus noster: vt, sicut tuorum commemoratione sanctorum, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lætemur aspectu. Per Dominū.

Pro Mart. tantum, alia Postcōm.

Refecti participatione muneris sacri, q̄s Domine Deus noster: vt, cuius exequimur cultū, intercedente beato **N.** martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dñm.

Epistola & Euangelium supradictæ Missæ, dicuntur etiā in sequenti Missa: & quæ in sequenti habentur, dici possunt in superiori.

D E P L V R I B V S

Martyr. tempore Pasch. Intr.



Antici tui Domine, benedicent te: gloriam regni tui dicent, alleluia, alleluia. **Psalm.**

Psal.
144

Exaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. **V.** Gloria Patri.

ibide.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Oratio.

Beatorum martyrum, pariterque Pontificum **N.** & **N.** nos, quesumus Dñe, festa tueantur, & eorum commendet oratio veneranda. Per.

Pro pluribus Martyr. tantum. Oŕo.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum **N.** & **N.** natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Pro pluribus Martyr. alia Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum **N.** & **N.** solemnitate lætificas: cōcede propitius: vt quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Do. **Lectio Epistolæ B. Petri Apostoli.**

Benedictus Deus, & pater Dñi nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in sp̄e viuā, per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis, in

1. Pe.
1.

here-

hereditatem incorruptibilē, & incontaminatam, & immarcescibilē, cōseruatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tēpore nouissimo. In quo exultabitis, modicū nunc si oportet contristari in varijs tētationibus: vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, qđ per ignē probatur, inueniatur in laudem, & gloriā, & honorē, in reuelationē Iesu Christi Dñi nostri.

Alleluia, alleluia. *ψ.* Sancti tui Domine flore bunt sicut lilium, sicut odor balsamierunt ante te. Alleluia. *ψ.* Pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcūque volueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus: vt fructum plurimum afferatis: & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis: vt gaudium meū in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

Offertorium.

Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia.

M. N. R.

Pro pluribus Marty. Pont. Secreta.

Adedo Dñe supplicationibus nostris, quas in Sanctorū tuorum cōmemoratione deferimus: vt qui nostræ iustitiæ fiduciam nō habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per Dominū.

Pro pluribus Mart. tantum. Secret.

Mvnera tibi Dñe, nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro cūctorum tibi grata sint honore iustorum: & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Pro pluribus marty. alia Secreta.

Oblatis, q̄sumus Dñe, placare muneribus, & intercedētibus sanctis martyribus tuis **N. & N.** a cunctis nos defende periculis. Per Cōmun. Gaudete iusti in Dño, alleluia, rectos decet collaudatio, all.

Pl. 32.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Postcommun.

Quesumus Dñe, salutaribus repleti mysterijs: vt quorum solemnia celebramus, eorū orationibus adiuuemur. Per Dominum.

Pro pluribus Martyribus tantum. Postcommun.

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis **N. & N.** vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Pro pluribus Marty. alia Postcōm.

Hæc nos cōmunio, Domine, purget a crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis **N. & N.** cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

In Commune Martyrum tempore Paschali, alia Epistola, & Euang.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

In diebus illis. Post hæc ego Ioānes audiui quasi vocem turbarū ^{Apoc. 19.}

H h

mul-

multarū in celo, dicentiū: Alleluia. Salus, & gloria, & virt^o Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, que corrupit terram in prostitutione sua: & vindicauit sanguinē feruorum suorū de manibus eius. Et iterum dixerūt: Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderūt seniores viginti-quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deū sedentem super thronum, dicētes: Amen, alleluia. Et vox de throno exiuit, dicēs. Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius: & qui timētis eum, pusilli & magni. Et audiui quasi vocē turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorū, dicentiū, Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerūt nuptiæ Agni, & vxor eius preparauit se. Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendēti & candido. Byssinum enim, iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi. Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.

Sequētia S. Euang. secūdū Ioannē.

Ican.
26. d.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Amē amē dico vobis: quia plorabitis & flebitis vos, mūdus autem gaudebit: vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Mulier cum parit, tristitiā habet, quia venit hora eius: cum autē peperit puerum, iam non memini pressuræ propter gaudiū, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis. iterum autē videbo vos, & gaudebit cor vestrū: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

In Communi Confessorum, & Virginum, & in alijs Missis tempore Paschali, omnia dicuntur vt infra, addito in Introitu ante Psalmū duplici Alleluia, & in fine Offertorij & Communionis vno Alleluia, vbi non habetur: & omisso Graduali, dicuntur duo versus cum quatuor Alleluia, vt suis locis ponitur.

COMMUNE PLVR. MARTY.
extra temp. Pasch. Introitus.



Ntret in conspectu tuo PC. 78.

Domine gemitus compeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindi-

ca sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **Psal.** Deus venerunt gentes in hereditatē tuam, polluērunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. **V. Gloria Patri.** (bide)

Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Oratio.

Beatorū martyrum, pariterque Pontificū **N.** & **N.** nos quæsumus Dñe, seita tueantur: & eorum commendet oratio venerāda. **Per.**

Si non fuerint Pontifices, dicitur Oratio vt in sequenti Missa.

Lectio libri Sapientiæ.

Iustorū animæ in manu Dei sūt: & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientiū mori: & est imata est afflictio, exit^o illorū: & qd̄ a nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormēta passi sunt: spes illorū immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniā Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tāquam aurum in fornace probauit illos: & quasi holocausti hostiā (sap.)
acce-

accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tamquam scintille in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Graduale. Gloriosus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. *V.* Dexterā tuā Domine, glorificata est in virtute: dextera manū tuā cōfregit inimicos.

Alleluia, alleluia. *V.* Corpora sanctorū in pace sepulta sūt: & nomina eorum viuunt in generatione & generationem. Alleluia.

Post Septuagesimam omisso Alle. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. *V.* Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. *V.* Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cūm audieritis prelia & seditiones, nolite terreri: oportet primū hæc fieri, sed nondū statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gētem: & regnum aduersus regnum: & terremotus magni erunt per loca, & pestilentie, & fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia, iniiciēt vobis manus suas, & persecuent, tradētes in synagogas & custodias, trahētes ad reges & presides propter nomē meū. Continget autē vobis in testimoniū. Pōnite ergo in cordib⁹ vestris nō premeditari quemadmodū respōdeatis. Ego enim dabo vobis os & sapiētiā: cui nō poterūt resistere & cōtradīcere omnes aduersarij vestri. Tradēmini autē parētibus & fratrib⁹, & co-

gnatis & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio oīb⁹ hominib⁹ propter nomē meū: & capillus de capite vestro nō peribit. In patientia vestra possidebitis aīas vestras.

Otertortū. *M*irabilis Deus in sanctis suis: Deus Israēl ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus, alleluia. *Secr.*

Adesto Domine, supplicationibus nostris, quas in Sāctorum tuorum cōmemoratione deferimus: vt qui noltrę iustitię fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuemur. Per Dominum nostrum.

Communio. *E*t si corā hominibus tormenta passi sunt, Deus tentauit eos: tamquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausta accepit eos. *Postcommun.*

Quæsumus Domine, salutaribus repleti mysterijs: vt quorum solemnia celebramus, eorum orationibus adiuemur. Per Dominum nostrum.

DE EODEM COMMUNI

Alia Missa. Introitus.



Sapientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nuntiet ecclesia: nomina autem eorum viuunt in sæculum sæculi. *Psal.* *E*xultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. *V.* Gloria Patri. *Oratio.*

Deus, qui nos cōcedis sanctorum martyrum tuorum *N.* & *N.* natalitia cōlere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Si fuerint Pontifices, dicatur Oratio præcedentis Missæ: quod & in sequentibus seruetur.

Lectio libri Sapientia.

Sap.
5. c.

Illi autem in perpetuum viuēt,
& apud Dñm est merces eorū,
& cogitatio illorū apud Altissimū.
Ideo accipient regnum decōris, &
diadema speciei de manu Domini,
quoniam dextera sua teget eos, &
brachio sancto suo defendet illos.
Accipiet armaturam zelus illius,
& armabit creaturā ad vltionē ini-
micorum. Induet pro thorāce iusti-
tiam: & accipiet pro gālea iudiciū
certum. Sumet scutum inexpugna-
bile, & aquitatem. **Graduale.**

Psal.
123.

Anima nostra, sicut passer, erepta
est de laqueo venātīū. **V.** Laqueus
cōtritus est, & nos liberati sumus:
adiutorium nostrum in nomine
Domini, qui fecit cælum & terram.

Psal.
67.

Alleluia, alleluia. **V.** Iusti epulen-
tur, & exultent in cōspectu Dei: &
delectentur in lætitia. Alleluia.

**Post Septuagesimā omissa Allelu-
& versu sequenti, dicitur Tractus.**

Psal.
125.

Qui seminant in lacrymis, in gau-
dio metent. **V.** Euntes ibant, & fle-
bant, mittentes semina sua. **V.** Ven-
ientes autem veniēt cum exulta-
tione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Lucam.

Luc.
6.

In illo tēpore: Descendens Iesus
de monte, stetit in loco cāpestri,
& turba discipulorū eius, & multi-
tudo copiosa plebis ab omni Iudæa
& Ierusalem, & Maritima, & Tyri
& Sidónis: qui venerant vt audirēt
eū, & sanarētur a languoribus suis.
Et qui vexabantur a spiritibus im-
mūdis, curabātur. Et omnis turba
quæ rebat eum tangere: quia virtus
de illo exibat, & sanabat oēs. Et ip-
se eleuatis oculis in discipulos suos
dicebat. Beati pauperes: quia vestrū
est regnum Dei. Beati qui nūc esu-

ratis: quia saturabimini. Beati qui
nunc fletis, quia ridebitis. Beati
eritis cū vos oderint homines, &
cum separauerint vos, & exprobra-
uerint, & eiecerint nomen vestrum
tamquam malum, propter filium
hominis. Gaudete in illa die, &
exultate: ecce enim merces vestra,
multa est in cælo. **Offertorium.**

Psa
149

Exultabūt sancti in gloria, lætabū-
tur in cubilibus suis: exaltatione
Dei in faucibus eorum, allel. **Secr.**

Mvnera tibi Domine, nostre
deuotionis offerimus: quæ &
pro tuorum tibi grata sint honore
iustorum, & nobis salutaria, te mi-
serante, reddantur. Per Dominū.

Luc
11.

Communio. Dico autē vobis ami-
cis meis: ne terreamini ab his, qui
vos persequuntur. **Postcommun.**

Præsta nobis, quæsumus Domi-
ne, intercedētibus sanctis mar-
tyribus tuis **N.** & **N.** vt quod ore
contingimus, pura mente capia-
mus. Per Dominum.

DE EODEM COMMUNI

Alia Missa. Introitus.



Malus autem iustorum a
Domino: & protector
eorum est in tempore
tribulationis. **Psal.**

Psa

Ibid

Noli emulari in mali-
gnantibus: neque zelaueris facien-
tes iniquitatem. **V.** Gloria. **Ofo.**

Deus, qui nos annua sanctorū
martyrum tuorū **N.** & **N.** so-
lénitate lætificas: cōcede propitius:
vt quorū gaudemus meritis, accen-
damur exemplis. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
ad Hebræos.

Fratres. Rememoramini pristini
nos dies: in quibus illuminati,
magnū certamen sustinuis-
tionum.

Het
10. c.

tionum. Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam & vincis compassi estis: & rapinā bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quā magnā habet remunerationē. Patiētia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei faciētes, reportetis, pmissionē. Adhuc enim modicū aliquantulū, qui vēturus est, veniet, & nō tardabit. Iustus autē meus ex fide viuit.

Graduale. **C** lamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorū liberāuit eos. **V.** Iuxta est Dominus his, qui tribulato sūt corde: & hūmiles spiritu saluabit. **A**lleluia, alleluia. **V.** Te Martyrum cādidatus laudat exercitus Domine. Alleluia.

Post Septuagesimam omisso Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. **V.** Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portātes manipulos suos.

Sequētia S. Euang. secūdū Matth.

In illo tēpore: Sedēte Iesu super montē Oliuēti, accessērūt ad eū discipuli secreto, dicentes. Dic nobis, quādo hęc erunt, & quod signum aduentus tui, & cōsummationis sęculi? Et respōdēs Iesus, dixit eis. Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sū Christ⁹: & multos seducēt. Audituri enim estis pręlia, & opīniones pręliorum. Videte, ne turbe mini. Oportet enim hęc fieri: sed nōdū est finis. Cōsurgēt enim gens

in gētem, & regnum in regnum: & erunt pestilētię, & fames, & terręmotus per loca. Hęc autem omnia, initia sunt dolorū. Tunc tradēt vos in tribulationē, & occident vos: & eritis odio omnib⁹ gētib⁹, ppter nomē meū. Et tūc scādalizabūtur multi, & inuicē tradent: & odio habebūt inuicē. Et multi pseudoprophetę surgēt & seducēt multos. Et quā abūdabit iniquitas: refrigescet charitas multorū. Qui autē pseuerāuerit vsq. in finē: hic saluus erit.

Offertorium. Iustorum animę in manu Dei sunt, & non tanget illos tormētum malitię: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace, alleluia! **Secreta.**

Oblātis, quęsumus Dñe, placare muneribus: & intercedētibus sanctis martyribus tuis **N.** & **N.** cunctis nos defende periculis. Per.

Cōmunio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dñs: & quod in aure auditis, prędicāte super tecta. **Postcommun.**

Hęc nos cōmunio, Domine, purget à crimine: & intercedētibus sanctis martyribus tuis **N.** & **N.** cęlestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

Item alię Epistolę, & Euangelię pro pluribus Martyribus.

Lectio libri Sapientię.

Reddedit Deus iustis mercēdē laborum suorum: & deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei, & in luce stellarū per noctem. Transtulit illos per mare rubrū, & transiit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorū eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorū: & decantauerunt, Domine, nomē

sanctum tuum : & victicem manum tuam laudauerunt pariter, Domine Deus noster.

Lectio Epistolæ B. Petri Apostoli ad Romanos.

Rom. 5. **F**ratres. Iustificati ex fide, pacè habeamus ad Deū per Iesum Christum Dominum nostrum: per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Nō solum autē: sed & gloriamur in tribulationibus, sciētes, quòd tribulatio patientiā operatur: patiētia autem probationē: probatio vero spem. Spes autē non cōfundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Rom. 8. c. **F**ratres. Nō sunt condignæ passionēs huius tēporis ad futurā gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationē filiorū Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nō uolens, sed propter eū qui subiecit eā in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatē gloriæ filiorū Dei. Scimus enim, quod oīs creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Nō solū autē illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habētes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionē filiorum Dei expectantes, redēptionē corporis nostri.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Cor. 6. **F**ratres. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs,

in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei: per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris: per gloriā, & ignobilitatem: per infamiā, & bonam famā: ut seductores, & ueraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce uiuimus: ut castigati, & nō mortificati: quasi tristes, semper autem gaudētes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Fratres. Sancti per fidem uicerunt regna, operati sūt iustitiā, adepti sūt repromissiones: obturauerunt ora leonū, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, cōualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello, castra uertērunt exterōrum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionē, ut meliorem inuenirēt resurrectionem. Alij uero ludibria & uerbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tētati sūt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egētes, angustiati, afflicti: quib⁹ dign⁹ non erat mundus. In solitudinibus errātes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: in Christo Iesu Dño nostro.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

In diebus illis. Respōdit vnus de senioribus, & dixit mihi. Hi, qui amictis sūt stolis albis, quod sūt, & unde uenerūt? Et dixi illi. Dñemi, tu scis.

Et dixit mihi. Hi sunt, qui uenerunt de tribulatione magna: & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in tempore eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient, neque sitient amplius: nec cadet super illos sol, neque ullus aestus. Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos: & deducet eos ad uitae fontes aquarum: & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

In illo tempore: Videns Iesus turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati estis, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint: & dixerint omne malum aduersum uos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in caelis.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

In illo tempore: Respondens Iesus, dixit. Confitetur tibi pater, domine caeli, & terrae: quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam haec sic placitum fuit ante te. Om-

nia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.

Sequentia S. Euang. secundum Lucam.

In illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudaeorum, & principibus sacerdotum. Vae uobis, qui edificatis monumenta Prophetarum: patres autem uestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum uestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, uos autem edificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas & Apostolos: & ex illis occident, & persequentur. Ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista: a sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariae, qui periit inter altare & aedem. Ita dico uobis, requiretur ab hac generatione.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes. Domine, etiam daemonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra

omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Verumtamē in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur vobis: gaudete autē, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc.
12,

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autem opertum, quod nō reuelētur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quę in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurē locuti estis in cubiculis, p̄dicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis: Ne terreāmini ab his qui occidunt corpus, & post hęc nō habēt amplius quid faciāt. Ostendam autem vobis quē timeātis. Timēte eum, qui postquā occiderit, habet potestatem mittere in gehennā. Ita dico vobis, hunc time te. Nōne quinque passerēs veniūt dīpondio: & vnus ex illis nō est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri, omnes numerāti sūt. Nolite ergo timere: multis p̄seribus pluris estis vos. Dico autē vobis: omnis quicumque cōfessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.

COMMUNE CONFESSORIS Pontific. Introitus.

Ecc.
45.



Tatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eū: vt fit illi sacerdotij dignitas in æternum. **Psal.**

Psal.
131.

Memēto Dñe David: & omnis māfuetudinis eius. **v.** Gloria. **Ofo.**

DA, q̄sumus omnipotēs Deus: vt beati **N.** confessoris tui at-

que Pontificis veneranda solemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Lectio libri Sapientię.

ECce sacerdos magnus, q̄ in dieb^o suis placuit Deo, & inuētus est iustus: & in tempore iracundię factus est reconciliatio. Nō est inuētus similis illi, q̄ cōseruaret legē Excelsi. Ideo iureiurando fecit illū Dñs crēscere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eū in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiā suam: & inuenit gratiam coram oculis Dñi. Magnificauit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam glorię. Statuit illi testamentū sempiternū: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorē suauitatis.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

v. Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legē Excelsi. **Alleluia, allel. v.** Tu es sacerdos in æternū, secundū ordinē Melchisedech. **Allel. Post Septuagesimā omisso, Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.**

Beatus vir, qui timet Dominū, in mādatus eius cupit nimis. **v.** Potēs in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. **v.** Gloria & diuitiā in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Alleluia, allel. v. Tu es sacerdos in æternū, secundū ordinem Melchisedech. **Allelu. v.** Hic est sacerdos, quem coronauit Dominus. **Allelu.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum: vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta accepérat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo accepérat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum accepérat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta accepérat, obrulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Offert. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **Secr.**

Sancti tui, quæsumus Domine, nos ubique lætificent: ut dum eorum merita recolumus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in

tempore tritici mensuram. **Postcõ.**

Pæsta quæsumus omnipotens Deus: ut de perceptis munèribus gratias exhibentes, intercedente beato **N.** confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per.

DE EODEM COMMUNI
alia Missa. Introitus.



Sacerdotes tui Domine, induant iustitiam: & sancti tui exultent: propter David seruum tuum, non auertas faciam Christi tui. **Psalm.** Memento Domine David: & omnis mansuetudinis eius. **v.** Gloria. **Oso.**

Exaudi quæsumus, Domine, preces nostras, quas in beati **N.** confessoris tui atque Pontificis sollemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebraeos.

Fratres. Plures facti sunt sacerdotes secundum legem, idcirco quod morte prohiberent permanere. Iesus autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim debet, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cælis factus. Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo. Hoc enim fecit semel, seipsum offerendo, Iesus Christus Dominus noster. **Gradu.**

Sacerdotes eius induam salutari: & sancti

Psalm.
131.

ibid.

Heb.
7. d

Psalm.
131.

sancti eius exultatione exultabunt.

V. Illuc produca cornu David: para lucernam Christo meo. **Alleluia, alleluia.** **V.** Iuravit Dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. **Alleluia.**

Pōst Septuagesimā omissō, Allelu. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Beatus vir, qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. **V.** Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in saculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Allel. allel. **V.** Iuravit Dñs, & non penitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. **Alle.** **V.** Amavit eum Dñs, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum. **Allelu.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret pater familias, qua hora futurus esset: uigilaret utique: & non finiret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati: quia nescitis, qua hora Filius hominis uenturus sit. Quis, putas, est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? **Beatus ille seruus, quem, cum uenerit dominus eius, inuenit sic facientem. Amen dico uobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.**

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secr.**

Sancti N. confessoris tui atque Pontificis, quem sumus Dñe, an-

nua solemnitas pietati tuæ nos redat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illud beata retributionis comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

Communio. Beatus seruus, quem cum uenerit dñs, inuenit uigilantem: amen dico uobis, super omnia bona sua constituet eum. **Postcōm.**

Deus fidelium remunerator animarum, presta: ut beati N. confessoris tui atque Pontificis, cuius uenerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum.

Item alia Epistola & Euangelia pro Confess. Pontif.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Fratres. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit ijs qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui uocatur a Deo tamquam Aaron.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Fratres. Mementote prepositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitami ni si de. Iesus Christus heri & hodie: ipse & in sæcula: Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimus est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulanti tibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habet potestatem, qui tabernaculo deseruiuit. Quorum enim animarum malum

malium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improprium ei portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum laborum confitentium nomini eius. Beneficentiam autem & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Obedite prepositis vestris, & subiaceate eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

Sequentia S. Euang. secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo accedit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub medio: sed supra cadelastrum, ut qui ingrediuntur, lumem videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebre sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, non habes aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum: & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Sequentia sancti Evangelij secundum Marcum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Videte, vigilate, & orate. Nescitis enim, quando tempus sit. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori precepit ut vigilet. Vigilate ergo: nescitis enim, quando dominus domus veniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane:

ne, cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

COMMUNE DOCTORVM.

Introitus.



In medio Ecclesie aperuit os eius: & impleuit eum Dominus spiritu sapientie, & intellectus: stolam glorie

Ecccl.
15.

induit eum. **Psal.** Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. **v.** Gloria. **Oratio.**

Deus, qui populo tuo eterne salutis beatum N. ministrum tribuisti: presta quaesumus: ut quem doctorem vite habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum.

LECTIO Epistolae B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

Charissime. Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: praedica verbum: in ista opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prouidentes auribus: & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelisae, ministerium tuum imple, sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fide seruauimus. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. **Grad.**

2.
Tim.
4.

Ps. 36. **O**s iusti meditabitur sapientiā: & lingua eius loquetur iudicium. **V.** Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

Eccl. 45. **A**lleluia, alleluia. **V.** Amauit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum. Alleluia.

Post Septuagesimam omissio Alleluia & versu sequenti, dicitur Tractus.

Psal. 111. **B**eatus vir, qui timet Dominū: in mādati eius cupit nimis. **V.** Potēs in terra erit semē eius, generatio rectorum benedicetur. **V.** Gloria & diuinitā in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Eccl. 45. **A**lleluia, alleluia. **V.** Amauit eum Dñs, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eū. Allelu. **V.** Iustus germinabit sicut liliū: & florebit in æternum ante Dominum. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matt. 5. b. **I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quòd si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cōculcetur ab hominibus. Vos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendūt lucernam, & ponūt eam sub modio, sed super candelābrū: vt luceat omnibus, q̄ in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videāt opera vestra bona, & glorificēt Patrem vestrū, qui in cælis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: nō veni soluere, sed adimplere. Amē quippe dico vobis: donec transeat cælum & terra, iota vnū, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiāt. Qui ergo soluerit vnū de māda-

tis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum. **Otertorium.**

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

Sancti tui **N.** nobis Dñe, pia nō desit oratio: quæ & munera nostra conciliet: & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per **Do. Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. **Postcommunio.**

Vt nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem: beatus **N.** confessor tuus, & doctor egregius, precator accēdat. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Alia Epitola pro Doctoribus.

Lectio libri Sapientiæ.

Iustus cor suū tradet ad vigilandum diluculo ad Dominū, qui fecit illum: & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suū in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligētia replebit illum: & ipse tamquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino. Et ipse dirigit consilium eius, & disciplinam: & in absconditis suis consiliabit. Ipse palām faciet disciplinā doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabūt multi sapientiam eius, & vsque in sæculum non delebitur. Non recedet memoria eius: & nomen eius requiretur à generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit ecclesia.

COMMUNE CONFESSORIS
non Pontificis. Introitus.



S i iusti meditabitur sapientia, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. *Psalms.* **N**oli

æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

v. Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui nos beati **N.** confessoris tui annua solennitate letificas: concede propitius: ut cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientia.

Beatus vir, qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunie thesauris. *Quis est hic, & laudabimus eum?* Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria æterna. Qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Domino: & elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Graduale. **I**ust^o ut palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabit in domo domini. *v.* Ad annuntium manere misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. *A*lleluia, all. *v.* Beatus vir, qui suffert tentatione: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. *Allel.*

Post Septuagesimam omisso Allelu. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *v.* Potes in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. *v.* Gloria & diuitia in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur. *A*lleluia, all. *v.* Beatus vir, qui suffert tentatione: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. *Allel. v.* Amavit eum Dominus, & ornauit eum: stolam glorie induit eum. *Alleluia.* *Sequentia S. Euang. secundum Lucam.*

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti, & lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs: ut cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod percinet se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quonia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret utique, & non fineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Offertorium. **V**eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Psal. 88.*

Laudis tibi Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum.

Communio. **B**eatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. *Post ex.* *Matt. 24.*

Refecti cibo, potuque caelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cuius hac commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum.

COM-

DE EODEM COMMVNI
alia Missa. Introitus.

Fl. 91.



Vltus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur: plātatus in domo Domini, in atrijs domus Dei

Ibid.

nostri. *Psalms.* Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. *v.* Gloria. *Oratio.*

Adesto Dñe, supplicationibus nostris, quas in beati N. confessoris tui solemnitate deférimus: vt qui nostræ iustitiæ fiduciã nō habemus, eius qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Dñm.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

I. Cor. 4 b

Fratres. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autē prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nōbiles: nos autem ignōbiles. Vsq̄ in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus & colaphis cædimur, & instābiles sumus, & laborāmus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimus. Persecutionem patimur: & sustinēmus. Blasphemāmur: & obsecramus. Tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma vsq̄. adhuc. Nō vt confundā vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo: In Christo Iesu Domino nostro.

Psal. 36.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiã, & lingua eius loquetur iudiciū. *v.* Lex Dei eius in corde ipsi: & nō supplantabūtur gressus eius.

Psal. 111.

Alleluia, alleluia. *v.* Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *Alleluia.*

Post Septuagesimam omisso *Allel.* & versu sequenti, dicitur *Tractus.*

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *v.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. *v.* Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur *Graduale*, & eius loco dicitur.

Alleluia, alleluia. *v.* Beatus vir, qui timet Dñm: in mādati eius cupit nimis. *Alleluia.* *v.* Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum. *Alleluia.*

Sequētia S. Euang. secundū Lucā.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusill⁹ grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date elemosynā. Facite vobis sacculos, qui nō veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quò fur nō appropriat, neq̄ tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrū erit.

Offertorium. In virtute tua Domine letabitur iustus, & super salutare tuū exultabit vehemēter, desiderium animæ eius tribuisti ei. *Secreta.*

Præsta nobis, quæ sumus omnipotens Deus: vt nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorū tibi grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dominum. *Communio.*

Amē dico vobis, quòd vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitā æternam possidebitis. *Postcommunio.*

Quesumus omnipotens Deus: vt qui cælestia alimēta percipimus, intercedente beato N. confessore tuo, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum

Item

Item alia Epistola, & Euangelium
pro Confess. non Pontif.Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
ad Philippenfes.

Fratres. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentē scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quæ omnia detrimentum feci, & arbitrator ut iterora, ut Christum lucrificiam: & inueniar in illo non habens meam iustitiā quæ ex lege est sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex Deo est iustitia in fide: ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius, configuratus morti eius: si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Nō quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.

Sequētia S. Euang. secundū Lucā.

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis parabolā hāc. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnū, & reuertitur. Vocatis autē decē seruis suis, dedit eis decē mnas, & ait ad illos. Negotiamini dū venio. Ciuēs autē eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factū est, ut rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniā: ut sciret quantum quisque negotiat⁹ esset. Venit autē prim⁹, dicens. Dñe, mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi: Euge serue bone: quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habēs super decē ciuitates. Et alter venit, dicens. Dñe mna tua fe-

cit quinq. mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit, dicens. Dñe, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod nō seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico, serue nequā. Sciebas, quod ego homo auster⁹ sū, tollens quod nō posui, & metēs quod non seminavi: & quare non dedisti pecuniam meā ad mensam, & ego veniens, cū vsuris utique exegissem illā? Et astātibus dixit. Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerūt ei. Dñe, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui nō habet, & quod habet, auferetur ab eo.

DE EODEM COMMUNI

Missæ pro Abbatibus. Introit.



Quisisti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū: lex Dei eius in corde ipsius. *Psalmus. Noli*

amulāri in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

V. Gloria Patri. Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Dñe, beati N. Abbatis cōmendat: ut quod nostris meritis nō valemus, eius patrocinio assequamur. Per.

Lectio libri Sapientia.

Dilectus Deo & hominibus, cū eius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorū, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostēdit illi gloriā suā. In fide &

lenita-

Jenitate ipsius & sanctum fecit illū,
& elegit eum ex omni carne. Audi-
uit enim vocē ipsius, & induxit il-
lum in nubem. Et dedit illi coram
p̄cepta, & legē vitæ & disciplinæ.

Grad. Domine, p̄uenisti eum in
benedictionibus dulcedinis: posui
isti in capite eius coronā de lapide
pretioso. **V.** Vitam petij a te, & tri-
buisi ei, longitudinē dierū in sæcu-
lum sæculi. **A**lleluia, allel. **V.** Iustus
vt palma florebit: sicut cedrus Li-
bani multiplicabitur. Alleluia.

**Post Septuagesimam omisso Allel.
& versu sequenti, dicitur Tractus:**

Psal. **Beatus vir, qui timet Dominū: in**
111. mandatis eius cupit nimis. **V.** Po-
tens in terra erit semē eius: genera-
tio rectorū benedicetur. **V.** Gloria
& diuitiæ in domo eius: & iustitia
eius manet in sæculum sæculi.

**Tempore Paschali omittitur Gra-
duale, & eius loco dicitur.**

Psal. **A**llu. allel. **V.** Iustus vt palma flo-
91. rébit: sicut cedr⁹ quē in Libano est,
Ofec multiplicabitur. Allel. **V.** Iust⁹ ger-
24. minabit sicut lilium: & florébit in
æternum ante Dominum. Alleluia.
**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.**

Matt. **I**N illo tempore: Dixit Simō Pe-
29. d trus ad Iesum. Ecce, nos reliqui-
mus omnia, & secuti sum⁹ te: quid
ergo erit nobis? Iesus autē dixit il-
lis. Amen dico vobis, quod vos, qui
secuti estis me, in regeneratione cū
federit filius hominis in sede maie-
statis suæ, sedebitis & vos super se-
des duodecim, iudicātes duodecim
tribus Israhēl. Et omnis qui relique-
rit domū, vel fratres, aut sōroses,
aut patrem, aut matrē, aut vxorē,
aut filios, aut agros, propter nomē
meum: centuplum accipiet, &
vitam æternam possidebit.

Offertorium. Desiderium animæ p̄c.
eius tribuisti ei Domine, & volun-
tate laborū eius non fraudasti eū:
posuisti in capite eius coronam de
lapide pretioso. **Secreta.**

Sacris altaribus, Dñe, hostias su-
perpositas sanctus **N.** Abbas:
quesumus in salutem nobis proue-
nire deponat. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & pru-
dens, quem constituit Dominus su-
per familiam suam: vt det illis in
tēpore tritici mensuram. **Postcōm.**

Protegat nos, Domine, cum tui
perceptione sacramenti beatus
N. Abbas, pro nobis intercedēdo:
vt & conuersationis eius experiā-
mur insignia, & intercessionis per-
cipiamus suffragia. Per Dñm.

COMMUNE VIRGINVM.

Pro Virgine & Marty. Intr.

Diquebar de testimo-
nijs tuis in conspectu
regum, & non confun-
debar: & meditabar
in mandatis tuis, quæ
dilexi nimis. **Psal.** Beati immacu-
lati in via: qui ambulāt in lege Do-
mini. **V.** Gloria Patri.

Oraçio.
Deus, qui inter cetera potentie
tuæ miracula, etiā in sexu fra-
gili victoriam martyrij contulisti:
concede propitius: vt qui beatę **N.**
virginis & martyris tuæ natalitia
cōlimus, per eius ad te exēpla gra-
diamur. Per Dominum nostrum.

Leçtio libri Sapientie.

Confitebor tibi Domine rex, &
collaudābo te Deum saluato-
rem meū. Confitebor nomini tuo,
quoniā adiutor & protector factus
es mihi: & liberaisti corpus meum a
perditione, a laqueo lingue inique,
& a labijs operantium mendaciū:

& in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad eſcam, de manibus quæretiu animam meam: & de multis tribulationibus, quæ circumdederunt me: à preſſura flammæ, quæ circumdedit me: & in medio ignis non ſum æſtuata: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij: à rege iniquo, & à lingua iniuſta. Laudabit vſq. ad mortem anima mea Dominum: quoniã eruis ſuſtinêtes te, & liberaſ eos de manu anguſtiæ, Dñe Deus noſter.

4. **Graduale.** Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. *ſ.* Propterea vnixit te Deus, De^o tu^o oleo lætitiæ.

1. **A**lleluia, alleluia. *ſ.* Adducentur Regi virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi in lætitiâ. Allel.

Poſt Septuageſimam omiſſo Allel. & verſu ſequenti, dicitur Tractus.

Veni ſpôſa Chriſti, accipe coronã, quam tibi Dominus præparauit in æternum: pro cuius amore ſanguinem tuum ſudiſti. *ſ.* Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnixit te Deus, Deus tu^o oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. *ſ.* Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna.

Tempore Paſchali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Alleluia, allel. *ſ.* Adducentur Regi virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi in lætitiâ. Allel. *ſ.* Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna. **All. ſequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.**

In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hæc. Simile eſt regnum cælorum decẽ virgi-

nibus: quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. **Q**uinq. autem ex eis erant fatuæ, & quinq. prudẽtes. Sed quinq. fatuæ, acceptis lampadibus nõ ſuſſerunt oleum ſecum. Prudẽtes vero acceperunt oleum in vafiſ ſuis cùm lampadibus. **M**oram autẽ faciente ſponſo, dormitauerunt oẽs, & dormierunt: **M**edia autẽ nocte clamor factus eſt: **E**cce ſponſus venit, exite obuiam ei. **T**unc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades ſuas. **F**atuæ autem ſapientibus dixerunt. **D**ate nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ extinguitur. **R**eſponderunt prudentes, dicẽtes. **N**e forte non ſufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendẽtes, & emite vobis. **D**um autem irent emere, venit ſponſus: & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. **N**ouiſſime vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes, **D**ñe, Dñe aperi nobis. **A**t ille reſpondẽs, ait. **A**men dico vobis, nescio vos. **V**igilate itaque, quia nescitis diẽ, neque horã.

Offertorium.

Afferentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitiâ & exultatione, adducentur in templum Regi Domino. **Secreta.**

Suſcipe Dñe munera, quæ in beatæ **N**. virginis & martyris tuæ ſolẽnitæte deferimus cuius nos cõfidimus, patrocinio liberari. **Per.**

Communio. **C**õfundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatẽ fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercëbor, in tuis iuſtificationib⁹, vt non confundar. **Poſtcomunio.**

Avxiãtur nobis Dñe ſumpta **N**. virgine & martyre tua ſempiterna faciãt protectione gaudere. **Per.**

ITEM PRO VIRGINE,
& martyre alia Missa. Introitus.

Pfal.
118.



M expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua Domine intellexi: omnis cōsummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. **Psal.** **B** eati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Ibid.

✠ Gloria Patri.

Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata **N.** virgo & martyr imploret: quæ tibi grata sēper extitit & merito calcitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominū.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccle.
51. b

Domine Deus me^o exaltaſti ſuper terrā habitatiōē meā, & pro morte defluente deprecata ſū. Inuocaui Dñm patrē Dñi mei, vt nō derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſuperborū ſine adiutorio. Laudabo nomen tuū affidue, & collaudabo illud in confeſſione, & exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me de perditione, & eripuifſti me de tēpore iniquo. Propterea confitebor tibi, & laudē dicam nomini tuo, Dñe Deus noſter.

PL. 45.

Graduale. **A** diuuabit eam Deus vultu ſuo: Deus in medio eius, non commouebitur. **V.** Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiffimus. **Alleluia, alleluia.** **V.** Hęc eſt virgo ſapiens, & vna de numero prudentum. **Alleluia.**

Post Septuagesimā omiſſo, Alleluia & verſu ſequenti, dicitur Tractus.

Veni ſponſa Chriſti, accipe coronā quam tibi Dominus præparauit in æternum: pro cuius amore ſanguinem tuum ſudiſti. **V.** Dilexiſti iuſti-

Ec. 44.

tiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cōſortibus tuis. **V.** Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna.

Tempore Paſchali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Alleluia, alleluia. **V.** Hęc eſt virgo ſapiens, & vna de numero prudentū. **Alleluia.** **V.** O quā pulchra eſt caſta generatio cum claritate! **Alleluia.** ſequētia S. Euang. ſecūdū Matth.

Sap.

In illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illū. Iterum, ſimile eſt regnum cælorum homini negotiatori, quæretī bonas margaritas. Inuenta autē vna pretioſa margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum ſimile eſt regnum cælorum ſagēnæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam, cum impleta eſſet, educētes, & ſecus litus ſedentes, elegērūt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in cōſummatione ſæculi. Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Intellexiſtis hęc omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo, omnis ſcriba doctus in regno cælorum, ſimilis eſt homini patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. **Offertorium.**

Diſfuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, & in ſæculum ſæculi. **Secreta.**

PC.

Hoſtias tibi Domine, beata **N.** virginis & martyris tuę dicatas

tas meritis, benignus assume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum.

Cōmunio. Feci iudicium & iustitiam, Domine, non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui. **Postcommun.**

Diuini muneris largitate fatiati, quæsumus Dñe Deus noster: vt intercedete beata **N.** virginis & martyre tua, in eius semper participatione viuam⁹. Per Dñm.

COMMUNE PLVRIVM

Virginum & martyrum.

Omnia dicuntur vt supra pro vna Virgine & martyre, exceptis Orationibus quæ dicunt vt sequitur: & Epistola, quæ dicitur vt infra in Cōmuni Virginum non martyrum.

De virginibus præceptum Domini. fol. 500. **Oratio.**

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctarum virginum & martyrum tuarum **N.** & **N.** palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mēte non possumus celebrare, humilibus saltē frequentemus obsequijs. Per Dominum. **Secreta.**

Intende, quæsumus Domine muñera, altaribus tuis pro sanctarū virginum & martyrum tuarum **N.** & **N.** festiuitate proposita: vt sicut per hæc beata mysteria illis gloriā contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum.

Postcommunio.

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis virginibus, & martyribus tuis: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

PRO VIRGINE TANTVM.

Introitus.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit te Deus, Deus tuus oleo lætitię præ confortibus tuis. **Psal.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. **v.** Gloria Patri. **Oratio.**

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beata **N.** virginis tuæ festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres. Qui gloriatur, in Dño gloriatur. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. Utinam sustineretis modicū quid insipientiæ meę: sed & supportate me. **Æmulor** enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. 23
Cor.
10.

Graduale. Specie tua, & pulchritudine tua: intēde, prospere procede & regna. **v.** Propter veritatem, & māsuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Cap.
11.

Alleluia, alleluia. **v.** Adducentur Regi virgines post eā, proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Alleluia.

Post Septuagesimam omissio Alleluia & versu sequenti, dicitur Tractus.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia cōcupiuit Rex speciem tuam. **v.** Vultū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis: filiæ regū in honore tuo. **v.** Adducētur Regi virgines post eā: proximæ eius afferētur tibi. **v.** Afferētur in lætitia & exultatione: adducētur in tēplū Regis. Ibid.

Tantum in schali omittitur Graduale in eius loco dicitur.

Psal. Alleluia, allel. *v.* Adducetur Regi virgines post eam, proxima eius afferetur tibi in letitia. Allel. *v.* Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. All.

Homeliam. Simile est regnum calorum decem virginibus.

vt supra in Missa Virg. & mart. f. 497.

Offertorium. Filia regum in honore tuo, assistit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. *Secreta.*

Acepta tibi sit, Dñe, sacrata plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Matt. *25.* **Communio.** Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obviam Christo Domino. *Postcommun.*

Satiasti Dñe, familiam tuam muneribus sacris, eius quaesumus sepe interuentione nos resoue, cuius solemniam celebramus. Per Do.

ITEM PRO VIRGINE tantum alia Missa. Introitus.

Psal. *44.* **V**ltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducetur Regi virgines post eam: proxima eius adducetur tibi in letitia & exultatione.

Psal. *44.* **E**rucauit cor meum verbum bonum, dico opera mea Regi. *v.* Gloria Patri. *Oratio.*

Exaudi nos Deo salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis tue festiuitate gaudemus: ita pia deuotionis erudiamur affectu. Per Do.

Lectio Epistolae B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. De virginibus preceptum Domini non habeo: consilium autem do tamquam misericordiam consecutus a Domino, vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? Noli quaerere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: tempus breue est. Reliquum est, vt & qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Preterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori: & diuisus est. Et mulier inuupta & virgo cogitat, quae Domini sunt: vt sit sancta & corpore & spiritu: in Christo Iesu Domino nostro.

Psal. *44.* **Graduale.** Concupiuit Rex decorum tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. *v.* Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Alleluia, alleluia. *v.* Haec est virgo sapiens, & vna de numero prudentum. All. **Post Septuagesimam omisso Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.**

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. *v.* Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filiae regum

regum in honore tuo. *ψ.* Adducen-
tur Regi virgines post eam: proxima
eius afferentur tibi. *ψ.* Afferen-
tur in lætitia & exultatione: addu-
centur in templum Regis.

*Tempore Paschali omittitur Gra-
duale, & eius loco dicitur.*

*A*lleluia, allel. *ψ.* Hæc est virgo sa-
piens, & vna de numero prudentum.

ps. 4. Alleluia. *ψ.* O quam pulchra est ca-
sta generatio cum claritate! Allel.

Euangelium. Simile est regnum
cælorum thesauro abscondito.

vt sup. in Missa Virg. & mart. f. 498.

ps. 44. *Offertorium.* Afferentur Regi vir-
gines post eam: proximæ eius affe-
rentur tibi in lætitia & exultatione,
adducuntur in templum Regi
Domino. *Secreta.*

*A*ccepta tibi sit, Dñe, sacratæ
plebis oblatio, pro tuorum
honore sanctorum: quorum se mer-
itis de tribulatione percepisse cog-
noscit auxilium. Per Dominum.

Mat. 13. *Cômunio.* Simile est regnum cælo-
rum homini negotiatori, quærenti
bonas margaritas: inuēta autē vna
pretiosa margarita, dedit oīa sua,
& comparauit eam. *Postcommun.*

*S*atiasti Domine, familiā tuam
muneribus sacris: eius quæsumus
semper interuentione nos refouere,
cuius solemnia celebramus. Per.

COMMUNE NON VIRG.

Pro vna Martyre non virgine.

Introitus.

*E*xpectauerunt peccato-
res, vt perderet me:
testimonia tua Dñe in
tellexi: omnis consum-
mationis vidi finem:

latum mādatum tuum nimis. *Psal.*
*B*eati immaculati in via: qui ambu-
lant in lege Dñi. *ψ.* Gloria. *Oso.*

*D*eus, qui inter cetera potētia
tue miracula, etiā in sexu fra-
gili victoriam martyrij contulisti:
concede propitijs: vt qui beatę *N.*
martyris tue natalitia cõlimus, per
eius ad te exempla gradiamur. Per.

Si fuerint plures. Oratio.

*D*A nobis, quæsumus Domine
Deus noster, sanctarum mar-
tyrum tuarum *N. & N.* palmas in
cessabili deuotione venerari: vt
quas digna mente non possumus
celebrare, humilibus saltē frequen-
temus obsequijs. Per Dominum.

Epistola. Confitebor tibi Dñe rex.
vt sup. in Missa Virg. & mart. f. 496.

Graduale. Dilexisti iustitiam, &
odisti iniquitatē. *ψ.* Propterea vn-
xit te Deus, Deus tuus oleo lætitie.

*A*lleluia, alleluia. *ψ.* Specie tua, &
pulchritudine tua: intende, prospere
procede, & regna. Alleluia.

Post Septuagesimam omisso Allel.
& versu sequenti. dicitur Tractus.

*V*eni spōsa Christi, accipe coronā,
quam tibi Dominus preparauit in
æternum: pro cuius amore sangui-
nē tuum fudisti. *ψ.* Dilexisti iusti-
tiam, & odisti iniquitatē: propte-
rea vnxit te Deus, Deus tuus oleo
lætitie præ cõsortibus tuis. *ψ.* Spe-
cie tua, & pulchritudine tua: inten-
de, prospere procede, & regna. *Ibidē.*

*Tempore Paschali omittitur Gra-
duale, & eius loco dicitur.*

*A*lleluia, allel. *ψ.* Specie tua, & pul-
chritudine tua: intende, prospere pro-
cede, & regna. *ψ.* Propter veritatē, &
mansuetudinē, & iustitiā, & deducet
te mirabiliter dextera tua. All.

Euāgelium. Simile est regnum cæ-
lorum thesauro abscondito in agro.

vt supra. fol. 498. Offertorium.
*D*iffusa est gratia in labijs tuis, pro-
pterea benedixit te Deus in æternū, *Ibidē.*

& in sæculum sæculi, allel. *Secreta.*

Suscipe Domine munera, quæ in beatæ *N.* martyris tuę solēnitāte deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Per Dominū.

Si fuerint plures. Secreta.

Intēde quæsumus Dñe, munera altaribus tuis pro sanctarū martyrum tuarum *N.* & *N.* festiuitate proposita: vt sicut per hæc beata mysteria illis gloriam cōtulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per.

Communio. Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lætabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. *Postcommun.*

Avxilientur nobis Dñe, sumpta mysteria: & intercedente beata *N.* martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dominum nostrum.

Si fuerint plures. Postcommun.

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedētibus sanctis martyribus tuis: vt quod ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per.

PRO NEC VIRGINE NEC
martyre. *Introitus.*

Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, à mandatis tuis timui. *Psal.* **B**eati immaculati in via: qui ambulant in lege Dñi. *V.* Gloria. *Oratio.*

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ *N.* festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Lectio libri Sapientia.

Mulierē fortē quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus

pretium eius. Cōfidit in ea cor viri sui: & spolijs nō indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsiuit lanam & linum: & operata est consilio manū suarum. Facta est quasi nauis infitoris, de longe portans panem suū. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Considerauit agrū, & emit eum: de fructu manū suarū plantauit vineam. Accinxit fortitudine lūbos suos: & roborauit brachium suū. Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius: nō extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: & digiti eius apprehēderunt fusum. Manū suam aperuit inopi: & palmas suas extendit ad pauperē. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: oēs enim domestici eius vestiti sūt dupplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentū eius. Nobilis in portis vir ei⁹, quādo sederit cū senatoribus terre. Sin donem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananeo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridēbit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiæ: & lex clementiæ in lingua ei⁹. Cōsiderauit semitas dom⁹ suæ: & panē otiosa nō comēdit. Surrexerunt filij eius, & beatissimā prædicauerūt: vir eius, & laudauit eā. Multæ filia cōgregauerūt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fal lax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timēs Dñm, ipsa laudabit. Date ei de fructu manū suarum: & laudent eā in portis opera eius. *Graduale.* Diffusa est gratia in labijs tuis, p̄pterea benedixit te De⁹ in æternum. *V.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: &

de-



Psal.
218.

Ebd.

Provi.
21. b

Psal.
44.

deducet te mirabiliter dextera tua.

Alleluia, alleluia. *Ps.* Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Alleluia.

Post Septuagesimam omisso Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparauit in æternum. *Ps.* Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. *Ps.* Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & loco dicitur.

Allel. all. *Ps.* Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Allel. *Ps.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. All.

Euangelium. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. *vt supra.* fol. 48. **Offertorium.**

Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. **Secreta.**

Accepta tibi sit, Domine sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum, quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Communio. Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. **Postcommunio.**

Satiasti Domine, familiam tuam muneribus sacris, eius quosumus semper interuentione nos refouere, cuius solemnia celebramus. Per Dominum.

Item alia Epistola, pro vidua.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Timotheum.

Charissime. Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt. Si qua autem

vidua filios aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuum vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem vere vidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte ac die. Nam quæ in delicijs est: viuens mortua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulatione patientibus subministravit: si omne opus bonum subsecuta est.

IN ANNIVERSARIO
Dedicationis Ecclesie. Introit.



Erribilis est locus iste: *Gen.*
hic domus Dei est, & *28.*
porta cæli: & vocabitur
aula Dei. **Plalmus.**

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. *Ps.* Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs representas incolumes: exaudi preces populi tui, & presta: ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cum cæta se impetrasse letetur. Per Dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati
Ioannis Apostoli.

In diebus illis: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de cælo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audi-

ui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. **Graduale.**

Locus iste a Deo factus est, inestimabile sacramentum, irreprehensibilis est. **V.** Deo, cui adstant Angelorum chorus, exaudi preces seruorum tuorum. **A**lleluia, alleluia. **V.** Adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo. Alleluia. **Post Septuagesimam omisso Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.**

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in eternum, qui habitat in Ierusalem. **V.** Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & usque in seculum.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Allel. allel. **V.** Adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo.

Allel. **V.** Bene fundata est domus Domini supra firmam petram. Alleluia. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zaccheus: & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues. Et querebat videre Iesum, quis esset: & non poterat prae turba, quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem ficomorum, ut videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum. Zac-

chae, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: & excepit illum gaudens: Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zacchaeus dixit ad Iesum. Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse sit filius Abrahae. Venit enim filius hominis querere, & saluum facere quod perierat. **Dicitur Credo.**

Offertorium. **D**omine Deus, in simplicitate cordis mei laetor obtuli vniuersa: & populum tuum, qui repletus est, vidi cum ingenti gaudio: Deus Israel, custodi hanc voluntatem, alleluia. **Secreta.**

Annue, quesumus Domine, precibus nostris: (ut quicumque intra templi huius, cuius anniuersarium dedicationis die celebramus, ambitum continemur, plena tibi atque perfecta corporis & anime deuotione placeamus:) ut dum haec vota praesentia reddimus, ad aeterna praemia, te adiuuante, peruenire mereamur. Per Dominum. **Communio.**

Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui quaerit, inuenit: & pulsanti aperietur. **Postcomm.**

Deus, qui de viuis & electis lapidibus aeternum maiestati tuae preparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti: ut quod Ecclesiae tuae corporalibus proficit spatijs, spiritualibus amplificetur augmentis. Per Dominum.

Infra Octa. Dedicat. Ecclesie, & in die Octauae de Missa ut supra in die anniuersario: sed infra Oct. secunda

Psal.
137.

Psal.
124.

Psal.
137.

Luc.
19.

r. Pa.
29.

Ma
14.

da Oratio dñi de beata Maria, tertia.
Ecclesie. vel pro Papa. fol. 266.

In ipsa die Dedicacionis Ecclesie,
Missa dñi vt supra in anniuersario
Dedicacionis, exceptis Orationib⁹
quæ dicuntur vt sequitur. Oratio.

Deus, qui inuisibiliter omnia
contines, & tamen pro salute
generis humani signa tuæ potentie
visibiliter ostēdis: templum hoc po-
tētia tuæ inhabitationis illustra, &
cōcede: vt omnes qui huc depreca-
turi cōueniunt, ex quacumque tri-
bulatione ad te clamauerint, cōso-
lationis tuæ beneficia cōsequantur.
Per Dominum nostrum. *Secreta.*

Deus, qui sacrandorum tibi au-
ctor es munerum, effunde su-
per hanc orationis domum benedi-
ctionem tuā: vt ab omnibus in ea
inuocantibus nomen tuum, defen-
sionis tuæ auxilium sentiat. Per.

Postcommun.

Quæsumus omnipotens Deus:
vt in hoc loco, quem nomini
tuo indigni dedicauimus, cunctis
petentibus aures tuæ pietatis ac-
commodes. Per Dominum.

In ipsa die Dedicacionis Altaris di-
citur Missa vt supra in anniuersario
Dedicacionis Ecclesie, præter Oñes
quarū loco dñr sequētes. Oñs.

Deus, qui ex omni coaptatione
sanctorū, eternum tibi condidisti
habitaculum: da ædificationis tuæ
incrementa cælestia: vt quorum hic
reliquias pio amore cōplectimur,
eorum semper mentis adiuuemur.
Per Dominum nostrum. *Secreta.*

Descendat, quæsumus Domine
Deus noster, Spiritus tuus sā-
ctus super hoc altare: qui & populi
tui dona sanctificet, & fumentium
corda dignanter emundet. Per Do-
minum. In vnitae eiusdem.

Postcommun.

Omnipotens sempiternæ Deus
altare hoc nomini tuo dedica-
tum, cælestis virtutis benedictione
sanctifica, & omnibus in te speran-
tibus, auxiliij tui munus ostende: vt
& hic sacramentorum virtus, & vo-
torum obtineatur effectus. Per Do-
minum nostrum Iesum Christum.

Sequentes Missæ Votivæ, licet pro
Sacerdotis deuotione quacumque
die dici possint p̄ Hebdomadā, quā
Festum duplex nō occurrit: hoc ta-
men passim, nisi rationabili de cau-
sa, fieri nō debet, sed quoad fieri po-
test, Missa cum Officio conueniat.
Cuique autē diei p̄pria Missa pot̄
assignari, vt Feria ij. nisi dicat̄ pro
Defunctis, Missa de sancta Trinitate.
Feria iij. de Angelis. Feria iiii. de
Apostolis. Feria v. de Spiritu san-
cto, vel de sanctissimo Eucharistiæ
Sacramento. Feria vj. de Cruce, vel
de Passione Dñi. Sabbato de sancta
Maria. In ipsis non dicitur, Gloria
in excelsis, nec Credo, nisi pro pu-
blica Ecclesie causa. In Missa autē
B. Mariæ in Sabbato, & in Missa
Angelorū, dñr tantū, Gloria in ex-
celsis. Tempore Paschali in fine In-
troitus dicuntur duo Alleluia. & in
fine Offertorij & Communionis
additur Alleluia. vbi non habetur.

MISSA DE SANCTA
Trinitate. Introitus.



Benedicta sit sancta Tri-
nitas, atq. indiuisa vni-
tas: confitebimur ei,
quia fecit nobiscum
misericordiam suam. Tob.
13.

Psalmus. Domine Dominus no-
ster: quā admirabile est nomen
tuum in vniuersa terra! Gloria
Patri. Ps.
138.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui dedisti famulis tuis in cōfessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatē: quæ sumus: vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Gratia Dñi nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sãcti Spiritus sit cum omnibus vobis, Amen. **Grad.**

Benedictus es Domine, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim. **V.** Benedictus es Domine in firmamento cœli, & laudabilis in sæcula. **Allelu. allel. V.** Benedictus es Dñe Deus patrum nostrorum, & laudabilis in sæcula. Alleluia.

Post Septuagesimam omisso Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Te Deum Patrem ingenitum, te Filium vnigenitum: te Spiritũ sanctum paraclitum, sanctam & indiuiduã Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. **V.** Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus. **V.** Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in sæcula sempiterna, ò beata Trinitas.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dñ. Allel. allelu.

V. Benedictus es Dñe Deus patrũ nostrorum, & laudabilis in sæcula. Alleluia. **V.** Benedicamus Patrẽ, & Filium cum sancto Spiritu. Allelu. Sequẽtia S. Euang. secũdũ Ioannẽ.

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit paracli-

tus, quẽ ego mittam vobis à patre spiritũ, veritatis, quã prẽ procedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absq. synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis quã interficit vos, arbitreũ obsequiũ se præstare Deo. Et hęc facient vobis, quia nõ nouerũt patrẽ, neq. me. Sed hęc locutus sum vobis: vt cũ venerit hora, eorũ reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Offertor. **B**enedictus sit Deus Pater, vnigenitusque Dei Filius, sanctus quoque Spiritus: quia fecit nobiscũ misericordiã suam. **Secreta.**

Sanctifica, quæsumus Dñe Deus noster, per tui sãcti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam, & per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Dñm. **Præfatio de sancta Trinitate.** Qui cum vnigenito. fol. 236.

Communio. **B**enedicimus Deũ celi, & corã omnibus viuentibus cõfitebimur ei: quia fecit nobiscũ misericordiã suam. **Postcommunio.**

Proficiat nobis ad salutẽ corporis & animæ, Domine Deus noster, huius sacramenti susceptio: & sempiternæ sanctæ Trinitatis, eiusdemque indiuiduę vnitatis confessio. Per Dominum nostrum.

Pro gratiarum actione dñ. Missa de sancta Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de beata Maria, additis sequentibus Orationibus. Oratio.

Deus, cuius misericordiẽ nõ est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus: pijsimę maiestati tuę pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiã exorãtes: vt qui petentibus postulata cõcedis, eosdem nõ deserens, ad præ-

mia futura disponas. Per Do. *Secr.*

Oorem Domine, sacrificij huius cum gratiarum actionibus suscipe, & prela: vt quos exaudire, & incolumes seruare dignatus es, ab omni in posterum aduersitate custodias: & in tuo seruitio & amore crescant. Per Dñm. *Postcom.*

Deus, qui neminem in te sperantem, nimum affligi permittis, sed pium precibus prelas auditum, pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes: vt per hæc quæ sumpsimus, à cunctis eripi mereamur aduersis. Per Dominum.

MISSA DE ANGELIS.

Introitus.

Benedicite Dominum omnes Angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem

sermonum eius. *Psal. E*nedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

Gloria Patri. Oratio.

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius, vt à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dñm.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

In diebus illis: Audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium: voce magna dicentium. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et

omnem creaturam, quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes autem diui dicentes. Sedit in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum.

Grad. Laudate Dñm de cælis: laudate eum in excelsis. *V.* Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. *A*lleluia, alleluia. *V.* In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Alleluia.

Post Septuagesimam omisso Alleluia & versu sequenti, dicitur Tractus.

Benedicite Dominum omnes Angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. *V.* Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

V. Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Dño. *Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.*

*A*lleluia, alleluia. *V.* In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Alleluia. *V.* Angelus Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Alleluia.

*S*equenti S. Euang. secundum Ioannem.

In illo tempore: Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo: Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait. Rabbi,

bi, tu es filius Dei, tu es rex Israël. Respōdit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: mai⁹ his videbis. Et dicit ei. Amē, amen dico vobis, videbitis calū apertū, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.

Apoc. 8. **Offertor.** Stetit Angelus iuxta arā templi, habens thuribulum aureū in manu sua: & data sunt ei incensa multa: & ascendit fumus aroma tum in conspectu Dei. **Secreta.**

Hostias tibi Dñe, laudis offerimus, suppliciter deprecātes: vt easdem Angelico pro nobis interueniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutē nostrā prouenire concedas. Per Do. **Comunio.**

Angeli, Archangeli, Throni & Dominationes, Principat⁹ & Potestates, Virtutes caelorum, Cherubim atque Seraphim, Dominum benedicite in æternum. **Postcommun.**

Repleti, Domine, benedictione cęlesti, suppliciter imploramus: vt quod fragili celebramus officio, sanctorum Angelorū atque Archangelorū nobis prouēsse sentiamus auxilio. Per Dominum.

Alia Missa votiua de S. Michaelē Archangelo dici pōt, prout in eius Dedicatione mense Septēb. f. 452.

MISSA DE SANCTIS
Apoſt. Petro & Paulo. Inrr.

Pſal. 138.

M

Thi autē nimis honoratisūt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

ibid.

Pf. Domine probaſſi me, & cognouiſti me: tu cognouiſti feſſionem meā, & reſurrexionem meam. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, cuius dextera beatū Petrum ambulātem in flucti-

bus, ne mergeretur, erexit, & coactū postolum eius Paulum tertio naufragantē, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede: vt amborum meritis, æternitatis gloriam consequamur. **Qui viuus & regnas cum Deo.**

Iectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis: Per manus Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se cōiungere illis, sed magnificabat eos populus. Magis autē agebatur credentium in Dño multitudo virorum ac mulierū: ita vt in plāteas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabātis: vt, veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorū, & liberarētur ab infirmitatibus suis. Concorrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalē, afferētes ægros, & vexatos à spiritibus immūdis: q̄ curabātur oēs. **Grad.**

Cōstituit eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui Domine. **V.** Pro patribus tuis nati sūt tibi filij: propterea populi cōfitebantur tibi. **A**lleluia, alleluia. **V.** Nimis honorati sūt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. **A**lleluia.

Post Septuagesimam omisso Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. **V.** Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Simō Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus

mus omnia, & secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit illis. Amẽ dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cũ federit filius hominis in sede maie statis sue, sedebitis & vos sup sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros, propter nomẽ meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

8. **Offertorium.** In omnem terrã exiit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. *Secreta.*

Offerimus tibi Domine, preces & munera: quæ, vt tuo sint digna conspectu, Apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per Dominum nostrum.

Præfatio de Apostolis. fol. 227.

9. **Communio.** Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicãtes duodecim tribus Israël. *Postcõm.*

Protege Dñe, populum tuum, & Apostolorum tuorum Petri & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per Dominum nostrum.

Tempore Paschali dicitur Missa, vt in festo S. Marci. fol. 378. *præter Orationes, Epistolam, & Euangelium, quæ dicuntur vt supra.*

MISSA DE SPIRITV sancto. Introitus.



Spiritus Domini repleuit orbẽ terrarum: & hoc, quod cõtinet omnia, scientiam habet vocis. *Psal.* Exurgat

Deus, & dissipetur inimici eius: & fugiant qui odẽrunt eum, à facie eius. *v.* Gloria Patri. *Oratio.*

Deus qui corda fidelium sancti Spirit⁹ illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatio- ne gaudere. Per Dñm. In vnitãte.

1. ecclio Actuum Apostolorum.

In diebus illis. Cum audissent Apostoli qui erãt Ierosolymis, quia recepisset Samaria verbũ Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannẽ. Qui cũ venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritũ sanctũ. Nondum enim in quemquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine Dñi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebãt Spiritum sanctum. *Grad.*

Beata gẽs, cuius est Dñs Deus eorum: populus, quem elegit Dominus in hereditatem sibi. *v.* Verbo Dñi celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. *A*lleluia, allel. *v.* Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Alleluia.

Post Septuagesimã omisso Allel. & versũ sequenti, dicitur Tractus.

Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciẽ terræ. *v.* O quã bonus & suavis est, Dñe, spiritus tuus in nobis. *v.* Veni sancte Spirit⁹, reple tuorũ corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accẽde. *Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.*

Alleluia, allel. *v.* Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terrę. Alleluia. *v.* Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Alleluia.

sequentia sancti Evangelij secundum Ioannem.

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me, ser-

Aet. 8. c.

Pl. 3. 2.

Hic genu- flexi- tus.

Plal. 103.

Hic genu- flexi- tus.

Ibidẽ.

Hic genu- flexi- tus.

Ioh. 14. d.

monem meum seruabit : & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quē audistis, nō est meus: sed eius, qui misit me, patris. Hęc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem Spiritus sanctus, quē mittet Pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quęcumque dixerō vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Nō quomodo mundus dat, ego do vobis. Nō turbetur cor vestrū, neque formidet. Audistis, quā ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligerētis me, gaude rētis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nūc dixi vobis, priusquam fiat: ut, cū factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrē: & sicut mādātū dedit mihi Pater sic facio.

Psal.
67.

Offertorium. **C**onfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: a tēplo tuo, quod est in Ierusalem, tibi offerent reges munera. **Secreta.**

Mvnera, quęsumus Dñe, oblata sanctifica: & corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dñm. In vnitāte eiusdem.

Prefatio. **Q**ui ascendens super omnes cęlos. fol. 239.

Act. 1. **Comm.** **F**actus est repente de cęlo sonus tamquā aduenientis spiritus vehementis, & ibi erant sedentes: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, loquētes magnalia Dei. **Postcom.**

Sancti Spiritus, Dñe corda nostra mūdēt infusio, & sui roris intima aspersione fecūdet. Per Dō. In vn.

Ad postulandam gratiā Spiritus sancti dicitur Missa vt supra, cum sequentibus Orationibus. **Oratio.**

Deus, cui omne cor patet, & quē nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere: & digne laudare mereamur. Per Dominum. In vnitāte eiusdem Spiritus sancti. **Secr.**

Hęc oblatio, quęsumus Dñe, cordis nostri maculas emundet: ut sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per Dñm. In vnitāte eiusdem Spiritus sancti. **Postcom.**

Concede quęsumus omnipotens Deus, sanctum nos Spiritū votis promereri sedulis: quatenus eius gratia & ab omnibus liberemur tentationibus, & peccatorū nostrorum indulgentiam accipere mereamur. Per Dñm. In vnitāte.

MISSA DE SANCTISSIMO

Eucharistię Sacramento. Intr.



ibavit eos ex adipe fructu mēti: & de petra, melle saturavit eos. **Psal.** **E**xultate Deo adiutori nostro: iubilate,

Deo Iacob. **v.** Gloria. **Oratio.**

Deus, quę nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuę memoriam reliquisti: tribue quęsumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari: ut redemptionis tuę fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis & reg.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis: quoniam in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens

agēs fregit, & dixit. Accipite, & mā ducate: Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cēnauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescumque bibētis in meā commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & cælicem bibetis: mortem Dñi annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicē Domini indigne: reuserit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim māducatur, & bibit indigne: iudiciū sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. **Graduale.**

Oculi omnium in te sperant Dñe: & tu das illis escam in tempore opportuno. **V.** Aperis tu manū tuā: & imples omne animal benedictione.

Alleluia, allelu. **V.** Caro mea vere est cibus, & sāguinis meus vere est potus: qui manducat meam carnē, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. **Alleluia.**

Post Septuagesimam omisso Allelu.

& versu sequenti, dicitur Tractus.

Ab ortu solis vsque ad occasū, magnum est nomen meum in gentibus. **V.** Et in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus. **V.** Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Alleluia, alleluia. **V.** Cognouerūt discipuli Dominum Iesum in fractione panis, alleluia. **V.** Caro mea

vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. **Alleluia.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorū. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit. Nō sicut māducauerunt patres vestri manna: & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Offertorium. Sacerdotes Domini incensum & panes offerunt Deo: & ideo sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius.

Secreta.

Ecclēsiæ tuæ, quæ sumus Domine, vnitatis & pacis propitius dona concede: quæ sub oblatis muneribus mystice designantur. Per Dominum nostrum.

Præfatio de Natiuitate Dñi, Quia per incarnati verbi. fol. 209.

Communio. Quotiescumque māducabitis panem hunc, & calicem bibētis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat: itaque quicumque manducauerit panem, vel biberit calicē Domini indigne, reuserit corporis & sanguinis Domini.

Postcommun.

Facnos, quæ sumus Domine, diuinitatis tuæ sēpiterne fructio ne reperi: quam pretiosi Corporis & sanguinis tui temporalis perceptio præfiguratur. Qui viuus & regnas cum Deo patre in vnitate.

MISSA DE S. CRUCE.

Introitus.

Os autē gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus.

Galat
6.

Psalmos. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. **Gloria Patri.** **Oratio.**

Deus, q̄ vnigeniti Filij tui pretioso sāguine, viuificę Crucis vexillum sanctificare voluisti: concede que sumus, eos, qui eiusdē sanctę Crucis gaudent honore, tua quoque vbique protectione gaude re. Per eundem Dominum.

Lectio Epistolę B. Pauli Apostoli ad Philippenfes.

Phil.
2. b

Fratres. Christus factus est pro nobis obediēs vsque ad mortē: mortem autē crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris:

Hic genu flectitur.

Graduale. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. **✠.** Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomē, quod est super omne nomen. **Alleluia, allel. ✠.** Dulce lignum, dulce clauos, dulcia ferēs pōdera: q̄ sola fuisti digna sustinere Regē cęlorū, & Dñm. **Alleluia.**

Ibid.

Post Septuagesimam omittis Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi: quia per Crucē tuā rede-

misti mundum. **✠.** Tuam crucem adoramus Domine: tuam gloriosam recōlimus passionem, misere nostri, qui passus es pro nobis. **✠.** O Crux benedicta, quę sola fuisti digna portare Regem cęlorum, & Dominum.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Allel. allel. ✠. Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno. **Psalm.**

Alleluia. ✠. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere Regē cęlorum, & Dominum. **Alleluia.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Assumpsit Iesus **Matth.**
20. duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascēdimus Ierolimam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotū & Scribis, & condemnabunt eum morte: & tradent eum Gentibus ad illudē dū, & flagellandum & crucifigendum: & tertia die resurget.

Offertorium. **P**rotege Domine, plebem tuam: per signum sanctę Crucis ab omnibus insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutē, & acceptabile fiat sacrificium nostrum. **Secreta.**

Hęc oblatio, Domine que sumus, ab omnibus nos purget offensis: que in ara crucis etiam totius mūdi tulit offensam. Per eundem Dominum nostrum.

Pręfatio. Qui salutem humani generis. fol. 232. **Communio.**

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. **Postc.**

Adesto nobis Dñe Deus noster, & quos sanctę Crucis letari facis honore, eius quoque perpetuis defende subsidijs. Per Dñm.

Tem-

Tempore Paschali, loco primæ Orationis dicitur sequens. Oratio.

Deus, qui pro nobis Filiū tuū Crucis patibulū subire voluisti: vt inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis, vt resurrectionis gloriam consequamur. Per eundem Dominū.

MISSA DE PASSIONE Domini nostri Iesu Christi.

Introitus.



Vmilauit semetipsum Dominus Iesus Christus vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod &

Deus exlatauit illū, & donauit illi nomē, quod est super omne nomē.

Psal. Misericordias Domini in æternum cantabo: in generationem & generationem. **ψ.** Gloria. **Oratio.**

Domine Iesu Christe, qui de cælis ad terram de sinu Patris descendisti, & sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorū fudisti: te humiliter deprecāmur: vt in die iudicij, ad dexterā tuā audire mereamur, venite benedicti. Qui viuis & regnas.

Lectio Zachariæ prophetæ.

Hæc dicit Dominus. Effundā super domū Dauid, & super omnes habitantes Ierusalem, spiritum gratiæ & miserationis: & aspicient in eum, quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super vnigenitum: & dolēbūt super eum, vt dolēri solet in morte primogeniti. In illa die erit plāctus magnus in Ierusalē, & dicetur. Quid sunt plagæ istę in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus sū in domo eorum, qui diligebant me. Framea fuscitare super pastorem meum, &

M.N.R.

super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oues: ait Dominus omnipotens. **Graduale.**

Improperiū expectauit cor meū, & miseriam: & sustinui, qui simul necum contristaretur, & non fuit: consolantem me quæsiui, & non inueni. **ψ.** Dederunt in escam meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto. **Alleluia, allelu.** **ψ.** Aue rex noster: tu solus nostros es miserat^o errores: Patri obediēs, duct^o es ad crucifigendum, vt agnus mansuetus ad occisionem. **Alleluia.**

Post Septuagesimam omisso Allel. & versū sequenti, dicitur Tractus.

Vere lāguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. **ψ.** Et nos putauim^o eū quasi leprosu, & percussū à Deo & humiliatū. **ψ.** Ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras, attrit^o est, ppter scelera nostra. **ψ.** Disciplina pacis nostre super eū: & liuore eius sanati sum^o.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Allelu. allel. **ψ.** Aue rex noster: tu solus nostros es miseratus errores: Patri obediēs, duct^o es ad crucifigēdū, vt agnus mansuetus ad occisionē. **Alleluia. ψ.** Tibi gloria, hofanna: tibi triūphus & victoria: tibi sūmæ laudis & honoris corona. **Allel.** **S**equentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tēpore: Sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt: vt cōsummaret scriptura, dixit. Sitio. Vas ergo positū erat aceto plenū. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponētes, obtulerūt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acētum dixit: Consummatū est. Et inclināto capite, tradidit spiritum.

Kk

lu-

Iudæi ergo, quoniã parascœue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerent eorum crura, & tollerentur. Venêrunt ergo milites: & primi quidem frugerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderent eum iam mortuum, non fregêrunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius.

Offertorium. Insurrexerunt in me viri iniqui: absq. misericordia quesierunt me interficere: & nō pepercerunt in faciem meam spuere: lanceis suis vulnerauerunt, & concussa sunt omnia ossa mea. **Secret.**

Oblatum tibi, Domine, sacrificium, intercedente vnigeniti Filij tui passione, viuificet nos semper & muniat. **Qui tecum viuuit.**

Præfatio de Cruce. fol. 232.

Ps. 11. **Cōmunio.** **F**oderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. **Postcommunio.**

Domine Iesu Christe, fili Dei viui, qui hora sexta pro redēptionemūdi crucispatibulū ascēdisti, & sanguinē tuū pretiosum in remissionē peccatorū nostrorū fudisti: te humiliter deprecamur: vt post obitū nostrū, paradisi ianuas nos gaudēter itroire cōcedas. **Qui viu.**

MISSA DE S. MARIA
ab Adventu vsque ad Natuitatem Domini. Introitus.

Orate celi desuper, & nubes pluant iustū: aperiat terra, & germinet saluatorē. **Ps. 1.** **B**enedixisti

Dñe terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. **v.** Gloria. **Oratio.**

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicib⁹ tuis: vt, qui vere eam genitricē Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dominum.

Lectio Isaiaę prophetæ.

In diebus illis: Locutus est Dñs ^{Isaiaę} ad Achaz, dicēs: Pete tibi signū ^{7b} à Domino Deo tuo, in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, q̄a molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel cōmedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Graduale. Tollite portas principes ^{Ps. 133} vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex glorię. **v.** Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, & mundo corde.

Alleluia, alleluia. **v.** Ave Maria ^{Luc. 1} gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Alleluia. **S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Missus est Angelus ^{Luc. 1} Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomē virginis, Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit. Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset,

Isaiaę
45.

Ps. 84.

diffet, turbata est in sermone ei⁹: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angel⁹ ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filiū: & vocabis nomen eius Iesū. Hic erit magnus: & filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dñs Deus sedē Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in eternū: & regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad Angelū. Quomodo fiet istud: quoniā virū non cognosco? Et respōdēs Angelus, dixit ei. Spiritus s̄ct⁹ superueniet in te: & virt⁹ Altissimi obūbrabit tibi. Ideoq. & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa cōcepit filium in senectute sua. Et hic mensis, est sextus illi, quæ vocatur st̄rilis: quā nō erit impossibile apud Deū omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. *Uteriorium.*

ibidē. **A**ue Maria gratia plena, Dñstecū benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. *Secr.*

In mētibus nostris, q̄s Domine, verē fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptū de virgine Deum verum & hominē confitemur: per eius saluferē resurrectionis potētiam, ad æternā mereamur peruenire lētitiā. Per eundem Dñm.

Præfatio. Et te in veneratione beatæ Marię. f. 225. quæ dicitur & in sequētib⁹ Missis de S. Mariā, etiam tēpore Patnāl. v. infra qualescūq. que dicitur eius Missa dicatur.

Ma. 7. **C**ommunio. Ecce virgo cōcipiet, & pariet filiū: & vocabitur nomen eius Emmanuel. *Postcommun.*

Gratiam tuam, quęsumus Domine, mētibus nostris infun-

de: vt, q̄ Angelo nuntiante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius, & crucē, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Dominum.

A NATIVITATE DOMINI

vique ad Purificat. Introitus.



Vitum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducēt Regi virgines post eam: proximæ eius adducēt tibi in lætitiā & exultatione. *Psal. 44.*

Psal. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. *ibidē.*
v. Gloria Patri. *Oratio.*

Deus, qui salutis eterne, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quā meruimus auctore vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Titum.

Charissime. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei: nō ex operibus iustitię, quæ fecimus nos: sed secundum suā misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abūde per Iesū Christū saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ: in Christo Iesu Domino nostro. *Graduale.*

specios⁹ forma præ filijs hominū: *Psal. 44.*
diffusa est grā in labijs tuis. *v.* Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribetis.
Alleluia, allel. *v.* Post partum vir-

go inuiolata permanfisti: Dei genitrix intercede pro nobis. Alleluia.

Post Septuagesimā Tract. Gaude Maria virgo. *vt in sequenti Missa.*

Sequētia S. Euang. secundū Lucā.

Luc.
a. b.

In illo tēpore: Pastores loquebātur adinuicē. Trāseamus vsque Bethleem: & videamus hoc verbū, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et uenerunt festinantes: & inuenērunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Vidētes autem cognouērunt de uerbo, quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierūt, mirati sunt de his, quę dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autē cōseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificātes & laudātes Deū, in omnibus, quę audierāt & uiderāt: sicut dictum est ad illos.

Offertorium. Felix namque es sacra uirgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster. **Secr.**

Mueneribus nostris, quę sumus Dñe, precibusque susceptis: & cęlestibus nos munda mylterijs, & clementer exaudi. Per Dominū.

Communio. Beata viscera Marię uirginis, quę portauerunt æterni patris filium. **Postcommun.**

Hęc nos communio, Domine, purget a crimine: & intercedente beata uirgine Dei genitricis Marię cęlestis remedij faciat esse consortes. Per eundem.

A PURIFICATIONE

vsque ad Pascha. Introitus.

S. ds.
lus.



Alue sancta parens, enixa puerpera Regem: qui cælum, terramque regit in sæcula sæculorum.

Psal. Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea Regi.

✠ Gloria Patri. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęsumus Dñe Deus, perpetua mētis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatę Marię semper uirginis intercessionē, a præfenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum.

Lectio libri Sapientię.

Ab initio, & ante sæcula creata sum: & vsque ad futurum sæculum non desinam: & in habitatione sancta corā ipso ministravi. **Eccl.**

Et sic in Siō firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illi: & in plenitudine sanctorū detētio mea.

Graduale. Benedicta & uenerabilis es uirgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuenta es mater Saluatoris.

✠ Virgo Dei genitrix, quem totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. **Alleluia, alleluia.** **✠** Virga Iesse floruit: uirgo Deum & hominem genuit: pacem Deus reddidit in se reconcilians ima summis. **Alleluia.**

Nu.
17.

Post Septuagesimam omisso Alleluia & uersu sequenti, dicitur Tractus.

Gaude Maria uirgo, cunctas hereses sola interemisti. **✠** Quę Gabrielis Archęgeli dictis credidisti.

✠ Dum uirgo Deum & hominem genuisti: & post partum uirgo inuiolata permanfisti. **✠** Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequētia S. Euang. secundū Lucam.

In illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, extollēs uocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus uenter qui te portauit, & uera quę

Luc.
11.

quæ sùxisti. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. **Offertorium.** Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster.

Secreta.

TVa, Domine, propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atque presentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per.

Communio. Beata viscera Mariæ virginis: quæ portauerunt æterni Patris Filium. **Postcommun.**

Sumptis Dñe, salutis nostræ subsidijs: da quæ, beatæ Mariæ semper virginis patrocinij nos ubiq. protegi: in cuius veneratione, hæc tuæ obtulim⁹ maiestati. Per Dñm.

A P A S C H A V S Q V E
ad Pentecosten. **Introitus.**



Alue sãcta parës, enixa puerpera Regë: qui cę lū, terramq. regit in sæcula sæculorū. Alleluia, allel. **Ps.** E ructauit cor

meum verbū bonum: dico ego opera mea Regi. **v.** Gloria. **Oratio.**

Concede nos famulos tuos, quos Dñe Deus, perpetua mētis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatę Marię semper Virginis intercessione, à p̄sentiliberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per.

Lectio libri Sapientiæ.

A B initio, & ante sæcula creata sum: & vsque ad futurum sæculum non desinam: & in habitatione sancta corā ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorifica-

to, & in parte Dei mei, hereditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea.

Alleluia, allel. v. Virga Iesse floruit: virgo Deum & hoïem genuit: pacē Deus reddidit in se recōciliās ima summis. **Alleluia. v.** Ave Maria gratia plena, Dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, Alleluia.

Sequētia S. Euāg. secūdū Ioannē.

IN illo tēpore: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cū vidisset ergo Iesus matrē, & discipulū stantem, quē diligebat dicit matri suæ. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus in sua. **Offert.** Beata es virgo Maria, quæ omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in æternum p̄manes virgo, alleluia. **Secreta.**

TVa, Dñe propitiatione, & beatę Marię semper virginis intercessione, ad perpetuā atque presentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatē & pacem. Per Dominum. **Communio.** Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium, alleluia. **Postcomm.**

Sumptis, Domine, salutis nostrę subsidijs: da quæ sumus, beatę Mariæ semper virginis patrocinij nos ubique protégi: in cuius veneratione, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dominum.

A P E N T E C O S T E V S Q V E
ad Aduentum. **Introitus.**

S Alue sancta parens, enixa puerpera Regem: qui cælum, terramque regit in sæcula sæculorum.

Psal. E. ructauit cor meum verbum

Mat 17a

Luci 1a

Ioan 19.0

Sedulius.

Pl. 44.

Eccol. 24.

Sedulius.

Pl. 44.

bonum : dico ego opera mea Regi.

v. Gloria Patri. *Oratio.*

Concede nos famulos tuos, quæsumus Dñe Deus, perpetua mētis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præfenti liberari tristitia, & æterna perfrui latitia. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Ecll.
24.

AB initio, & ante sæcula creata sum: & vsque ad futurum sæculum non desinam: & in habitatione sancta corā ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et ra dicauit i populo honorificato, & in parte Dei mei, hereditas illi: & in plenitudine sanctorū detētio mea.

Graduale. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: q̄ sine tactu pudōris inuenta es mater Saluatoris.

v. Virgo Dei genitrix: quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. *Alleluia, alleluia.* *v.* Post partum virgo inuiolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis. *Alleluia.*

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luc.
11.

IN illo tempore: Loquente Iesu ad turbas: extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud. *Offertorium.*

Luc.

2. **A**ue Maria gratia plena, Dñs tecū: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. *Secreta.*

TVa, Dñe, propitiatione, & beatæ Mariæ sēper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat

prosperitatem & pacem. Per Dñm. *Communio.* Beata viscera Mariæ virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium. *Postcommun.*

Sumptis Dñe, salutis nostrę subfidijs: da q̄sumus, beatæ Mariæ sēper virginis patrocinij nos vbique protégi: in cuius veneratione, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per.

Alia Missa Votiuæ pro diuersis rebus, quæ dici possunt quæcumq; die, nisi fuerit Dominica, vel Officium duplex, sed tamē passim non dicantur, nisi vrgētū de causa, vt supra dictū est de alijs Missis Votiuis.

MISSA PRO ELIGENDO
summo Pontifice, sede vacante,
dicitur de Spiritu sancto, vel
vt sequitur. *Introitus.*



Vscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem: & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. *Psal.* Memento Dñe David: & omnis mansuetudinis eius. *v.* Gloria Patri. *Oñ.*

Supplici, Dñe, humilitate deprecemur: vt sacrosanctę Romane Ecclesiæ concedat Pontificem illum tua immensa pietas: qui & pio in nos studio semper tibi placitus, & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reuerendus. Per Dominum.

Psal.
131.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

FRatres. Adeamus cum fiducia ad thronū gratiæ: vt misericordiam consequamur & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus

Hebr.
4.
Cap.
5.

cōstituitur in ijs quæ sunt ad Deū : vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit ijs, qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiã & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternū, secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq. ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. **Graduale.**

Pōtífex sacerdos magnus inter fratres suos: super cuius caput fufum est vnctionis oleū, & cuius manus in sacerdotio consecratę sunt: uestitusque est sanctis uestibus: debuit per omnia fratribus similari. **Ps.** Vt misericors fieret, & fidelis Pōtífex ad Deum: vt repropitiaret delicta populi. **Alleluia, allel. Ps.** Sacerdos sit sanctus, sicut & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos. **Allel.**

Post Septuagesimam omisso Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus. Surge Dñe in requiẽ tuã, tu & arca sanctificationis tuę. **Ps.** Sacerdotes tui induãtur iustitiam, & sancti tui exultent. **Ps.** Propter David seruu tuum, nõ auertas faciẽ Christi tui.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur. **Alleluia, allelu. Ps.** Sacerdos sit sanctus, sicut & ego sanctus sum Dñs, qui sanctifico vos. **Alleluia. Ps.** Ego

sum pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meę. **Allel. Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.**

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me: madata mea seruate. Et ego rogabo Patrẽ, & aliũ parãclitũ dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus nõ potest accipere, quia nõ videt eum, nec scit eũ. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc mōdũ cum, & mundus me iam non videt. Vos autẽ videtis me: quia ego viuo, & vos viuẽtis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sũ in patre meo: & vos in me, & ego in vobis. Qui habet madata mea, & seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autẽ diligit me, diligitur à patre meo: & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum.

Offertorium. Non participentur sancta, donec exurgat Pontifex in ostensionem & veritatem. **Secreta.**

Tve nobis, Domine, abundantia pietatis indulgeat: vt per sacramunera, quæ tibi reuerenter offerimus, gratum maiestati tuæ Pontificem sanctę matris Ecclesię regimini præesse gaudeamus. Per Dñm.

Commun. Veste sancta vtetur Pontifex, qui fuerit cōstitutus, & ingreditur tabernaculum testimonij, vt ministret in sanctuario. **Postcom.**

Pretiosi corporis & sanguinis tui nos, Domine, sacramento refectos, mirifica tuę maiestatis gratia de illius summi Pontificis concessione lætificet: qui & plebem tuam virtutibus instruat, & fidelium mentes spiritualium aromatum odore perfundat. Qui viuus.

In die Creationis, & Coronationis Papæ; & eiuſdem diei Anniverſario, dicitur Miſſa vt in Cathedra beati Petri. f. 352. cum Oratione, Deus omnium fidelium. fol. 268. omiſſis Orationibus ſanctorum Petri & Pauli; & dicitur Credo.

IN ANNIVERSARIO
Electionis, ſeu Conſecrationis
Epifcopi. Introitus.

Pſal.
131.



Ibid.

Acerdotes tui Domine, induant iuſtitiam: & ſancti tui exultent: propter David ſeruum tuum, non auertas facië Chriſti tui. Pſal. Memento Dñe David: & omnis manſuetudinis eius. V. Gloria. Oſo.

Deus omniũ fidelium paſtor & rector: famulũ tuũ N. quẽ paſtorem Eccleſiẽ N. præſſe voluifti, propitiuſ respice: da ei, q̄s verbo & exẽplo quibus præſt, proficere: vt ad vitam vnã cũ grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per Dñm. Lectio Epiftolæ B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

Hebr.
5.

Fratres. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, p̄ hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit ijs qui ignorant & errant: quoniã & ipſe circumdatus eſt infirmitate. Et propterea debet, quemadmodũ p̄ populo, ita etiã & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquã ſumit ſibi honorem: ſed qui vocaturã Deo tamquam Aaron.

Pſal.
131.

Gradu. Sacerdotes eius induã ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabũt. V. Illuc producã cornu David: paraui lucernam Chriſto meo. Allel. allel. V. Iuravit Dñs, & nõ pe-

Pſal.
109.

nitebit eũ: tu es ſacerdos in æternũ, ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech. Alle. Poſt Septuageſimam omiſſo. Alle. & verſu ſequenti, dicitur Tractus. Beatus vir, qui timet Dominũ: in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorũ benedicetur. V. Gloria & diuitiã in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Tempore Paſchali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Pſal.
111.

Alleluia, alleluia. V. Iuravit Dñs, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Alleluia. V. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum. Alleluia. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum.

Pſal.
109.

Eccl.
45.

In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vidẽte, vigilãte, & orãte. Nescitis enim, quãdo tẽpus fit. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum ſuam: & dedit ſeruis ſuis poteſtatẽ cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilãte ergo: nescitis enim, quãdo dominus domus veniat: ſero, an mediã nocte, an galli cantu, an mane: ne, cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilãte. dicitur Credo. Offertorium.

Mat.
13. C.

Veritas mea, & miſericordiã mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Pſ.
88.

Oblatiſ que ſumus Domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſiæ N. præſſe voluifti, aſſidua proteſtatione gubernã. Per Dominum. Communio. Beatus ſeruus, quẽ cum venerit Dominus, inuenit vigilantem: amen dico vobis, ſuper om-

Mat.
24.

oīa bona sua cōstituet eū. **Postcō.**
HÆc nos, quæsumus Dñe, di-
 uini sacramēti perceptio pró-
 tegat: & famulum tuum **N.** quē pa-
 storem Ecclesiæ **N.** præesse volui-
 sti vnā cum commissio sibi grege, sal-
 uet semper & muniat. Per Dñm.

MISSA AD TOLLENDVM
schisma. Introitus.

S Aluos nos fac, Domi-
 ne Deus noster: &
 congrega nos de na-
 tionibus: vt confitea-
 mur nomini sancto
 tuo, & gloriemur in laude tua.

Psal. Cōfitemini Domino, quoniā
 bonus: quoniam in sæculum mise-
 ricordia eius. **V.** Gloria. **Oratio.**

DEus, q̄ errata corrigis, & di-
 spersa congregas, & cōgrega-
 ta conseruas: quæsumus, super po-
 pulum Christianū tuę vnionis gra-
 tiam clementer infunde: vt diuisio
 ne reiecta, vero Pastori Ecclesiæ
 tuæ se vnies, tibi digne valeat fa-
 mulari. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli
 ad Ephesios.

FRatres. Obsecro vos, vt digne
 ambuletis vocatione, qua voca-
 ti estis, cum omni humilitate & m̄a
 suetudine, cum patientia supportā-
 tes inuicē in charitate: solliciti ser-
 uare vnitatē spiritus in vinculo pa-
 cis. Vnum corpus, & vnus spiritus:
 sicut vocati estis in vnā spē vocatio-
 nis vestræ. Vnus Dominus, vnā fi-
 des, vnum baptisma. Vnus Deus &
 pater omnium, qui est super om-
 nes, & per omnia, & in omnibus no-
 bis. Vnicuique autem nostrū data
 est gratia secundum mensurā dona-
 tionis Christi: donec occurramus
 oēs in vnitatem fidei, & agnitionis

Filij Dei, in virum perfectū, in mē-
 suram ætatis plenitudinis Christi:
 vt iā non simus paruuli, fluctuātes,
 & circumferamur omni vento do-
 ctrinæ in nequitia hominū, in astu-
 tia ad circumuentionē erroris. Veri-
 tatem autem facientes in charita-
 te, crescimus in illo per omnia, qui
 est caput Christus: ex quo totū cor-
 pus compactū & connexū per oēm
 iuncturam subministrationis secū-
 dum operationē in mensurā vniuf-
 cuiusque mēbri, augmētū corporis
 facit in ædificationē sui in charita-
 te. Hoc igitur dico, & testificor in
 Dño: vt iā nō ambuletis, sicut &
 gentes ambulāt in vanitate sensus
 sui, tenebris obscuratū habētes in-
 tellectū, alienati à vita Dei per igno-
 rantiam, q̄ est in illis propter cecī-
 tatem cordis ipsorū. Qui desperan-
 tes semetipsos tradiderūt impudi-
 citiæ, in operationem immunditię
 oīs, in auaritiā. Vos autē nō ita di-
 didicistis Christū: si tñ illū audistis,
 & in ipso edocti estis: sicut est veri-
 tas in Christo Iesu Dño nostro.

Grad. Rogate quæ ad pacē sunt Ie-
 rusalē: & abūdantia diligētibus te.

V. Fiat pax in virtute tua, & abūdā-
 tia in turribus tuis. **Alleluia, allel.**

V. Lauda Ierusalem Dominū: lau-
 da Deum tuum Sion. **Alleluia.**

Post Septuagesimam Tractus.

Notus in Iudæa Deus, in Israēl ma-
 gnum nomen eius. **V.** Et factus est
 in pace locus eius, & habitatio ei⁹
 in Sion. **V.** Ibi confregit potentias
 arcuum, scutum, gladium, & bellū.

**Tempore Paschali omittitur Gra-
 duale, & eius loco dicitur.**

Alleluia, allel. **V.** Lauda Ierusalem
 Dñm: lauda Deum tuū Sion. **Allel.**

V. Qui posuit fines tuos pacem: &
 adipe frumentī satiat te. **Alleluia.**

Sequen.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in celum, dixit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego serua- bam eos in nomine tuo. Quos dedi- disti mihi, custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt scri- ptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermo- nem tuum: & mundus eos odio ha- buit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut & ego non sum de mun- do. Sanctifica eos in veritate. Ser- mo tuus, veritas est. Sicut tu me mi- sisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint: sicut tu Pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum. **O**rationem.

Rem. **D**et vobis Deus idipsum sapere in alterutrum: vt vnanimes vno ore honorificetis Deum nostrum. **S**ecreta.

Mvera hæc pro vnione populi Christiani tibi Dñe, oblata sanctifica: per quæ vnitatis & pacis in Ecclesia tua nobis dona concede. Per Dominum. **C**ommunio.

Vnus panis & vnum corpus multi

sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. **P**ostc.

Hæc tua Dñe, sumpta sacra communio, sicut fidelium in te, vnionem præsignat: sic in tua Ecclesia vnitatis, quæ, operetur effectum. Per.

MISSA PRO QUACUMQUE
necessitate. Introitus.



Alus populi ego sum, dicit Dominus: de quacumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: &

ero illorum Dominus in perpetuum.

Psalm. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. **G**loria. **O**ratio.

Ineffabilem misericordiam tuam Domine, nobis clementer ostende: vt simul nos & a peccatis omnibus exuas, & a pœnis, quas pro his meremur, eripias. Per Dominum.

Lectio Ieremias propheta.

Si iniquitates nostras contendunt contra nos: Domine, fac propter nomen tuum: quoniam multas sunt auersiones nostras: tibi peccauimus. Expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos, Dñe Deus noster. **G**rad.

Liberaisti nos Dñe ex affligentibus nos, & eos qui nos oderunt, confudisti. **I**n Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæcula. **A**lleluia, alleluia.

Propitius esto, Domine, peccatis nostris: ne quando dicant gentes, ubi est Deus eorum? **A**lleluia.

Post Septuagesimam ommissis Allel. & versu sequenti, dicitur **T**rausus.

De necessitatibus meis eripe me, Domine: vide humilitatem meam,

&

& laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. *Psal.* Ad te Domine leuauit animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideat me inimici mei. *Psal.* Etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Psal. Alleluia, allel. *Psal.* Propitius esto, Domine, peccatis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum? alleluia. *Psal.* Exultabo & letabor in misericordia tua: quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

Mar. *r. d.* **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Habete fidem Dei. Amé dico vobis: quia quicumque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quæcūque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & Pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis: nec Pater vester, qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra.

Psal. *r. d.* **O**ffertoriū. *Psal.* Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine: & super iram inimicorum meorum extendes manum tuam, & saluum me faciet dextera tua. *Psal.*

Purificet nos, Domine quæsumus, muneris præsentis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per Dominum. *Communionis.*

Memeto verbi tui seruo tuo Dñe, in quo mihi sp̄s dedisti: hæc me consolata est in humilitate mea. *Psal.*

Prestata quæsumus Dñe: vt terrenis affectibus expiati: ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per.

MISSA PRO REMISSIONE peccatorum. Introitus.



Misereris omnium, Domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam, & parcens illis: quia tu es Dominus Deus noster. *Psal.* Misere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. *Psal.* *r. d.* Gloria Patri. *Oratio.*

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & cōfitemium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo: quæ me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. *Psal.* *r. d.* **O**ffertoriū. *Psal.* Propitius esto Dñe, peccatis nostris, ne quoniam dicat gētes: vbi est Deus eorum? *Psal.* Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorē nominis tui Dñe, libera nos. *Psal.* *r. d.* **O**ffertoriū. *Psal.* Deus iudex iustus, fortis & patiens: numquid irascetur per singulos dies? Allel.

Psal. **P**ost Septuagesimam omissis Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.

De profundis clamaui ad te Dñe, Domine exaudi vocem meam.

V. Fiant aures tuæ intendentes in orationē serui tui. **V.** Si iniquitates obseruaueris, Domine, Domine quis sustinebit? **V.** Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Alleluia, all. **V.** Deus iudex iustus, fortis & patiēs: numquid irascetur p̄ singulos dies? **Allel.** **V.** Auditui meo dabis gaudium & læticiam: & exultabunt ossa humiliata. **Allel.**

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Pētite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis em̄ qui petit, accipit: & q̄ quærit inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit panē: numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nūquid pro pisce serpētem dabit illi? Aut si petierit ouū: nūquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona dare filiis vestris: quāto magis P̄r vester de cęlo dabit spiritū bonū petētibus se?

Offertorium. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat.

Secreta.

Hostias tibi Domine, placationis & laudis offerimus: vt & delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per.

Communio. Pētite, & accipietis: q̄rite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. **Postcommun.**

Ræta nobis æterne saluator: vt percipientes hoc munere veniā

peccatorum, deinceps peccata vitēmus. Per Dominum.

M I S S A C O N T R A Paganos. Introitus.



Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finē: quare faciē tuam auertis, obliuisceris tribulationem nostram? adhæsit in terra venter noster: exurge Domine, adiuua nos, & libera nos. **Psal.**

Deus auribus nostris audiuius: patres nostri annuntiauerunt nobis. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

Omnipotēs sempiternæ Deus, in cuius manu sunt omniū potestates, & omniū iura regnorum, respice in auxilium Christianorū: vt gētes Paganorum, quæ in sua feritate confidunt dextere tuæ potentia conterantur. Per Dominum.

Epist. In diebus illis: Orauit Machabeus ad Dñm. **vt in feria iiii. post Dominicā ij. Quadrag. f. 80.**

Graduale. S ciant gentes, quoniam nomē tibi De⁹: tu solus altissimus super omnē terrā. **V.** Deus meus, pone illos vt rotā, & sicut stipulam ante faciē venti. **Alleluia, alleluia.**

V. Excita Dñe potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos. **Alleluia.** **Post Septuagesimam omittis Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.**

Ad iuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui Domine, libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomē tuū. **V.** Ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus corā oculis nostris. **V.** Vindica sanguinem seruorum tuorū qui effusus est: intret in conspectu tuo gemitus cōpeditorum.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Alleluia, allel. v. Excita Dñe potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos. **Alleluia. v.** Deus virtutū cōuerture, respice de cælo, & vide, & visita vineam istā: & perfice eam, quam plantauit dextera tua. **Allel. Euāg.** Quis veltrū habebit amicū. vt in Missa de Rogationib. f. 273.

Offertorium. Populum hūmitem saluum facies: & oculos superborū humiliabis: quoniam quis Deus præter te Domine? **Secreta.**

Sacrificium, Domine, quod immolamus, intēde: vt propugnatores tuos ab omni eruas Paganorum nequitia, & in tuæ protectionis securitate cōstituas. Per Dñm.

Communio. In salutari tuo anima mea, & in verbū tuū speraui: quando facies de persequētibus me iudiciū? iniqui psecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus. **Postcom.**

Protector noster aspice Deus, & propugnatores tuos à Paganorum defende periculis: vt omni perturbatione submota, liberis tibi mentibus deseruiant. Per Dñm.

M I S S A T E M P O R E belli. Introitus.

Reminiscere miserationum tuarū Domine, & misericordiæ tuæ, quæ à sæculo sunt: ne vmquā dominētur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israël ex omnib⁹ angustijs nostris.

Psalm. Ad te Dñe leuaui animam meā: Deus meus in te confido, non erubescam. **v.** Gloria Patri. **Ofo.**

Deus, qui cōteris bella, & impugnatores in te speratiū potentia tuę defensionis expugnas: au-

xiliare famulis tuīs implorantibus misericordiam tuam: vt inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus. Per Dominum.

LECTIO Ieremiæ propheta.

IN diebus illis: Accesserunt omnes principes bellatorum: dixeruntque ad Ieremiam prophetam. Ora pro nobis ad Dominū Deum tuum. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam. Vocauitq. omnes principes bellatorū, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum: & dixit ad eos: Hęc dicit Dominus Deus Israël, ad quem misisti me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. Si quiescentes manseritis in terra hac, edificabo vos, & nō destruam: plantabo, & non euellam. Iam enim placatus sum super malo, qđ feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylōnis, quē vos pauidi formidatis. Nolite metūere eum, dicit Dominus: quia vobiscū sum ego, vt saluos vos faciam, & eruā de manu eius. Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri: & habitare vos faciā in terra vestra: dicit Dñs omnipotēs.

Grad. Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. **v.** Liberaisti in brachio tuo populum tuum, filios Israël, & Ioseph. **A**lleluia, alleluia.

v. Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me. Alleluia.

Post Septuagesimam omittis Allel. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Domine, non secundū peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras retribuas nobis. **v.** Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū: cito accipent

Psal. 79.

f. 17.

Psal. 18.

Psal. 4.

Psalm.

Psal. 78.

tere. 42.

Psal. 76.

Psal. 58.

Psal. 102.

Psal. 78.

cipient nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis. *V.* Adiua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Te Deum Laudamus. Graduale. A. eius locodictum.

Psal. Alleluia, allel. *V.* Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me. Alleluia.

Ibid. *V.* Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exultabo mane misericordiam tuam. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelij secundum Mattheum.

Matt. *24.* **I**n illo tempore: Accesserunt ad Iesum discipuli secreto, dicentes. Dic nobis, quando haec erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis saeculi? Et respondens Iesus dixit eis. Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducunt. Audituri enim estis praemia, & opiniones praetiorum. Videte, ne turbemini. Oportet enim haec fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentiae, & fames, & terremotus per loca. Haec autem omnia, initia sunt dolorum.

Offertorium.

Psal. *17.* **P**opulum humile saluum facies Domine, & oculos superbiorum humiliabis: quoniam quis Deus, praeter te Domine. *Sec.*

Sacrificium Domine, quod immolamus, intende placatus: ut ab omni nos eruat bellorum nequitia, & in tuae protectionis securitate constituat. Per Dominum.

Psal. *30.* **C**onmunda inclina aurem tuam, accelera, ut eripias nos. *Psalm.*

Deus regnorum omnium, regum dominator: qui nos & percu-

tiendo sanas, & ignoscendo confertuas, praetende nobis misericordiam tuam: ut tranquillitate pacis tuae potestate seruata, ad remedia correctionis utamur. Per Dominum.

MISSA PRO PACE.

Introitus.



DA pacem Domine, sustinentibus te, ut prophetae tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, & plebis tuae

Ecclesi.
36.

Israël. *Psal.* Letatus sum in his quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. *V.* Gloria Patri. *Oratio.*

Psal.
121.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tuae protectione tranquilla. Per Dominum.

lectio libri Machabaeorum.

Fratribus qui sunt per Aegyptum, salutem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis, & pacem bonam. Benefaciat vobis Deus: & meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruatorum suorum fidelium: & det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & praecipis suis: & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo, Dominus Deus vester. *Graduale.*

2o.
Mac.

Rogate quae ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.

Psal.
121.

V. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Alleluia, allel. *V.* Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Alleluia.

Psal.
147.

Post Septuagesimam omittis Allel.
& versu sequenti, dicitur Tractus.

Pl. 75. **N**otus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. *V.* Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. *V.* Ibi confregit potentias arcu, scutum, gladium, & bellum.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Pal. 47. **A**lleluia, alleluia. *V.* Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Alleluia. *V.* Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiavit te. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

Pal. 47. **I**n illo tempore: Cum esset sero die illa, vna sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gaudium ergo discipuli, viso Domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. **Offertorium.**

Pal. 14. **L**audate Dominum, quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suavis est: omnia, quæcumque voluit, fecit in cælo & in terra. **Secr.**

Deus, qui credentes in te populos nullis finis concuti terroribus: dignare preces & hostias dicte tibi plebis suscipere: ut pax a tua pietate concessa, Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per Dominum nostrum.

an. **Communio.** Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis, dicit Dominus. **Postcommunio.**

Deus auctor pacis & amator: quem nosse, & vivere, cui seruire, regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: ut qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Dominum nostrum.

MISSA PRO VITANDA mortalitate, vel tempore pestilentie. Introitus.



Recordare Domine testamenti tui, & dic angelo percutienti: cesset iam manus tua, & non desoletur terra, & ne perdas omnem animam viventem.

Psalmus. Qui regis Israël, intende: qui deducis, velut ouem, Ioseph. *V.* Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui non mortem, sed penitentiam desideras peccatorum: populum tuum ad te reuertentem propitius respice: ut, dum tibi deuotus existit, iracundia tua flagella ab eo clementer amoueat. Per.

Lectio libri Regum.

In diebus illis: Immisit Dominus pestilentiam in Israël, de mane usque ad tempus constitutum: & mortui sunt ex populo, a Dan usque ad Bersabee, septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam angelus Domini super Ierusalem, ut disperderet eam: misertus est Dominus super afflictione populi sui, & ait angelo percutienti. Sufficit, nunc contine manum tuam. Erat autem angelus Domini iuxta aream Areuna Ierusalem. Dixitque David ad Dominum, cum vidisset angelum cadentem populum. Ego sum, qui peccaui: ego, qui inique egi: isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum

patrie

patris mei. Venit aut Gad propheta ad David in die illa, & dixit ei. Ascende, & constitue altare Domino in aerea Arcina Iebusæi. Et ascendit David iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus: & ædificauit altare Domino: & obtulit holocausta & pacifica. Et propitiatus est Dominus terre, & cohibita est plaga ab Israël.

Graduale.

Misit Dominus verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de morte eorum. **V.** Confiteantur Domino misericordie eius: & mirabilia eius filius hominum. **A**llelu. allelu. **V.** Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Alleluia.

Post Septuagesimam omisso Allelu. & versu sequenti, dicitur Tractus.

Domine, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. **V.** Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue quæ pauperes facti sumus. **V.** Addiuua nos Deus salutaris non solum: & propter gloriam nominis tui Domine, libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Alleluia, alleluia. **V.** Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Alleluia. **V.** Saluabo populum meum Israël in die malo: & ero eis in Deum, in veritate & iustitia. Alleluia.

Euangelium. Surgens Iesus de synagoga, introiit in domum Simonis. **vt in feria v. Dñice iij. Quadr. f. 94.**

Offert. Stetit Pontifex inter mortuos & viuos, habens thuribulum aureum in manu sua: & offerens incensi sa-

crificium, placauit iram Dei, & cessauit quassatio à Domino. **Secreta.**

Subueniat nobis, quesumus Domine, sacrificij presentis oblatio: quæ nos & ab erroribus vniuersis poterit absoluat, & à totius eripiat perditionis incursum. Per Dominum. **Communio.** Multitudo languentium, & qui vexabatur a spiritibus immundis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6.

Postcommunio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: & populum tuum ab iracundie tue terroribus liberum, & misericordie tue fac largitate securum. Per.

MISSA PRO INFIRMIS.

Introitus.



Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. **Psal. C** Ps. 54.

Tristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. **V. Gloria. Ofio.** Ibid.

Omni potes sempiternus Deus, salus eterna credentium: exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordie tue imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones. Per Dominum. **Si fuerit pro vno tantum, dicatur semper in singulari.**

Lectio Epistolæ B. Iacobi Apostoli.

Charissimi. Tristatur aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleluiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, Iaco. 5. c.

remit-

remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicē, vt saluemini. **Graduale.**

Ps. 6. **M**isereremihi Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine.

V. Cōturbata sūt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde.

Psal. 101. **A**lleluia, alleluia. **V.** Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat. Alleluia.

Post Septuagesimā ommissis Allelu. & versū sequenti, dicitur Tractus.

Ps. 30. **M**iserere mei Domine, quoniam tribulus: conturbatus est in ira oculi meus, anima mea & vĕter me°.

V. Quoniā defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

V. Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea cōturbata sunt.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Psal. 101. **A**lleluia, alleluia. **V.** Dñe exaudi orationem meā: & clamor meus ad te

Ps. 37. perueniat. Alleluia. **V.** In Deo sperauit cor meum, & adiutus sum: & refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Alleluia. **Euangelii.**

Cum introisset Iesus Capharnaū. **vt in fer. v. post diem Ciner. fol. 59.**

Ps. 54. **O**ffertorium. **E**xaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. **Secreta.**

Deus, cuius nutib° vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces & hostias famulorum tuorum, pro quibus ægrotantibus misericordiam tuam imploramus: vt de quorum periculo metuimus, de eorum salute lætemur. Per Dñm.

Ps. 30. **C**ommunio. **I**llumina faciem tuā super seruum tuum, & saluum me fac in tua misericordia: Domine, non confundar, quoniam inuocauit te. **Postcommun.**

M.N.R.

Deus, infirmitatis humanę singularē præsidium: auxiliij tui sup infirmos famulos tuos ostēde virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, Ecclesię tuę sãctę incolumes repræsentari merantur. Per Dñm.

Pro infirmis, qui proximus est mortid, dñr sequentes Orationes. Oro.

Omnipotēs & misericors De°, qui humano generi & salutis remedia, & vitæ æternę munera cōtulisti: respice propitiuss famulum tuum infirmitate corporis laborātem, & animam rēfoue, quam creasti: vt in hora exitus illi°, absq. peccati mácula tibi creatori suo per manus sanctorum Angelorū repræsentari mereatur. Per Dñm. **Secre.**

Suscipe, quæsumus Domine, hostiam, quam tibi offerimus pro famulo tuo in extremo vitæ constituto, & concede, vt per eā vniuersa illius purgētur delicta, vt q tuæ dispositionis flagellis in hac vita atteritur, in futura requiē consequatur æternam. Per Dñm. **Postcommuna.**

Quæsumus clementiam tuam, omnipotens Deus, vt per huius virtutem sacramenti famulum tuum gratia tua confirmare digneris: vt in hora mortis eius non præualeat contra eum aduersarius, sed cum angelis tuis transitum habere mereatur ad vitam. Per Dominum.

MISSA PRO PEREGRINANTIBUS, vel iter agentibus.

Introitus.



Edime me Dñe, & miserere mei: pes enim me° stetit in via recta: in ecclesijs benedicam Dominum. Psalmus.

Iudica me Domine, quoniā ego in innocentia mea ingressus sum: & in

Ll

Do-

Domino sperans non infirmabor.

✠ Gloria Patri.

Oratio.

Adesto Domine supplicationi
bus nostris: & viam famulo-
rum tuorum in salutis tuæ prospere-
ritate dispone: vt inter omnes viæ
& vitæ huius varietates, tuo semper
protegentur auxilio. Per Dominũ.

Iectio libri Genesis.

IN dieb⁹ illis: Egressus Jacob de
Bersebee, pergebat Haran. Cũ-
que venisset ad quemdam locũ, &
vellet in eo requiescere post solis
occubitũ, tulit de lapidib⁹ qui iace-
bāt, & supponēs capiti suo, obdor-
miuit in eodẽ loco. Viditq. in som-
nis dñm dicentẽ sibi. Ego sum Dñs
Deus Abraham patris tui, & Deus
Isaac: Terrã, in qua dormis, tibi da-
bo & semini tuo. Eritq. semẽ tuum
quasi puluis terræ: dilataberis ad
Occidentẽ, & Orientẽ, & Septen-
trionẽ, & Meridiem: & benedicen-
tur in te & in semine tuo cunctæ tri-
bus terrę. Etero custos tuus quocũ
que perrexeris, & reducã te in ter-
ram hanc: nec dimittã, nisi complẽ-
uero vniuersã quę dixi. Surgēs ergo
Jacob mane, tulit lapidẽ quem sup-
posuerat capiti suo, & erexit in titu-
lum, fundens oleũ desuper. Vouit
etiam votum, dicēs. Si fuerit Deus
mecũ, & custodierit me in via, per
quam ego ambulo, & dederit mihi
panem ad vescendum, & vestimen-
tum ad induendũ, reuersusq. fuero
prosperè ad domũ patris mei: erit
mihi Dñs in Deũ, & lapis iste, quẽ
erexi in titulum, vocabitur domus
Dei: cunctorumq. quæ dederis mi-
hi, decimas offerã tibi. **Graduale.**

Si ambulem in medio vmbre mor-
tis, non timebo mala, quoniam tu
mecũ es Domine. ✠. Virga tua &
bâculus tuus, ipsa me cõsolata sũt.

Allel. allel. ✠. Gressus meos dirige
secundum eloquiũ tuum, vt nõ do-
minetur mei omnis iniustitia. Allel.
Poss Septuagesimam omisso Allel.
& versũ sequenti, dicitur Tractus.

Angelis suis Deus mandauit de te,
vt custodiãt te in omnib⁹ vijs tuis.

✠. In manibus portabunt te, ne
vmquam offendas ad lapidem pe-
dem tuum. ✠. Super aspidem & ba-
siliscum ambulabis, & conculcabis
leonem & draconem.

**Tempore Paschali omittitur Gra-
duale, & eius loco dicitur.**

Alleluia, alleluia. ✠. Gressus meos
dirige secundum eloquium tuum,
vt non dominetur mei omnis iniu-
stitia. Alleluia. ✠. Lætatus sum in
his quæ dicta sunt mihi: in domum
Domini ibimus. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipu-
lis suis. Eũtes, p̄dicate dicẽtes.
Quia appropinquauit regnum cæ-
lorũ. Infirmos curate, mortuos sus-
citate, leprõsos mũdate, demones
eijcite: gratis accepistis, gratis da-
te. Nolite possidẽre aurũ, neq. ar-
gentum, neque pecuniam in zonis
vestris: nõ perã in via, neque duas
tunicas, neque calceamenta, neque
virgã: dignus enim est operari⁹ ci-
bo suo. In quamcũque autẽ ciuita-
tem, aut castellũ intraueritis, inter-
rogate quis in ea dignus sit: & ibi
manete donec exeatis. Intrans au-
tem in domũ, salutate eã, dicentes:
Pax huic domui. Et si quidem fue-
rit domus illa digna, veniet pax ve-
stra super eam: si autem non fuerit
digna, pax vestra reuertetur ad vos.
Et quicũque nõ recẽperit vos, neq.
audierit sermones vestros: exeun-
tes foras de domo, vel ciuitate, ex-
cũtite

Psal.
118.

Ps 90.

Psal.
118.

Psal.
121.

Matth.
10. b

cūtite puluerē de pedibus vestris.

Pfal.
26.

Offertorium. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, q̄ saluos facis sperantes in te Domine. **Secreta.**

Propitiare Dñe, supplicationibus nostris, & has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: vt viam illorū & p̄cedente gratia tua dirigas: vt de actu atque incolumitate eorū, secundū misericordiæ tuæ præsidia gaudeamus. Per Dominum.

Pfal.
118.

Communio. Tu mandasti, mandata tua custodiri nimis: vtinā dirigantur viæ meæ ad custodiēdas iustificaciones tuas. **Postcommun.**

TVa, Domine, sacramenta quæ sumpsimus, famulos tuos in te sperantes custodiant: & contra omnes aduersos tueātur incurfus. Per Dominum nostrum.

Si benedictio Nuptiarum faciēda sit die Dominica, vel alio Festo solemni, dicatur Missa de Dominica, vel festo, cū Gloria in excelsis. & Credo. si illa Missa id requirit, & cum comm. sequentis Missæ pro Sponso & sponfa, & reliquis quæ pro Communionē & cōplemento benedictionis in ea habentur.

MISSA PRO SPONSO

& sponfa. **Introitus.**

DEus Israël coniungat vos: & ipse sit vobiscum, qui misertus est duobus vnici: & nūc Dñe fac eos plenius benedicere te. **Pfal.** Beati omnes qui timent Dñm: qui ambulant in vijs eius. **v. Gloria Patri. Oratio.**

Tob.
7. & 8.



Pfal.
127.

EXaudi nos, omnipotens & misericors Deus: vt quod nostro ministratur officio, tua benedictio ne potius impleatur. Per Dominū. **Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Ephesios.**

FRatres. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Dño: quoniā vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesię: ipse, saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in oībus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiā, non habentē maculam, aut rugam, aut aliqd̄ huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debēt diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suā vxorē diligit, seipsum diligit. Nemo enim v̄quam carnem suā odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sacramētum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Verumtamē & vos singuli, vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit: vxor autem timeat virum suum. **Graduale.**

Vxor tua sicut vitis abundās in laterib⁹ domus tuæ. **v. Filij tui sicut nouellę oliuarum in circuitu mensę tuę. Alleluia, alleluia. v. Mittat vobis Dominus auxiliū de sancto: & de Sion tueatur vos. Alleluia.**

Pfal.
127.

Pfal.
127.

Post Septuagesimam omisso Allel. & versu sequenti dicitur Tractus.

Pfal. **127.** **E**cce ſic benedicetur omnis homo, qui timet Dñm. **V.** Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ. **V.** Et videas filios filiorum tuorum: pax ſuper Iſraël.

Tempore Paſchali omittitur Graduale, & eius loco dicitur.

Pfal. **119.** **A**lleluia, alleluia. **V.** Mittet vobis Dominus auxiliū de ſancto: & de Sion tueatur vos. Alleluia. **V.** Benedicat vobis Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram. Alleluia. **S**equentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Matt. **19.** **I**n illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum Pharifæi tentātes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacumque ex cauſa? Qui reſpondens, ait eis. Non legiſtis: quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc, dimittet homo patrem & matrē, & adharebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Itaq. iam non ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Fl. **30.** **O**ffertorium. **I**n te ſperaui Domine: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea. **Secreta.**

Suſcipe, queſumus Domine, pro ſacra cōnubij lege munus oblātū: & cuius largitor es operis, eſto diſpōſitor. Per Dominum.

Dicto **P**ater noſter, **Sacerdos** antequā dicat, **L**ibera nos queſumus Domine, ſtans in cornu **Epiſtolæ** verſus **Sponſum & ſponſam** ante altare genuflexos, dicit ſuper eos ſequentes **Orationes.**

Oremus. **O**ratio.

Propitiare Domine ſupplicationibus noſtris, & inſtitutis tuis, quibus propagationē huma-

ni generis ordinasti, benignus assiste: vt quod te auctore iungitur, te auxiliāte ſeruetur. Per Dominum.

Oremus.

Deus, q̄ poteſtate virtutis tuæ de nihilo cuncta feciſti: q̄ diſpoſiſti vniuerſitatis exordijs homini ad imaginem Dei factō, ideo inſeparabile mulieris adiutorium condidiſti, vt femineo corpori de virili dares carne principiū, docēs qđ ex vno placuiſſet inſtitui, numquā licere diſiungi: Deus, qui tam excellenti myſterio coniuſgalē copulam conſecraſti, vt Chriſti & Ecclēſiæ ſacramentum preſignares in ſœdere nuptiarum: Deus, per quē mulier iungitur viro, & ſocietas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quæ ſola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluuij eſt ablata ſententiam: Reſpice propitius ſuper hanc famulā tuam, quæ maritali iungenda confortio, tua ſe expetit, p̄tectione muniri: ſit in ea iugum dilectionis & pacis: fidelis & caſta nubat in Chriſto, imitatrixque ſanctarū permaneat feminarum: ſit amabilis viro, vt Rachel: ſapiens, vt Rebecca: longæua & fidelis, vt Sara: nihil in ea ex actibus ſuis ille auctor p̄uaricationis vſurpet: nexa fidei, mādationis que permaneat: vni thoro iuncta, contactus illicitos fugiat: munit infirmitatem ſuam robore diſciplinæ, ſit verecundia grauis, pudōre venerabilis, doctrinis cæleſtib⁹ erudita: ſit ſecūda in ſobole, ſit probata & innocens: & ad beatorum requiē, atque ad cæleſtia regna perueniat: & videant ambo filios filiorum ſuorum, vſque in tertiam & quartam generationem: & ad optatam perueniant ſenectutem.

Per

Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum.

Tū Sacerdos reuersus ad medium Altaris, dicit, **L**ibera nos, & reliqua more solito: & postquam sum pferit Sanguinem, communicet Sponso, & prosequatur Missam.

Communio. **E**cce sic benedicetur omnis homo qui timet Dominū: & videas filios filiorum tuorum: pax super Israël.

Postcommunio.

Quesumus omnipotens Deus, instituta prouidentię tuę pio favore comitare: vt quos legitima societate connectis, longæua pace custodias. Per Dominum.

Dicto Benedicamus Domino, vel, si Missæ illius diei conueniat, **I**te missa est, Sacerdos antequam populo benedicat conuersus ad Sponsum & sponfam dicat.

Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob sit uobiscum: & ipse adimpleat benedictionē suam in uobis: vt uideatis filios filiorum uestrorū vsque ad tertiam & quartam generationē: & postea vitam æternam habeatis sine fine, adiuuante Domino nostro Iesu Christo: qui cum Patre & Spiritu sãcto uiuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Moneat eos Sacerdos sermone graui, vt sibi inuicem seruent fidē: orationis tempore, & præsertim ieiuniorum ac solemnitatū, casti maneāt: & uir uxorem, atque uxor uirum diligat: & in timore Dei permaneant. Postea eos aspergat aqua benedicta, & dicto, **P**laceat tibi sancta Trinitas. det benedictionem: & legat, vt solitum est, **E**uangelium sancti Ioannis, **I**n principio erat Verbum, &c.

ORATIONES DIVERSÆ dicende in Missa ad libitū Sacerdotis, cū ijs quæ in proprijs Missis assignantur, qñ non est festū Duplex. **A**d poscenda suffragia Sanctorum.

Oratio.



Oncede quesumus omnipotens Deus: vt intercessio sanctæ Dei genitricis Mariæ, sanctorumque omnium

Apostolorum, Martyrum, Cōfessorū, atque Virginum, & omnium electorum tuorum, nos ubique lætificet: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per eundem Dominum. **Secreta.**

Oblatis, Dñe, placare munēribus: & intercedete beata Maria semper uirgine cum omnibus sanctis tuis, à cunctis nos defende periculis. Per Dñm. **Postcommunio.**

Sumpsimus, Dñe, beatæ Mariæ semper uirginis, & omniū sanctorū tuorū memoriã recolētes, sacramēta cęlestia: præta quesumus: vt quã tēporaliter gerimus, æternis gaudijs consequamur. Per Dñm.

Alia Oratio ut supra. Oratio.

Acunctis nos, quæsumus Dñe mētis & corporis defende periculis: & intercedete beata & gloriosa semper uirgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus, & pacem: vt destructis aduersitatib⁹ & erroribus uniuersis, Ecclesia tua secūra tibi seruiat libertate. Per eundem. **Secreta.**

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt phuis sacramenti uirtutem, à cunctis nos inuentis & corporis hostibus tuearis, gratiã tri-

buens in presenti, & gloriam in futuro. Per Dominum. *Postcomm.*

Mundet & muniat nos, quæsumus Dñe, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Deigenitrice Maria cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato *N.* & omnibus sanctis: à cunctis nos reddat & peruersitatib⁹ expiatis, & aduersitatibus expeditos. Per eumdē Dñm.

Pro omni gradu Ecclesie. Oratio.

Omnipotēs sempiternē Deus, cuius spiritu totū corpus Ecclesie sanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter feruiatur. Per Dominum. in vnitāte eiusdem. *Secreta.*

DA famulis tuis, Dñe, indulgentiam peccatorum, consolationem vitæ, gubernationē perpetuā: vt tibi seruiētes, ad tuam iugiter misericordiam peruenire mereantur. Per Dominum. *Postcom.*

Libera, quæsumus Domine, à peccatis & hostibus, famulos tuos tibi supplicantes: vt in sancta conuersatione viuentes, nullis afficiantur aduersis. Per Dominum.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulū tuū *N.* quē pastorem Ecclesie tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus verbo & exemplo quibus præest, proficere: vt ad vitam vnā cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Dominum. *Secreta.*

Oblātis quæsumus Dñe, placāre muneribus: & famulum tuum *N.* quem pastorem Ecclesie tuæ præesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Dñm. *Postcō.*

Hæc nos, quæsumus Dñe, diuini sacramenti pceptio protegat: & famulum tuum *N.* quē pastorem Ecclesie tuæ præesse voluisti, vnā cū commissio sibi grege, saluet semper & muniat. Per Dñm.

Pro Imperatore. Oratio.

Deus, regnorum omnium, & Christiani maxime protector Imperij: da seruo tuo Imperatori nostro *N.* triumphum virtutis tuæ scienter excōlere: vt qui tua institutione est princeps, tuo sit semper munere potens. Per Dñm. *Secr.*

Suscipe, Domine, preces & hostias Ecclesie tuæ pro salute famuli tui supplicantis: & in protectione fidelium populorum, antiqua brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis, secura tibi feruiat Christiana libertas. *p. Postcō.*

Deus, qui ad prædicandū æterni Regis Euāgelium, Romanum Imperium præparasti: prætende famulo tuo Imperatori nostro *N.* arma cælestia, vt pax Ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per Dominum.

Pro Rege. Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus: vt famulus tuus *N.* Rex noster, q̄ tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiā omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratiofus valeat peruenire. Per Dominum. *Secreta.*

Mvnera, Domine, quæsumus, oblātā sanctifica: vt & nobis vnigeniti tui corpus & sanguis fiant: & Regi nostro ad obtinendā animæ corporisq̄ salutem, & peragendum iniunctum officium, te largiente, vsquequaque proficiāt.

Per

Pereundem. *Postcommunio.*

HÆc, Dñe, oblatio salutaris famulum tuum **N.** Regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis: quatenus & Ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatem: & post huius temporis decursum ad æternam perueniat hereditatem. Per Dñm.

Pro Prælati, & congregationibus eis commissis. Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus, qui facis mirabilia magna solus: præte super famulos tuo, & super cōgregationes illis commissas, spiritum gratiæ salutaris: & ut in veritate tibi complacent, & perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per Dominum. in vnitatem eiusdem Spiritus.

Secreta.

Hostias, Domine, famulorum tuorum placatus intende: & quas in honore nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere sibi sentiant ad medelam. Per Dominum.

Postcommunio.

QVos cælesti recreas munere, perpetuo, Domine, comitare præsidio: & quos fouere nõ desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per Dominum.

Pro cōgregatione & familia. Ofo.

Defende, quæsumus, Domine, beata Maria sæper virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiam: & toto corde tibi prostrata, ab hostium propitius tuere clemeter infidijs. Per Do. *Secreta.*

SVscipe, quæsumus omnipotens Deus, oblationem nostræ deuotionis: & per virtutem huius sacramenti famulos tuos à cunctis aduersitatibus prætege. Per Dñm. *Postcom.*

SVmptis redẽptionis nostræ muneribus, præsta quæsumus misericors Deus, eorum nobis celebra-

tione, tuæ ptectionis cōtra omnes aduersitates subsidium. Per Dñm.

Pro concordia in congregatione seruanda. Oratio.

DEus largitor pacis, & amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate cōcordiam: ut ab omnibus, quæ nos pulsan, tentationibus liberemur. Per Do. *Secreta.*

His sacrificijs, Dñe quos, concede placat: ut quæ proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per Dñm. *Postcommunio.*

Spiritum nobis Domine, tuæ charitatis infunde: ut quos vno pane cælesti satiasti, tua facias pietate concordem. Per Dominum. in vnitatem eiusdem Spiritus sancti.

Contra persecutores Ecclesie. Ofo.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte: ut destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secum tibi seruiat libertate. Per Dominum. *Secreta.*

PRôtege nos Dñe, tuis mysterijs seruietes: ut diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per Dñm. *Postcommunio.*

QVæsumus Dñe Deus noster: ut, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ finas subiacere periculis. Per Dominum.

Contra persecutores & male agentes. Oratio.

Hostium nostrorum, quæsumus Dñe, elide superbiam: & eorum contumaciam dextera tuæ virtute prosterne. Per Dominum. *Secreta.*

HVius Dñe, virtute mysterij, & à proprijs mundemur occultis, & ab inimicorum liberemur infidijs. Per Dominum. *Postcomm.*

PRôtecor noster aspice Deus: & ab inimicorum nos defende periculis: ut omni perturbatione

submota, liberis tibi mentibus seruiamus. Per Dominum.

Pro quacunque necessitate. Oratio.

Deus refugium nostrū & virtus: Adalto pijs Ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis, & p̄ta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm. *Secreta.*

DA, misericors Deus: vt hæc salutaris oblatio & à proprijs nos reatibus indefinēter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum. *Postcommunio.*

Sumpsimus Domine, sacri dona mysterij, humiliter deprecātes: vt quæ in tui cōmemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuus & regnas.

Pro quacunque tribulatione. Oratio.

NE despicias, omnipotēs Deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per Dominum. *Secreta.*

Suscipe Domine, propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutem potēti pietate reitui. Per Dominum. *Postcōm.*

Tribulationem nostram, quæsumus Dñe propitius respice: & iram tuæ indignationis, quam iuste meremur, auerte. Per Dñm.

Tempore famis. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectū, & famē propitiatus auerte: vt mortaliū corda cognoscant, & te indignā te, talia flagella prodire, & te miserante cessare. Per Dñm. *Secreta.*

Deus, qui humani generis vtrāque substantiam, præsentium munerum & alimento vegetas, & renouas sacramento: tribue quæsumus: vt eorū & corporibus nostris

subsidium non desit, & mentibus. Per Dominum. *Postcommunio.*

Gubernans, quæsumus Dñe, tēporalibus alimentis: quos dignaris æternis informare mysterijs. Per Dñm.

Ad petendam pluuiam. Oratio.

Deus, in quo viuimus, mouemur, & sumus: pluuiā nobis tribue congruentem: vt præsentibus subsidijs sufficiēter adiuti, semper æterna fiducialius appetamus. Per Dominum. *Secreta.*

Oblatis, quæsumus Dñe, placare muneribus: & opportunū nobis tribue pluuiæ sufficiētis auxiliū. Per Dominum. *Postcōm.*

DA nobis, quæsumus Domine, pluuiam salutarem: & aridā terræ faciem fluentis celestibus dignanter infunde. Per Dominum.

Ad postulādam serenitatem. Oratio.

Ad te nos, Dñe, clamātes exaudi: & aëris serenitatem nobis tribue supplicātibz: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordiam tuam præueniente, clementiam sentiamus. Per Dominum. *Secreta.*

Præueniat nos, quæsumus Domine, gratia tua semper, & subsequatur: & has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus, benignus assume: vt per intercessionem sanctorū tuorum, cūctis nobis proficiant ad salutem. Per Dñm. *Postcomm.*

Quæsumus omnipotens Deus, clementiam tuam: vt inundantiam coërceas imbrum, & hilaritate vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum.

Ad repellendas tempestates. Oratio.

Adomo tua, quæsumus Dñe, spirituales nequitiæ repellantur: & aërearū discedat malignitas tempestatum. Per Dominum. *Secreta.*

Offerimus tibi Dñe, laudes & munera, pro cōcessis beneficijs gratias referentes, & pro cōcedendis semper suppliciter deprecātes. Per Dñm. *Postcommun.*

OMnipotens sempiternus Deus, qui nos & caltigādo sanas, & ignoscendo conseruas: præsta supplicibus tuis: vt & tranquillitatib⁹ huius optatæ consolationis lateamur, & dono tuæ pietatis semper vtamur. Per Dominum nostrum.

Pro peste animalium. Oratio.

Deus, qui laboribus hominum etiā de mutis animalibus solatia subrogasti: supplices te rogamus: vt sine quibus non alitur humana cōditio, nostris facias vsibus non perire. Per Dominū. *Secreta.*

Sacrificijs, Domine, placatus oblatīs, opem tuam nostris temporibus clementer impende. Per Dominum nostrum. *Postcomm.*

Benedictionem tuam Domine, populus fidelis accipiat, qua corpore saluetur & mente: & congruam tibi exhibeat seruitutem: & propitiationis tuæ beneficia sepe inueniat. Per Dominum.

Pro seipso Sacerdote. Oratio.

OMnipotēs & misericors De⁹, humilitatis meæ preces benignus intende: & me famulum tuū, quem nullis suffragātibus meritis, sed immensa clementiæ tuæ largitate cælestibus mysterijs seruire tribuisti, dignum sacris altaribus fac ministrum: vt quod mea voce depromitur, tua sã&ificatione firmetur. Per Dominum. *Secreta.*

Huius Dñe virtute sacramenti, peccatorū meorū maculas absterge: & præsta, vt ad exequēdum iniuncti officij ministerium, me tua gratia dignum efficiat, Per

Dominum nostrum. *Postcomm.*

OMnipotēs sempiternus Deus, qui me peccatorem sacris altaribus adstare voluisti, & sancti nominis tui laudare potentiam: concede propitius per huius sacramēti mysterium, meorū mihi veniam peccatorum: vt tuę maiestati digne merear famulari. Per Dominum.

Pro petitione lacrymarum. Ofo.

OMnipotēs & mitissime Deus, qui sitiēti populo fontem viuētis aquæ de petra produxisti: educe cordis nostri duritia lacrymas compunctionis, vt peccata nostra plangere valeamus, remissionemque eorum te miserante, mereamur accipere. Per. *Secreta.*

Hanc oblationem, quæsumus Domine Deus, quam tuæ maiestati pro peccatis nostris offerimus, prōpitius respice: & producede oculis nostris lacrymarū flumina, quibus debita flammaram incēdia valeamus extinguere. Per Do.

Postcommunio.

Gratiam Spiritus sancti, Domine Deus, cordibus nostris clementer infunde: quæ nos gemitib⁹ lacrymarum efficiat maculas nostrorū diluere peccatorum: atque optatæ nobis, te largiente, indulgentiæ præstet effectum. Per Dominū. In vnitate eiusdem.

Pro remissione peccatorum. Ofo.

Deus, qui nullum respicis, sed quantumuis peccantibus, per pœnitentiā pia miseratione placaris: respice propitius ad preces humilitatis nostræ, & illumina corda nostra: vt tua valeamus implere præcepta. Per Dominum. *Secreta.*

Præfens sacrificium, Dñe, quod tibi pro delictis nostris offerimus, si tibi munus acceptum, & tã

viuen-

uiuētibus, quā defunctis proficiat ad salutem. Per Dñm. *Postcomm.*

EXaudi preces familiæ tuæ, omnipotēs Deus, & præsta: vt sancta hæc, quæ à te sumpsimus, incorrupta in nobis, te donante, seruentur. Per Dominum.

Pro publice penitentibus. Oratio.

Omnipotēs sempiternæ Deus, confitētibus tibi famulis tuis tua pietate relaxa peccata: vt non amplius eis noceat conscientia reatus ad pœnam, quàm indulgentia tuæ propitiationis profit ad veniã. Per Dominum. *Secreta.*

Praesta quæsumus omnipotens & misericors Deus: vt hæc salutaris oblatio famulos tuos & à proprijs reatib⁹ indefinēter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum. *Postcommunio.*

Omnipotens & misericors Deus, qui omnem animã penitentem & confitentem tibi, magis vis emendari, quàm perdere: respice super hos famulos tuos: & per hæc sancta sacramenta quæ sumpsimus, auerte ab eis iram indignationis tuæ, & omnia eorum peccata dimitte. Per Dominum.

Pro tentatis & tribulatis. Oratio.

Deus, qui iustificas impium, & non vis mortem peccatoris: maiestati tuã suppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua misericordia cōfidentes, cœlesti prôtegas benignus auxilio, & assidua protectione conserues: vt tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus à te separentur. Per Dñm. *Secreta.*

Huius, quæsumus Domine, virtute mysterij, & à proprijs nos munda delictis, & famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per Dominum nostrum Iesum.

Postcommunio.

Purificent nos, quæsumus Domine, sacramenta quæ sumpsimus: & famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: vt qui conscientia reatu constringuntur, cœlestis remedij plenitudine glorientur. Per Dominum nostrum.

Ad repellendas malas cogitationes.

Oratio.

Omnipotēs & mitissime Deus, respice propiti⁹ ad preces nostras, & libera corda nostra de malarum tētationibus cogitationū: vt sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per Dominum. In vnitatem eiusdem. *Secreta.*

Has tibi Domine, offerimus oblationes pro salute nostra: quatenus animas nostras ab immūdis cogitationibus purges, illęsq. custodias: & sancti Spiritus gratia illuminare digneris. Per Dominum. In vnitatem eiusdem Spiritus sancti.

Postcommunio.

Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina quæsumus corda nostra gratia tuæ splendore: vt digna ac placita maiestati tuæ cogitare semper, & te sincere diligere valeamus. Per Dominum.

Ad postulandam continentiam.

Oratio.

Vre igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrū, Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per Dñm. In vnitatem eiusdem. *Secreta.*

Dirumpe Domine, vincula peccatorum nostrorum: & vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate ac munda mēte possimus, retribue quæ ante tribuisti: & salua nos per indulgentiã, quos digna-

dignatus es ſaluare per gratiam.

Per Dominum. *Postcommunio.*

Domine adiutor & protector noſter, adiuua nos: & refloreat cor & caro noſtra vigore pudicitie, & caſtimonie nouitate: vt per hoc ſacrificium, quod tuæ obtulimus pietati, ab omnibus tentationibus emundemur. Per Dominum.

Ad poſtulanđã humilitatem. Oro.

Deus, qui ſuperbis reſiſtis, & gratiã præſtas humilibus: cõcede nobis verã humilitatis virtutẽ, cuius in ſe formã fidelibus Vnigenitus tuus exhibuit: vt numquã indignationem tuam prouocemus elati, ſed potius gratiã tuã capiamus dona ſubiecti. Per eundem Dominum noſtrum. *Secreta.*

Hęc oblatio, Domine, quæſumus, verã nobis humilitatis gratiam obtineat: ſimulque à cordibus noſtris concupiſcentiam carnis & oculorum, atque ambitionẽ ſæculi auferat: quatenus ſobrie, iuſte, pieque viuentes, præmia conſequamur æterna. Per Dñm. *Postcõ.*

Huius Domine ſacramenti perceptio, peccatorum noſtrorũ maculas abſtergat: & nos per humilitatis exhibitionem ad cæleſtia regna perducat. Per Dominum.

Ad poſtulanđã patientiam. Oro.

Deus, qui Vnigeniti tui patientia, antiqui hoſtis contriuiſti ſuperbiã: da nobis, quæſumus, quæ idem pie pro nobis pertulit, digne recõlere: ſicque exemplo eius, nobis aduerſantia æquanimiter tolerare. Per eundem Dñm. *Secreta.*

Mvnera noſtræ oblationis, quæſumus Dñe, ſuſcipe placatus: quæ, vt nobis patientiã donũ largiri digneris, maieltati tuæ deuota offerimus actiõne. Per Dñm.

Postcommunio.

Mysteria, Domine, ſacroſãcta quæ ſumpſimus, amiſſam nobis, quæſumus, reconcilient gratiã: atque munus paciẽtiẽ in illatis omnibus ſemper & vbique protegendo, impertiant. Per Dominum.

Ad poſtulanđã charitatem. Oro.

Deus, qui diligentibus te facis cuncta prodeſſe: da cordibus noſtris inuiolabilem tuẽ charitatis affectum: vt deſideria de tua inſpiratione cõcepta, nulla poſſint tentatione mutari. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Secreta.*

Deus, qui nos ad imaginẽ tuã ſacramentis renouas & præceptis: perſice grefſus noſtros in ſemitis tuis: vt charitatis donum, quod feciſti à nobis ſperari: per hæc, quæ offerimus, ſacrificia, facias veraciter apprehendi. Per Dominum.

Postcommunio.

Sancti Spiritus gratia, quæſumus Dñe, corda noſtra illuminet: & perfectẽ charitatis dulcedine abundanter reſiciat. Per Dominum. In vnitrate eiufdem Spiritus ſancti.

Pro deuotis animis. Oratio.

Deus, qui charitatis dona per gratiam ſancti Spiritus tuorũ fidelium cordibus infudiſti: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, ſalutem mētis & corporis: vt te tota virtute diligant, & quæ tibi placita ſunt, tota dilectiõne perſiciant. Per Dominum. In vnitrate eiufdem Spiritus ſancti. *Secreta.*

Miſerere, quæſumus Dñe, famulis & famulabus tuis, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuæ offerimus maieltati: vt per hæc ſancta, ſupernæ benediõnis gratiam obtineant, & gloriam æterna

beati-

beatitudinis acquirant. Per Dominum nostrum. *Postcommunio.*

Diuina libantes mysteria, quæsumus Domine, vt hæc sacramenta illis proficiant ad prosperitatem & pacem, pro quorum, quarumque dilectione, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Do.

Pro inimicis. Oratio.

Deus, pacis, charitatisque amator & custos: da omnibus inimicis nostris pacem charitatemque veram: & cunctorum eis remissionem tribue peccatorum: nosque ab eorum insidijs potenter eripe. Per Dominum. *Secreta.*

Oblatis, quæsumus Domine, placare muneribus: & nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisque indulgentiam tribue delictorum. Per Dominum. *Postcommunio.*

Hæc nos communio Domine, eruat à delictis: & ab inimicorum defendat insidijs. Per Dominum nostrum.

Pro constituto in carcere, vel in captiuitate. Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Apostolum à vinculis absolutum, illæsum abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula absolue: eumque ipsius meritis illæsum abire concede. Per Dñm. *Secreta.*

Super has, quæsumus Domine, hostias benedictio copiosa descendat: quæ captiui huius vincula soluat, & de eius liberatione nos cito lætificet. Per Dominum nostrum. *Postcommunio.*

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & per hæc sacramenta quæ sumpsimus, famulum tuum à vinculis suæ captiuitatis absolue. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Pro nauigantibus. Oratio.

Deus, qui transtulisti patres nostros per mare Rubrum, & transexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes: te suppliciter deprecamur: vt in nauis famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis. Per. *Secr.*

Suscipe, quæsumus Domine, preces famulorum tuorum, cum oblationibus hostiarum: & eos, pro quibus tua mysteria celebramus, ab omnibus defende periculis. Per Dominum nostrum. *Postcomm.*

Sanctificati diuino mysterio, maiestatem tuam Domine suppliciter deprecamur, & petimus: vt famulos tuos, quos donis facis celestibus memorari, per lignum sanctæ Crucis & à peccatis abstrahas, & à periculis cunctis miseratus eripias. Per Dominum.

Pro salute viuorum. Oratio.

Pratæde Domine, fidelibus tuis dexteram cælestis auxiliij: vt te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, consequi mereantur. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

Propitiare Domine, supplicationibus nostris: & has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benigne, assume: & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, præsta quæsumus: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum. *Postcomm.*

DA fidelibus tuis, quæsumus Domine, in tua fide & sinceritate constantiam: vt in charitate diuina firmati, nullis tentionibus ab eius integritate vellantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Pro uiuis & defunctis. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui uiuorū dominaris simul & mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosq. vel præfens sæculū adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniā consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Secreta.*

DEus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quæsumus, vt intercedentibus omnibus Sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione cōmendatos suscepimus,

& omnium fidelium nomina, beatæ prædestinationis liber adscripta retineat. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

PVrificent nos quæsumus omnipotens & misericors Deus, sacramenta quę sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis præsta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum: sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum: Filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum. ✠ Amen.



M I S S Æ P R O D E F U N C T I S.

In Commemoratione omnium fidelium Defunctorum. Introitus.

Requiem æternam dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis. *Pfal. Te decet hymnus De⁹ in Sion, & tibi reddetur votū in Ierusalē: exaudi orationē meam, ad te omnis caro veniet.*

Deinde absolute repetit, Requie æternā, vsque ad Psalmum. Oꝛo.

Fidelium, Deus, omnium cōditor & redemptor: animabus famulorum, famularumq. tuarū, remissionem cunctorum tribue peccatorū: vt indulgentiam, quā semper optauerūt, pijs supplicationibus cōsequantur. Qui viuīs & reg.

lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus: sed nō omnes immutabimur. In momēto, in istu oculi, in nouissima tuba: canet eīm tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet eīm corruptibile hoc, indūere incorruptionē: & mortale hoc indūere immortalitatem. Cū autem mortale hoc indūerit immortalitātē: tunc fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autē mortis, peccatū est: virtus vero peccati, lex. Deo autē gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christū Dominum nostrum.

Grad. Requiem æternam dona eis

Dñe: & lux perpetua luceat eis.

v. In memoria æterna erit iust⁹: ab auditione mala nō timebit. Tract.

Absolue, Domine, animas omnium fidelium Defunctorū ab omni vinculo delictorum. *v. Et gratia tua illis succurrente, mereātur euādere iudicium vltionis. v. Et lucis æternę beatitudine perfrui. Sequentia.*

Dies irę, dies illa,
Dsoluet sæclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sybilla.

Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus!

Tuba mirum spargens sonum
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum:

Mors stupebit, & natura,
Cum resurget creatura,
Iudicanti responsura.

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.

Iudex ergo cum sedebit,
Quidquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix iustus sit securus.

Rex tremendę maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.

Recordare Iesu pie,
Quòd sum causā tuę vię,
Ne me perdas illa die.

Quarens me, sedisti lassus:
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non fit cassus.

uste

Iuste iudex ultionis,
 Donum fac remissionis,
 Ante diem rationis.
Ingemisco, tamquam reus:
 Culpa rubet vultus meus:
 Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam absoluisti,
 Et latronem exaudisti,
 Mihi quoque spem dedisti.
Preces meæ non sunt dignæ:
 Sed tu bonus fac benigne,
 Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum præsta,
 Et ab hædis me sequestra,
 Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
 Flammiis acribus addictis,
 Voca me cum benedictis.
Oro supplex & acclinis,
 Cor contritum quasi cinis,
 Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
 Qua resurget ex fauilla
 Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce Deus,
 Pie Iesu Domine,
 Dona eis requiem. Amen.
Sequentia sancti Evangelij secun-
 dum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus tur-
 bis Iudæorum. Amen, amen di-
 co vobis: quia venit hora, & nunc
 est, quando mortui audient vocem
 filij Dei: & qui audierint viuent. Si
 cut enim Pater habet vitam in se-
 metipso, sic dedit & filio vitam ha-
 bere in semetipso: & potestatem de-
 dit ei iudiciũ facere, quia filius ho-
 minis est. Nolite mirari hoc: quia
 venit hora, in qua omnes q̄ in mo-
 numentis sunt audient vocem Filij
 Dei. Et procedet qui bona fecerunt,
 in resurrectione vite: qui vero mala
 egerunt, in resurrectionem iudicij.

Offertoriũ. Domine Iesu Christe,

rex gloria libera animas omnium
 fidelium defunctorũ de pœnis in-
 ferni, & de profundo lacu: libera
 eas de ore leonis, ne absorbeat eas
 tartarus, ne cadat in obscurũ: sed si-
 gnifer sanctus Michael representet
 eas in lucem sanctam: **Q**uam olim
 Abrahæ promissisti, & semini eius.

V. Hostias & preces tibi, Domine,
 laudis offerimus: tu suscipe, p̄ ani-
 mabus illis, quarũ hodie memoriã
 facimus: fac eas Dñe de morte trã-
 sire ad vitã. **Q**uam olim. **Secreta.**

Hostias, quæsumus Domine,
 qua tibi pro animabus famu-
 lorum famularumq̄. tuarũ offeri-
 mus, propitiatus intēde: vt quibus
 fidei Christianæ meritum contuli-
 sti, dones & præmium. Per Dñm.

Communio. Lux æterna luceat eis
 Dñe, **C**um sanctis tuis in æternum:
 quia pius es. **V.** Requiem æternam
 dona eis Domine: & lux perpetua
 luceat eis. **Cum sanctis. Postcomm.**

Animabus, quæsumus Domi-
 ne, famulorum famularumq̄.
 tuarum oratio proficiat supplica-
 tium: vt eas & à peccatis omnibus
 exuas, & tuæ redẽptionis facias es-
 se participes. Qui viuis & regnas cũ
 Deo Patre. **D**icto Dñs vobiscum,
 dñ, Requiescant in pace. & Amē.
 & non datur benedictio: sed dicto
 secreto, Placeat tibi sancta Trini-
 tas, legitur **Euangelium sancti Io-**
annis. In principio erat Verbum,
 vt moris est.

In die obitus, seu depositionis De-
functi. Introitus.

Requiem æternam dona
 eis Domine: & lux per-
 petua luceat eis. **Psalm.**
Te decet hymnus Deus **Psalm.**
 in Sion, & tibi reddetur votum.

in Ierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

*R*equiem æternam. *Oratio.*

Deus, cui propriū est misereri sēper & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui *N.* quam hodie de hoc sēculo migrare iussisti: vt nō tradas eam in manus inimici, neque obliuiscaris in finē: sed iubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriā paradisi perdūci: vt q̄a in te sperauit & credidit, non p̄cenas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dominum nostrum Iesum.

*L*ectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

7. Thec. 4. c. **F**ratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nō contristemini, sicut & ceteri qui spem nō habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierūt per Iesū, addūcet cū eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini: quia nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non p̄ueniemus eos qui dormierūt. Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos q̄ viuimus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra: & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

Graduale. *R*equiem æternā dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis.

V. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Traç. Absolue, Domine, animas omnium fidelium Defunctorū ab omni vinculo delictorū. *V.* Et gratia tua illis succurrente, mereantur

euādere iudiciū vltionis. *V.* Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

Sequentia. Dies iræ, dies illa, & c. vt supra. 542.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Martha *Ioan. 11. c.* ad Iesum. Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit ei Iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dixit ei Iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi. Vtique, Domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.

Offertorium. Domine Iesu Christe, rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michaël representet eas in lucē sanctam: *Q*uam olim Abrahæ promisisti, & semini eius. *V.* Hostias & preces tibi Domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. *Q*uam olim.

Secreta.

Propitiare, quæsumus Dñe, animæ famuli tui *N.* pro qua hostiam laudis tibi immolamus, maiestatem tuā suppliciter deprecātes: vt per hæc piæ placationis officia: peruenire mereatur ad requiē sempiternam. Per Dominum.

Communio. Lux æterna luceat eis domi-

Domine: **C**um sanctis tuis in æternum, quia pius es. **V.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **C**um sanctis.

Postcommunio.

Preſta quæſumus, omnipotens Deus: vt anima famuli tui **N.** quæ hodie de hoc ſæculo migravit, his ſacrificijs purgata, & à peccatis expe dita, indulgentiâ pariter & requiẽ capiat ſempiternam. Per Dominũ.

In die tertio ſepulchri, & trigeſimo deponens animam, dicitur Miſſa vt ſubſequentijs Oratiõibus quæ dicuntur ad ſepulchrum.

Quæſumus Domine, vt animam famuli tui **N.** cuius deſcriptio nis diem tertium, *vel* ſeptimũ, et trigeſimum commemoramus, ſanctorum atque electorum tuorum largiri digneris confortium: & rorem miſericordiæ tuæ perennem infundas. Per Dominum. *Secunda.*

Mvnera, quæſumus Domine, quæ tibi **p** anima famuli tui **N.** offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata cœleſtibus, in tua pietate requieſcat. Per Dominum.

Postcommunio.

Sviſcipe, Domine, preces noſtras pro anima famuli tui **N.** vt ſi quæ ei maculæ de terrenis contagijs adhæſerunt, remiſſionis tuæ miſericordiã deleantur. Per Dominum.

IN ANNIVERSARIO Defunctorum. Introitus.



Equiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. *Psal.*

Te decet hymnus Deo in Sion, & tibi reddetur votũ in Ieruſalem: exaudi orationẽ meã ad te omnis caro veniet.

Requiem æternam. *Oratio.*

M. N. R.

Deus indulgentiarum Domine: da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniuerſarium deſcriptionis diem commemoramus, refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum.

LECTIO libri Machabæorum.

In diebus illis. Vir fortiffimus Iudas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos qui ceciderat, reſurrecturos, ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia cõſiderabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt à peccatis ſoluantur. *Graduale.*

Requiem æternã dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **V.** In memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala nõ timebit. *Trochæus.*

Absolue, Domine animas omnium fidelium Defunctorum, ab omni vinculo delictorũ. **V.** Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudiciũ ultionis. **V.** Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

Sequentia. Dies iræ. 542.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudæorum. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non eijciam foras. Quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Hæc eſt autem voluntas eius, qui miſit me, Patris: vt omne, quod dedit mihi,

Mm

non

2.
Mac.
12.

Psal.
111.

Ioan.
6.d

Pl. 64.

non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autē volūtas Patris mei, qui misit me: vt omnis qui videt Filium, & credit in eum: habeat vitam æternā. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Offertorium. Domine Iesu Christe, rex glorie, libera animas omniū fidelium defunctorum de penis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadāt in obscurū: sed si gnifer sanctus Michaël representet eas in lucē sanctam: **Quam** olim Abrahæ promissisti, & semini eius.

✠. Hostias & preces tibi Domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. **Quam** lim.

Secreta.

Propitiare Dñe, supplicationibus nostris, pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: vt eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum nostrum.

Communio. Lux æterna luceat eis Dñe, Cum sanctis tuis in æternū: quia pius es. **✠.** Requie æternā dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. **Cum sanctis. | Postcomm.**

Præsta quæsumus Domine: vt animę famulorum famularumque tuarum, quorum anniuersarium depositionis diem cōmemoramus: his purgatæ sacrificijs, indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Si pro uno fiat anniuersarium, prædictæ Orationes dicantur in singulari numero.

IN MISSIS QVOTIDIANIS Defunctorum. Introitus.



Equiem æternam dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis. **Psal. I** Pl. 64. decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. **Requiem æternam.**

Pro defunctis Episcopis, seu sacerdotibus. Oratio.

Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes, famulos tuos Pōtificiali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregētur consortio. Per Dominum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

Deus, veniæ largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, vt nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire cōcedas.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

Fidelium, Deus, omnium cōditor & redēptor: animabus famulorum, famularumq. tuarū, remissionem cunctorum tribue peccatorū: vt indulgentiam, quā semper optauerunt, pijs supplicationibus, cōsequantur. Qui viuīs & reg.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

In diebus illis: Audiui vocē de Apoel 14. c celo, dicentē mihi. Scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amedo iā dicit spiritus, vt requiescant

scant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Grad. Requiem æternam dona eis Dñe: & lux perpetua luceat eis.

V. In memoria æterna erit iust^o: ab auditione mala nõ timebit. **Tract.**

Absolve, Domine, animas omnium fidelium Defunctorum ab omni vinculo delictorum. **V.** Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium ultionis. **V.** Et lucis æternę beatitudine perfrui.

Sequētia. Dies irę. vt supra. f. 542. ad arbitrium sacerdotis.

Sequentia sancti Evangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis mādaucauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Liti- gabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus. Amen, amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternā: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Offertorium. Domine Iesu Christe, rex glorię libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadāt in obscurum: sed si gnifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahę promifisti, & semini eius.

V. Hostias & preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe, p animabus illis, quarum hodie memoriã

facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim.

Pro defunctis Episcopis, seu sacerdotibus. Secreta.

Suscipe, Domine quęsumus pro Animabus famulorum tuorum Pontificum, seu sacerdotum, quas offerimus, hostias: vt quibus in hoc sæculo Pontificale, seu sacerdotale donasti meritum, in cælesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per Dominum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Secreta.

DEus, cuius misericordiã non est numerus, suscipe, ppitius preces humilitatis nostrę: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem: per hæc sacramenta salutis nostrę, cunctorum remissionem tribue peccatorum.

Pro omnibus fidelibus defunctis. Secreta.

Hostias, quęsumus Domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumq. tuarum offerimus, propitiatus intēde: vt quibus fidei Christianę meritum contulisti, dones & præmium. Per Dñm.

Communio. Lux æterna luceat eis Dñe, Cum sanctis tuis in æternum: quia pius es. **V.** Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Pro defunctis Episcopis, seu sacerdotibus. Postcommunio.

Profit, quęsumus Domine, animabus famulorum tuorum Pontificum, seu sacerdotum, misericordię tuę implorata clementia: vt ei^o, in quo sperauerunt & crediderunt, æternum capiant, te miserante, consortium. Per Dominum.

*Pro defunctis fratribus, orationibus
& benedictionibus. Postcommunio.*

Præsta quæsumus omnipotens & misericors Deus: vt animæ fratrum, propinquorum & benefactorum nostrorū, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus maiestati: per huius virtutē sacramenti à peccatis omnibus expiætę, lucis perpetuæ, te miserante, recipiant beatitudinem.

Pro omnibus fidelibus defunctis.

Postcommunio.

Animabus, quæsumus Domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuę redēptionis facias esse participes. Qui viuus & regnas cum Deo Patre, in vnitæte, &c.

Epistolę & Euangelia superius posita in vna Missa pro Defunctis, dici possunt etiam in alia Missa similiter pro Defunctis.

ORATIONES DIVER SÆ

pro Defunctis.

In die depositionis & anniuersario summi Pontificis, dicitur prima Missa, vt supra. fol. 542. præter Orationes, quę dicuntur vt infra. Oratio.

DEus, qui inter summos Sacerdotes, famulum tuum **N.** inefabili tua dispositione connumerari voluisti:

præsta quæsumus: vt qui vnigeniti Filij tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuò aggregetur. Per eundem Dominum. *Secreta.*

SVscipe Domine quæsumus, pro anima famuli tui **N.** summi Põtificis, quas offerim⁹ hostias: vt cui in hoc sæculo Pontificale donasti

meritum, in caelesti regno Sanctorum tuorū iubeas iungi consortio. Per Dominum. *Postcommunio.*

PRosfit, quæsumus, Domine animæ famuli tui **N.** summi Pontificis, misericordiæ tuæ implorata clemētia: vt eius, in quo sperauit & credidit, æternū capiat, te miserante, consortium. Per Dominum.

Pro defuncto Episcopo dicitur prima Missa, vt supra. fol. 542. Orationes vero vt infra. Oratio.

DEus, qui inter Apostolicos sacerdotes, famulum tuum **N.** Pontifici fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum. *Secreta.*

SVscipe Domine quæsumus, pro anima famuli tui **N.** Pontificis, quas offerim⁹ hostias: vt cui in hoc sæculo pontificale donasti meritū, in caelesti regno Sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per Dominum. *Postcommunio.*

PRosfit, quæsumus Domine, animę famuli tui **N.** Põtificis, misericordiæ tuæ implorata clemētia: vt eius, in quo sperauit & credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum.

Pro defuncto Sacerdote dicitur eadē Orationes, sed vbi dicitur Pontifici, dicat. sacerdotali, & pro. Põtificis, dicat. sacerdotis. Si fuerint plures, dicat vt supra in iij. Missa. f. 546.

*Pro Episcopo Cardinali defuncto dicat, famulū tuum **N.** Episcopū Cardinalē Põtifici fecisti dignitate &c.*

*Pro Presbytero Cardinali dicatur, famulum tuum **N.** Presbyterum Cardinalem sacerdotali fecisti &c.*

Pro Diacono autem Cardinali dicitur Oratio. Inclina Domine. quę habetur paulo infra, hoc modo,

vt animam famuli tui **N.** Diaconi Cardinalis, quam de hoc &c.

Pro defuncto Episcopo, ab a. Ofo.

DA nobis, Dñe, vt animam famuli tui **N.** Episcopi, quã de huius sæculi eduxisti laborioso certamine, Sanctorũ tuorum tribuas esse consortem. Per Dñm. *Secreta.*

ANnue nobis, quæsumus Dñe, vt animæ famuli tui **N.** Episcopi hæc proficit oblatio: quam immolando, totius mudi tribuisti relaxari delicta. Per Dñm. *Postcõm.*

His sacrificijs, quæsumus omnipotens Deus, purgata anima famuli tui **N.** Episcopi, ad indulgentiam & refrigerium sempiternum peruenire mereatur. Per Dominũ.

Pro defuncto Sacerdote.

Et possunt dici pro pluribus in numero plurali.

Oratio.

PRæsta quæsumus Domine, vt anima famuli tui **N.** sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantem, sacris muneribus decorasti, in cælesti sede gloriosa sēper exultet. Per Dominum. *Secreta.*

SVscipe, Dñe quæsumus, pro aĩa famuli tui **N.** sacerdotis quas offerimus hostias: vt cui sacerdotali donasti meritum, dones & præmium. Per Dominum. *Postcomm.*

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, vt animã famuli tui **N.** sacerdotis in congregatione iustorum, æternę beatitudinis iubeas esse consortem. Per Dominum.

Pro vno defuncto. Oratio.

INclina Dñe aurẽ tuã ad preces nostras, qbus misericordiã tuã supplices deprecamur: vt animã famuli tui, quã de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione cõstituas: & Sãctorũ tuorum iubeas esse consortem. Per Dñm. *Secreta.*

ANnue nobis, quæsumus Dñe, vt animæ famuli tui hæc proficit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum.

ABsolue, quæsumus Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorũ: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Do.

Pro vna def. u.

Quæsumus Domine, pro tua pietate miserere animę famulæ tuæ: & à contagijs mortalitatis exutam, in æternę saluationis partẽ restitue. Per Dominum.

His sacrificijs, quæsumus Domine, anima famulę tuę à peccatis omnib⁹ exuatur, sine quibus à culpa nemo liber extitit: vt p hæc piæ placationis officia, perpetuam misericordiam consequatur. Per Dominum. *Postcommun.*

INueniat, quæsumus Domine, anima famulæ tuæ lucis æternę consortium: cuius perpetuæ misericordiæ consecuta eĩ sacramentum. Per Dominum nostrum.

Pro p̄re & matre Sacerdotis. Ofo.

DEus, qui nos patrem & matrẽ honorare præcepisti: miserere clemẽter animab⁹ patris & matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternę claritatis gaudio fac videre. Per Dñm. *Secreta.*

SVscipe sacrificium, Domine, quod tibi pro animabus patris & matris meæ offero: eisque gaudium sempiternum in regione viuorum concede: meque cum illis felicitati sanctorum coniunge. Per Dominum nostrum. *Postcomm.*

Cælestis participatio sacramenti, quæsumus Dñe, animabus patris & matris meę requiẽ & lucẽ

obtineat perpetuā: meque cū illis gratia tua coronet æterna. Per Do.

Si pro patre tantum, vel matre tantum dicatur in ſingulari. Oratio.

Deus, qui nos patrem & matrem honorare præcipi, miſerere clementer animę patris mei, *vel*, matris meę, eiſque peccata dimitte: meque eum, *vel*, eam in æternę claritatis gaudio fac videre. Per Dominum. *Secreta.*

Suſcipe ſacrificium, Domine, quod tibi pro anima patris mei, *vel*, matris meę offero: eiſque gaudium ſempiternum in regione uiuorum concede: meque cum illo, *vel*, illa felicitati ſanctorū coniunge. Per Dominum. *Postcommun.*

Cæleſtis participatio ſacramenti, quęſumus Domine, animę patris mei, *vel*, matris meę requiẽ & lucem obtineat perpetuam: meque cum illo, *vel*, illa gratia tua coronet æterna. Per Dominum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

Deus, veniã largitor, & humanę ſalutis amator: quęſumus clementiã tuam, vt noſtrę congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierũt beata Maria ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis conſortium peruenire concedas. Per Dominum. *Secreta.*

Deus, cuius miſericordię nõ eſt numerus, ſuſcipe propitiuſ preces humilitatis noſtrę: & animabꝝ fratrum, propinquorũ, & benefactorum noſtrorum, quibus tui nominis dediſti cõfeſſionem: per hæc ſacramenta ſalutis noſtrę, cunctorum remiſſionem tribue peccatorum. Per Dominum. *Postcomm.*

Preſta quęſumus omnipotens & miſericors Deus: vt animę fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorũ, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuę obtulimus maieltati: per huius virtutę ſacramentiã peccatis omnibus expiata, lucis perpetuę, te miſerante, recipiant, beatitudinem. Per Dominũ. *Pro his qui in cœmeterio requieſcunt. Oratio.*

Deus, cuius miſeratione animę fidelium requieſcũt: famulis & famulabus tuis, omnibus hic & vbique in Chriſto quieſcẽtibus, da propitiuſ veniam peccatorũ: vt à cunctis reatibus abſoluti, tecũ ſine fine lætentur. Per eundem. *Secta.*

Pro animabus famulorum famularumque tuarum, & omnium catholicorum hic & vbique in Chriſto dormientium, hoſtiam, Domine, ſuſcipe benignus oblatã: vt hoc ſacrificio ſingulari, vinctulis horrendę mortis exũti, vitam mereantur eternam. Per eundem Dominum noſtrum. *Postcommun.*

Deus, fidelium lumen animarũ, addeſto ſupplicationibus noſtris: & da famulis & famulabus tuis, quorũ corpora hic & vbique in Chriſto requieſcũt, refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundẽ Do.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

Deus, cui propriũ eſt miſereri ſemper & parcere: propitiare animabus famulorũ famularumque tuarum, & omnia eorũ peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis abſolutę, tranſire mereantur ad vitam. Per Dominum. *Secreta.*

Anue nobis, quęſumus Domine, vt animabus famulorum famularumque tuarum hæc pro-

prosit oblatio: quam immolando, totius mudi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum. **Postcommun.**

DEus, cui soli competit medici præstare post mortem: præsta quæsumus: vt animæ famulorum famularumq. tuarum terrenis exutæ cõtagijs, in tuæ redẽptionis parte numerentur. Qui viuus.

Alia pro pluribus Defunctis. Oïo.

ANimabus, quæsumus Domine, famulorum famularumq. tuarum misericordiã concede perpetuam: vt eis proficiat in æternũ, quod in te sperauerunt & crediderunt. Per Dominum. **Secreta.**

HIS, Dñe q̄s, placat° intẽde muneribus: & quod ad laudem tui nominis supplicãtes offerimus, ad indulgentiã proficiat defunctorum. Per Dominum. **Postcõmun.**

Supplices, Dñe, pro animabus famulorum famularumq. tuarum preces effundimus, obsecrantes: vt quidquid conuersatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum sede latantium constituas redemptorũ. Per Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum Qui tecum viuus & regnat in unitate Spiritus sãcti Deus, Per omnia sæcula sæculorum. **R. Amen.**

ORDO AD FACIENDAM

Aquam benedictam.

Die Dominica, in sacrificia præparato sale & aqua benedicenda, Sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatus, alba vel superpelliceo indutus cum stola circa collum, primo dicit. V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum & terram.

Deinde absolute incipit exorcismum salis.



Exorcizo te creatura salis per Deum ⁊ viuum, per Deum ⁊ verum, per Deum ⁊ sanctum: per

Deum, qui te per Elisæum prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaret sterilitas aquæ: vt efficiaris sal exorcizatum in salutẽ credentiũ: & sis omnibus sumẽtibus te sanitas animæ & corporis: & effugiat atq. discadat a loco, in quo aspersũ fuerit, ois phantasia & nequitia vel versutiadiabolicę fraudis, omnisq. spiritus immundus adiuratus per eũ, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem.

R. Amen. Oremus. Oratio.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturã salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene ⁊ dicere, & sancti ⁊ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quidquid ex eo tactũ vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitie. Per Dñm.

Exorcismus aquæ: & dñ absolute.

Exorcizo te creatura aque in nomine Dei ⁊ Patris oipotentis, & in nomine Iesu ⁊ Christi filij ei⁹ Dñi nostri, & in virtute Spiritus ⁊ sancti: vt fias aqua exorcizata ad efugandã omnẽpotestãtẽ inimici, & ipsũ inimicũ eradicare & explãtare valeas cũ angelis suis apostolicis: per virtutẽ eiusdẽ Dñi nostri Iesu Christi: qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. **R. Amen. Oremus. Oïo.**

DEus, qui ad salutem humani generis, maxima quæq. sacramenta in aquarũ substantia condidisti: adesto propiti⁹ inuocationibus

nostris, & elemento huic multimo
dis purificationibus preparato, vir-
tutē tuę bene **B** dictionis infunde:
vt creatura tua mysterijs tuis ser-
uiens, ad abigēdos dæmones, mor-
bosq. pellēdos, diuinę gratię sumat
effectū: vt quicquid in domib⁹ vel
in locis fidelium hęc vnda resperse-
rit, careat omni immūditia: libere-
tur à noxa: nō illic resideat spiritus
pettilens, nō aura corrūpens: disce
dāt omnes insidię latentis inimici:
& si quid est, quod aut incolumita-
ti habitantium inuidet, aut quieti,
asperfione hui⁹ aque effugiat: vt sa-
lubritas per inuocationē sancti tui
nominis expetita, ab omnib⁹ sit im-
pugnationibus defensa. Per Dñm.

Hic ter mittat sal in aquam in mo-
dum crucis, dicendo semel:

C ommixtio salis & aquę pāri-
ter fiat: in nomine Pa **+** tris,
& Fi **+** lij, & Spi **+** ritus sancti.
A men. **v.** Dñs vobiscum. **R.** Et
cum spiritu tuo. **O** remus. **O** so.

D eus inuicte virtutis auctor, &
insuperabilis imperij Rex, ac
semper magnificus triūphator: qui
aduersę dominationis vires répri-
mis: qui inimici rugientis sæuitiam
superas: q. hostiles nequitias potē-
ter expugnas: te Dñe trementes &
supplices deprecamur, ac petimus:
vt hanc creaturam salis & aquę di-
gnāter aspicias, benignus illustres,
pietatis tuę rore sanctifices: vt vbi-
cumque fuerit aspersa, per inuoca-
tionē sancti nominis tui, omnis infe-
statio immūdi spiritus abigat: ter-
rorq. venenosi serpētis procul pel-
latur: & presētia sancti Spiritus no-
bis misericordiā tuam poscētibus, no-
bis a deesse dignetur. Per Dñm.
In vnitāte eiusdem Spiritus sancti.

Inter benedictionē, sacerdos ce-

lebraturus indut⁹ pluuia⁹ coloris
officio conuenientis, accedit ad al-
tare, & ibi ad gradus cum ministris
genus flexus accipit à Diacono asper-
sorium, & primo ter aspergit Alta-
re, deinde se, & erectus, ministros,
incipiēs Antiphonā. **Asperges me,**
Et Chorus prosequitur. Domine
hyssopo, &c. vt infra. Interim Ce-
lebrans aspergit Clerū, deinde po-
pulum, dicens submissa voce cum
ministris Psal. Miserere. Antiph,



A sper ges me Domine
hyssopo, & mūdabor: lauabis me,
& super niuē dealbabor. **Psal. M** ise ^{pc so.}
rere mei Deus: secundum magnam
misericordiā tuā. **v.** Gloria Patri.
Et Repetitur Añā. Asperges me.
Hęc Añā prædicto modo dicit ad
asperfionē aquę benedictę in Dñi-
cis per totū annum: excepta Dñica
de Passione, & Dominica Palma-
rum, in quibus nō dī, Gloria Patri,
sed post Psalm. M iserere, **repetitur**
immediate Antiph. Asperges me.
Excepto etiā tpe Paschali, scilicet
à Dñica Paschę vsq. ad Pētecosten,
quo tēpore cantatur sequens Añā.



V i di a quae egredientē
de tēplo à latere dextro, alleluia: &
oēs, ad quos peruēnit aqua ista, sal-
ui facti sunt, & dicēt, alleluia, alle-
Psal. C onfitemini Dño, quoniam ^{Psal.}
bonus: quoniā in sēculū misericor- ^{106.}
dia

dia eius. *V.* Gloria Patri. Repe-
tetur Antiphona. Vidi aquam.
Dominica vero Trinitatis refumi-
tur, Asperges me Domine.

In die ſancto Paſchæ & Penteco-
ſtes, vbi eſt fons Baptiſmalis, fit
aſperſio cum aqua pridie benedi-
cta in fonte Baptiſmi & ante inſu-
ſionem olei & chriſmatis, accepta.
Finita Antiphona ſupradicto mo-
do, Sacerdos qui aſperſit aquam, re-
uerſus ad Altare, itans ante gradus
Altaris iunctis manibus dicat.

V. Oſtēde nobis Dñe miſericordiã
tuam. Tempore Paſchali additur.

Allel. *R.* Et ſalutare tuũ da nobis.

V. Domine exaudi orationē meã.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobis cum.
R. Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

EXaudi nos, Domine ſancte, Pa-
ter omnipotens, æterne Deus:
& mittere digneris ſanctum Ange-
lum tuũ de cælis, qui cultodiãt, fõ-
ueat, prõtegat, viſitet, atque defen-
dat omnes habitantes in hoc habi-
táculo. Per Chriſtum Dominum
noſtrum. *R.* Amen.

B E N E D I C T I O

agni in Paſcha.

V. Adiutorium noſtrum in nomi-
ne Domini. *R.* Qui fecit cælum, &
terram. *V.* Dominus vobis cum.

R. Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

DEus, qui per famulum
tuum Moysen, in liber-
atione populi tui de
Ægypto agnum oc-
cidi iuſſiſti in ſimili-
tudinem Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, & vtroſque poſtes domorum de
ſanguine eiufdẽ agni perungi præ-
cepſiſti: ita bene *+* dicere, & ſancti-
ficare digneris hanc creaturam

carnis, quam nos famuli tui ad lau-
dem tuã ſumere deſideramus, per
reſurrectionem eiufdẽ Dñi noſtri
Ieſu Chriſti: Qui tecum viuit & re-
gnat in ſæcula ſæculorũ. *R.* Amen.
Et mox aſpergit aqua benedicta.

B E N E D I C T I O O V O R V M.

V. Adiutoriũ. *R.* Qui fecit. *V.* Do-
minus vobis cum. *O* remus.

Subueniat quaſumus, Dñe, tuã
bene *+* diſtionis gratia huic
ouorum creaturæ: vt cibus ſalũbris
ſiat fidelibus tuis in tuarũ gratia-
rum actione ſumentibus, ob reſur-
rectionẽ Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti: Qui tecum viuit & regnat in
ſæcula ſæculorum. *R.* Amen.

Et aſpergat aqua benedicta.

B E N E D I C T I O P A N I S.

V. Adiutorium noſtrum in nomi-
ne Domini. *R.* Qui fecit cælum &
terram. *V.* Dominus vobis cum.

R. Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

Domine Ieſu Chriſte, panis An-
gelorum, panis viuus æternæ
vitæ, bene *+* dicere dignare panẽ
iſtum, ſicut benedixiſti quinque pa-
nes in deſerto: vt omnes ex eo gu-
ſtantes, inde corporis & animę per-
cipiant ſanitatẽ. Qui viuus &
regnas in ſæcula ſæculorũ. *R.* Amẽ.

Et aſpergit aqua benedicta.

A L I A B E N E D I C T I O P A N I S.

V. Adiutorium noſtrum in nomi-
ne Domini. *R.* Qui fecit cælum &
terram. *V.* Dominus vobis cum.

R. Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

Domine ſancte, pater omnipõ-
tens, æterne Deus, bene *+* di-
cere digneris hunc panẽ tua ſancta
ſpiritali benedictione: vt ſit om-
nibus ſumentibus ſalus mentis &

corporis; atque contra omnes morbos, & vniuersas inimicorū infidias tutamē. Per Dñm nostrū Iesū Christū filium tuū, panē viuū, qui de cælo descēdit, & dat vitā & salutem mundo: & tecū viuūt & regnat in vnitāte Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amē.
Aspergatur aqua benedicta.

B E N E D I C T I O

nouorum fructuum.

V. Adiutorium nostrū in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus. **B**ene ꝥ dic Domine hos nouos fructus **N.** & præsta: vt q̄ ex eis in tuo sãcto nomine vescent, corporis & animę salute potiãtur. Per Christū Dñm nostrū. **R.** Amē.
Et aspergantur aqua benedicta.

B E N E D I C T I O A D

quodcumque comestibile.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus. **B**ene ꝥ dic, Domine, creaturã **B**istam **N.** vt sit remediũ salutare generi humano: & præsta per inuocationem sancti nominis tui: vt quicũque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Aspergat id cum aqua benedicta.

B E N E D I C T I O

candelarum.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus.

Domine Iesu Christe, fili Dei viui, bene ꝥ dic cãdelas istas supplicationibus nostris: infunde eis Dñe, per virtutem sanctę Cru ꝥ cis, benedictionē cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionē signaculo sãctę Cru ꝥ cis accipiant, vt quibuscumq̄. locis accensę, siue p̄sitę fuerint, discedãt p̄cipes tenebrabrũ, & contremiscant, & fugiãt pauidi cū oĩbus ministris suis ab habitationibus illis: nec p̄sumãt amplius inquietare aut molestare seruiẽtes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis & regnas in sæcula sęculorũ. **R.** Amē. **Postmodum aspergantur aqua benedicta.**

B E N E D I C T I O L O C I.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum, & terram. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus. **B**ene ꝥ dic Dñe Deus omnipotens locũ istũ, vt sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mãsuetudo, plenitudo legis, & gratiarũ actio, Deo P̄ri, & Filio, & Spiritui sãcto: & hæc benedictio maneat super hunc locũ, & super habitantes in eo, nũc & in omnia sęcula sæculorum. **R.** Amē.
Et aspergatur aqua benedicta.

B E N E D I C T I O

domus nouæ.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O**remus. **T**E Deũ Patrẽ Omnipotẽtẽ suppliciter exoramus pro hac domo, & p̄ habitatoribus eius, ac rebus: vt eã bene ꝥ dicere, & sancti-
†fica-

ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis Dñe de rore celi abundantia, & de pinguedine terræ vitæ ſubſtantiã, & deſideria vti eorū ad affectū tuæ miſerationis perducas. Ad introitū ergo noſtrū bene ꝑ dicere, & ſancti ꝑ ficare digneris hanc domū, ſicut benedicere dignatus es domum Abraham, & Iſaac, & Iacob: & intra parietes domus iſtius, Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque, & eius habitatores cuſtodiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *R.* Amen.

Deinde aſpergat aqua benedicta.

BENEDICTIO THALAMI.

ꝑ. Adiutorium noſtrū in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *ꝑ.* Dominus vobiscum.

R. Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

Bene ꝑ dic. Dñe, thalamū hūc: vt omnes habitantes in eo, in tua pace cōſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & ſeneſcant, & multiplicētur in lōgitudinē dierū, & ad regna cælorum perueniāt. Per Chriſtum Dñm noſtrū. *R.* Amen.

Postea aſpergat thalamum aqua benedicta.

BENEDICTIO

nouæ nauis.

ꝑ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *ꝑ.* Dominus vobiscum.

R. Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

Propitiare, Dñe ſupplicationibus noſtris, & bene ꝑ dic nauē iſtam dextera tua ſancta, & omnes q̄ in ea vehentur, ſicut dignatus es benedicere arcã Noe ambulantem in diluuiō: porrige eis Dñe dexterã tuã, ſicut porrexisti beato Petro ambulanti ſupra mare: & mitte ſan-

ctum Angelum tuū de cælis, qui liberet & cuſtodiat eã ſemper à periculis vniuerſis, cū omnibus quæ in ea erūt: & ſamulos tuos reſulſas a uerſitatib⁹, portu ſemper optabili, curſuque trãquillo tuearis, tranſactiſq̄. ac recte ꝑfectis negotijs omnib⁹, iterato tēpore ad propria cū omni gaudio reuocare digneris. Qui viuīs & regnas cū Deo patre.

Aſpergat nauim aqua benedicta.

Benedictiones ab Ep̄is, vel alijs facultatem habentibus faciendæ.

BENEDICTIO ſacerdotalium indumentorum in genere.

ꝑ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *ꝑ.* Dominus vobiscum.

R. Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

Omnipotēs ſempiternæ Deus, qui per Moysen ſamulū tuū pontificalia & ſacerdotalia, ſeu leuitica veſtimēta, ad explendum in cōſpectu tuo miniſterium eorum, ad honorem & decorem nominis tui fieri decreuiſti: adeſto propiti⁹ inuocationib⁹ noſtris: & hæc indumēta ſacerdotalia, deſuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione ꝑ noſtrę humilitatis ſeruitiū puriſſi ꝑ care, bene ꝑ dicere, & conſecrare digneris: vt diuinis cultibus & ſacris myſterijs apta & benedicta exiſtāt: his quoque ſacris veſtibus Pontifices, & ſacerdotes, ſeu Leuitæ tui induti, ab oībus impuſſionibus ſeu tērationibus malignorum ſpirituū muniti & deſenſi eſſe mereantur: tuiſque myſterijs apte & condigne ſeruire: & inherere, atque in his tibi placite & deuote, perfeuerare tribue. Per Chriſtum Dñm noſtrum. *R.* Amē. *O* remus.

Deus,

DEus, inuicte virtutis triūphator, & omniū rerū creator ac sãctificator: intēde ꝑꝑitius preces nostras: & hec indumenta leuitice, sacerdotalis & pontificalis gloriæ, ministris tuis fruēda, tuo ore ꝑꝑrio benedi + cere, sãcti + ficare, & cõ + se + crare digneris: omnesq; eis vtentes, tuis mysterijs aptos, & tibi iis deuote ac laudabiliter seruiētes, & gratos efficere digneris. Per Dominū nostrum. **O** remus.

Domine De^o oꝑs, qui vestimēta Pontificibus, Sacerdotib^o, & Leuitis, in vsum tabernaculi fæderis necessaria, Moysen famulum tuū agere iussisti, eūque spiritu sapiētiae ad id peragendū repleuisti: hec vestimēta in vsum & cultū mysterij tui bene + dicere, sãcti + ficare, & cõse + crare digneris: atq; ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spūs grã dignāter repleri, atq; castitatis itola, beata facias cū honorū fructu operū ministerij cõgruētis immortalitate vestiri Per Ch̃m dñm nr̃m. **R.** Am̃. *Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.*

B E N E D I C T I O
*inapparum & tobalearum, sive
linteraminum altaris.*

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **O** remus.

Exaudi Dñe preces nostras, & hæc linteamina sacri altaris vsui ꝑparata bene + dicere, & sãctifi + care digneris. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Am̃. **O** remus.

Domine Deus oꝑs, qui Moysē famulū tuū ornemēta & linteramina facere, per quadraginta

dies docuisti, q̃ etiã Maria texuit, & fecit in vsum ministerij tabernaculi fæderis: bene + dicere, sancti + ficare, & conse + crare digneris hec linteamina ad tegēdū inuoluēdūque altare gloriosissimi filij tui Dñi nr̃i Iesu Ch̃ri. Qui tecū viuut & regnat ī vnitate Spūs sãcti De^o, per omnia secula seculorū. **R.** Am̃. *Deinde aspergit aqua benedicta.*

B E N E D I C T I O

Corporalium.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo. **O** remus.

Clementissime Dñe, cuius inenarrabilis est virtus, cui^o mysteria arcanis mirabilibus celebratur: tribue q̃s, vt hoc linteamentū ꝑꝑitiationis bene + dictione sanctificetur ad consecrandū super illud corpus & sanguinē Dei & Dñi nostri Iesu Ch̃ri filij tui: Qui tecum viuut & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. **R.** Amen. **O** remus.

Omnipotēs sempiternus Deus, bene + dicere, sancti + ficare, & cõse + crare digneris linteamentū istud ad tegendum inuolnendumque corpus & sanguinem Dñi nostri Iesu Ch̃ri filij tui: Qui tecum viuut & regnat. **R.** Am̃. **O** remus.

Omnipotēs Deus, manibus nostris opem tuã benedictionis infunde: vt per nostram benedictionem hoc linteamentū sanctificetur, & corporis ac sanguinis Redemptoris nostri nouum sudariū, Spiritus sancti gratia efficiatur. Per eundem. In vnitate eiusdem Spiritus sancti. **R.** Amen.

Et aspergit aqua benedicta.

BENEDICTIO TABERNACULI, ſeu vaſculi pro ſacroſancta Euchariftia conſeruanda.

V. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *V.* Dominus vobifcum.

R. Et cum ſpiritu tuo. *O* remus.

Omnipotēs ſempiternè Deus, maieltatem tuā ſupplices deprecamur, vt vaſculū hoc pro Corpore filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti in eo condendo fabricatū, benedictionis tuæ gratia dicare digneris. Per eumdē Dñm. *R.* Amen.
Ita alpergit illud aqua benedicta.

ORATIO IN CONSECRATIONE

quæ dicitur cum Oratione Miſſæ diei ſub vna cōcluſione: & ſimiliter Secreta, & Poſtcommunio. *O*ro.

Adeſto ſupplicationib⁹ noſtris op⁹ Deus: vt quod humilitatis noſtrę gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per.

Secreta. Conſecrator.

Suſcipe Dñe munera, quę tibi offerim⁹ ꝑ hoc famulo tuo: vt ꝑꝑiti⁹ in eo tua dona cuſtodias. Per.

Conſecratus dicit.

Suſcipe Dñe munera, quę tibi offerim⁹ ꝑ me famulo tuo: vt ꝑꝑiti⁹ in me tua dona cuſtodias. ꝑ.

Infra actionem. Conſecrator.

Hanc igitur oblationē ſeruitutis noſtrę, ſed & cunctę familię tuę, quā tibi offerimus etiā ꝑ hoc famulo tuo, quē ad Episcopat⁹ ordinē ꝑꝑmouere dignatus es, quęſumus Dñe: vt placatus accipias, & ꝑꝑiti⁹ in eo tua dona cuſtodias: vt quod diuino munere cōſecutus eſt, diuinis effectibus exequatur: dieſque noſtros in tua pace diſponas: atque ab æterna damnatione

nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Conſecratus dicit.

Hanc igitur oblationē ſeruitutis noſtrę, ſed & cunctę familię tuę, quam tibi offerimus etiam ꝑ me famulo tuo, quē ad Episcopatus ordinē ꝑꝑmouere dignatus es, quęſumus Domine: vt placatus accipias, & ꝑꝑiti⁹ in me tua dona cuſtodias: vt quod diuino munere cōſecutus ſū, diuinis effectibus exequar: dieſque noſtros in tua pace diſponas: atque ab æterna dānatione nos eripi, & i electorū tuorū iubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominū noſtrum. Amen. *Poſtco.*

Plenum, quōſ Dñe, in nobis remedii tuę miſerationis operare: ac tales nos eſſe ꝑꝑerice ꝑꝑiti⁹, & ſic foueri: vt tibi in omnibus placere valeamus. Per Dominum.

ORATIO IN COLLATIONE

ſacrorum Ordinum, quæ dicitur cum Oratione Miſſæ diei ſub vna cōcluſione: & ſimiliter Secreta, & Poſtcommunio. *O*ratio.

Exaudi quęſumus Domine ſupplicum ꝑꝑeces, & deuoto tibi ꝑꝑectore famulantes, ꝑꝑetua deſenſione cuſtodi: vt nullis ꝑꝑerturbationibus ꝑꝑediti, liberā ſeruitutem tuis ſemper exhibeamus officijs. Per Dominum. *Secreta.*

Tvis, quęſumus Domine, operare myſterijs: vt hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum. *Poſtcommunio.*

OVos tuis Domine, reſiciſ ſacramentis, continuis attole benignus auxilijs: vt tuę redemptionis effectu, & myſterijs capiamus, & moribus. Per Dominum.

F I N I S.

INDEX NOMINVM SANCTORVM HVIVS MISSALIS.

A Bachum & sociorū martyrum, xix. Ianuar. fol. 355
Abdon & Sennen mart. xxx. Iulij. 423
Achillei & soc. m. xij. Maij. 388
Adaucti & Felicis martyr. xxx. Augusti. 442
Adriani mart. viij. Septēb. 443
Agidij Abbatis, Septēb. 442
Agapiti & soc. mar. vj. Aug. 427
Agapiti mar. xvij. Augusti. 436
Agathæ virg. & m. v. Febr. 366
Agnæ virg. & m. xxj. Ian. 355
Agnæ secudo, xxvij. Ian. 361
Agricole & Vitalis mar. iij. Nouembris. 465
Alexandri Papæ & sociorū martyrum, ij. Maij. 383
Alexij cōfessoris, xvij. Iulij. 413
Ambrosij Ep̄i & cōf. 7. Dec. 344
Anacleti Papæ & m. xij. Iul. 412
Anastasiæ mart. xxv. Decēbr. 18
Anastasi & Vincentij martyr. xxij. Ianuarij. 356
Andræ Apostoli, xxx. Nou. 341
Aniceti Papæ & m. xvij. Apr. 376
Annæ m̄ris B. Mariæ, 26. Iul. 420
Annuatiō B. Mariæ virginis, xxv. Martij. 363
Antonij Abbatis, xvij. Ian. 352
Antonij de Padua, xij. Iun. 394
Apollinaris ep̄i & m. 23. Iul. 417
Apollonię virg. & m. ix. Febr. 367
Apparitiō S. Michaelis Archangeli, viij. Maij. 386
Apulcij & soc. m. vij. Octob. 455
Asumpto B. Mariæ virginis, xv. Augusti. 435
Athanasi Ep̄i & cōf. ij. Maij. 382
Audifacis & soc. m. xix. Ian. 353
Augustini ep̄i & cōf. 28. Aug. 440
Acchi & soc. mar. vij. Oct. 445
Barbaræ virg. & m. iij. Dec. 343
Barnabæ Apostoli, xj. Iunij. 392
Bartholomæi Apostoli & xliij. vel xxv. Augusti. 438
Basilidis & soc. m. xij. Iunij. 393
Basilij Ep̄i & conf. xliij. Iun. 394
Beatricis & soc. m. xxix. Iul. 422
Benedicti Abbatis, xxi. Mar. 372
Bernardi Abbatis, xx. Aug. 436
Bibianę virg. & mar. ij. Dec. 342
Blasij Ep̄i & mart. iij. Febr. 366
Donaudentis Ep̄iscopei & conf. xliij. Iulij. 413
Bonifacij mart. xliij. Maij. 389
celix vir. & m. xxij. Nou 466
Caj & Soteris Pontificū & martyrum, xxij. Aprilis. 377
Callisti Papæ & m. xliij. Oct. 417
Cassiani mar. vris. xliij. Aug. 432
Catharinę virg. & m. 15. Nou. 472
Catanturæ virginis Senensis, xxix. Aprilis. 380
Cathedra S. Petri Romæ, xvij. Ianuarij. 352

Antiochiæ, xxij. Februarij. 367
Celsi & soc. mar. xxvij. Iul. 421
Christinæ virg. & m. 24. Iul. 418
Christophori mart. xxv. Iul. 419
Chrysanthi & Dariæ martyrii, xxv. Octobris. 460
Chryfologi m. xliij. Nou. 471
Circumcisio Dñi, 1. Ianuarij 32
Claræ virginis, xij. Augusti. 432
Clementis Papæ & mart. xxij. Nouembris. 470
Cleti & Marcellini Pontificum & martyrii, xxvj. Aprilis. 379
Commemoratio B. Pauli Apostoli, xxx. Iunij. 405
Commemoratio omnium Defunctorum, ij. Nouembris. 465
Conceptio B. Mariæ virginis, vij. Decembris. 345
Conuicti beati Pauli Apostoli, xxv. Ianuarij. 357
Cornelij & Cypriani martyrii, vij. Septembris. 446
Cosmæ & Damiani martyrii, xxvij. Septembris. 452
Crescentię & soc. m. xv. Iun. 395
Cypriani & Cornelij martyrii, xvi. Septembris. 446
Cypriani & Iustine martyrium, xxvi. Septembris. 451
Cyriaci & soc. m. vij. Aug. 429
Cyrini & sociorū m. xij. Iun. 393
Crucis Inuentio, iij. Maij. 383
Exaltatio, xliij. Septēbr. 445
Amasi Papæ & cōf. xi. Dec. 346
Damiani & Cosmæ martyrii, xxvij. Septēbris. 452
Dariæ & Chrysanthi martyrii, xxv. Octobris. 460
Decollatio S. Ioannis Baptiste, xxix. Augusti. 440
Dedicatio Basilicæ Saluatoris, ix. Nouembris. 466
Basilicæ Apost. Petri & Pauli, xvij. Nouēbr. 468
S. Mariæ ad Niuēs, v. Aug. 427
S. Michaelis Archangeli, xxix. Septēbris. 452
Defunctorū Commemoratio, ij. Nouēbris. 465
Dionysij, Rustici, & Eleutherij martyrium, ix. Octobris. 456
Dominici confess. iij. Aug. 426
Domitillæ virginis & marty. iij. Maij. 388
Donati Ep̄i & mar. vj. Aug. 428
Dorotheę virg. & m. vj. Febr. 367
Duodecim Fratrum martyrium, 1. Septēbris. 442
Eleutherij Papæ & martyrii, xxvi. Maij. 390
Eleutherij & soc. m. Octob. 456
Emerentianę virg. & martyris, xxij. Ianuarij. 356
Eplphania Dñi, vj. Ianuarij. 37
Erasmi & soc. marty. ij. Iun. 390

Euaristi Papæ & m. 26. Oct. 461
Euentij & soc. mar. iij. Maij. 383
Euphemij, Lucie, & Geminiæ, xvj. Septēbr. 446
Eusebij Ep̄i & m. xv. Decēb. 348
Eusebij cōfess. vij. Augusti. 432
Eustachij & soc. m. xx. Sept. 448
Exaltatio S. Crucis, xliij. Sep. 445
Fabiani Papæ & m. xx. Ian. 354
Fauftini & Iouitę m. 15. Febr. 367
Fauftini & soc. m. xxix. Iulij. 422
Feliciani & Primi m. ix. Iun. 391
Felicis psby. & m. xliij. Ian. 349
Felicis apc & m. xxx. Maij. 390
Felicis & Naboris m. xij. Iul. 413
Felicis & soc. mar. xxix. Iul. 422
Felicis & Adaucti martyr. xxx. Augusti. 442
Felicissimi & soc. m. vj. Aug. 427
Felicitatis & Perpetuæ martyrii, vij. Martij. 369
Felicitatis mart. xliij. Nou. 470
Francisci confess. iij. Octob. 454
Francisci de Paula, ij. April. 374
Geminiani & sociorum mart. xvj. Septēbris. 446
Georgij mart. xxliij. Aprilis. 377
Geruasij & Protasij martyrium, xix. Iunij. 397
Gordiani & Epimachi martyrii, x. Maij. 388
Gorgonij mart. 9. Septēbr. 444
Gregorij Papæ & cōfessoris, xij. Martij. 378
Gregorij Nazianzenis Ep̄iscopei & confess. ix. Maij. 388
Gregorij Thaumaturgi Ep̄iscopei & confess. xvij. Iun. 468
Ermetis mar. xvij. Aug. 440
Hieronymi presbyteri & conf. xxx. Septēbris. 453
Hilarij Ep̄i & cōf. xliij. Ian. 349
Hilarionis abbatis, xx. Oct. 459
Hippolyti & Cassiani martyrii, xliij. Augusti. 432
Hippolyti & sociorum mart. xliij. Augusti. 437
Hyacinthi & Proti martyrium, xj. Septēbris. 444
Hygini Papæ & martyrii, 11. Ianuarij. 349
Iacobi & Philippi Apostolorum, 1. Maij. 381
Iacobi Apostoli, xxv. Iulij. 419
Ianuarij Ep̄iscopei & sociorum mart. xix. Septēbris. 447
Ignati Ep̄i & mart. j. Febr. 361
Innocentij Papæ & confessoris, xxvij. Iulij. 421
Innocentij mart. xxvij. Dec. 23
Inuentio S. Crucis, iij. Maij. 383
Inuentio S. Stephani protomartyrii, 5. Augusti. 426
Ioannis Apostoli & Euāgelistæ, xxvij. Decēbr. 22
Ioannis ante portam Latinam, vj. Maij.

Index nominum Sanctorum.

vj. Maij. 385
 Ioannis Baptistæ Natiuitas, xxiiij. Iunij. 400
 Decollatio eiusdē, 29. Aug. 440
 Ioannis Chrysofomi Episcopi & confess. xxvij. Ianuarij. 360
 Ioannis Gualberti Abbatis, xij. Iulij. 411
 Ioannis Papæ & m. 27. Maij. 390
 Ioanis & Pauli m. xxvj. Iunij. 401
 Ioseph confess. xix. Martij. 371
 Iouitæ martyris, xv. Febr. 367
 Iudæ Apostoli, xxvij. Oct. 462
 Iuliane & Cypriani mart. xxvi. Septembris. 451
 Iuuenalis Episcopi & cōf. iij. Ma. 383
 L. argi & soc. mart. viij. Aug. 429
 Laurentij martyris, x. Aug. 431
 Leonis primi Papæ & confess. xj. Aprilis. 375
 Leonis secundi Papæ & confess. xxvij. Iunij. 402
 Lini Papæ & m. xxiiij. Sept. 451
 Lucæ Euāgeliste, xvij. Oct. 458
 Luciz & soc. mart. xvj. Sept. 446
 Lucie virg. & mar. xij. Dec. 347
 Lucij Papæ & mar. iij. Mar. 358
 Ludouici confess. xv. Aug. 439
 Machabæorum mart. j. Aug. 424
 Marcelli Papæ & m. xvj. Ian. 351
 Marcelli & soc. m. vij. Oct. 455
 Marcelliani, & Cleri martyrii, xvij. Iunij. 396
 Marcellini & Marcj mart. Pont. xxvj. Aprilis. 369
 Marcellini & soc. m. ij. Iun. 390
 Marci Euāgelistæ, xxv. Apr. 378
 Marci Papæ & cōf. vij. Oct. 455
 Marci & Marcelliani martyrii, xvij. Iunij. 396
 Margaritæ virg. & m. xx. Iul. 415
 Martæ virginis Conceptio, viij. Decembris. 345
 Purificatio, ij. Februarij. 362
 Annuntiatio, xxv. Martij. 373
 Visitatio, ij. Iulij. 407
 Festū ad Nives, v. Augusti. 427
 Assumptio, xv. Augusti. 435
 Natiuitas, viij. Septembris. 443
 Præsentatio, xxj. Nouemb. 469
 Mariæ Magdalene, xxij. Iul. 416
 Marij & soc. mart. xix. Ian. 353
 Martiæ cum socijs martyribus, xix. Ianuarij. 353
 Martiæ virginis, xxix. Iulij. 422
 Martiniani & Processi martyrii, ij. Iulij. 407
 Martini Episcopi & confessoris, xj. Nouembris. 466
 Martini Papæ & m. xij. Nou. 467
 Mathiæ Apostoli & Euāgelistæ, xxj. Septembris. 449
 Mathiæ Apostoli, xxiiij. vei. xxv. Februarij. 367
 Mauri Abbatis, xv. Ianuarij. 350
 Mauritij & soc. m. xxij. Sept. 450
 Maximij & soc. m. xiiij. Apr. 376
 Melchiadis pp. & m. x. Dec. 346
 Michaelis Archangeli Apparitio, viij. Maij. 486
 Dedicatio eiusdē, xxix. Sep. 452
 Menæ martyris, xj. Nouēb. 466

Modesti & soc. mart. xv. Iun. 395
 Monica viduæ, iij. Maij. 385
 Naboris & soc. m. xij. Iun. 393
 Naboris & Felicii m. xij. Iul. 411
 Natiuitas Domini nostri Iesu Christi, xxv. Decembris. 17
 Natiuitas S. Ioannis Baptistæ, xxiiij. Iunij. 400
 Natiuitas Beate Marię virginis, viij. Septembris. 443
 Nazarij & soc. m. xij. Iunij. 393
 Nazarij & soc. m. xxvij. Iul. 421
 Nerei & soc. mar. xij. Maij. 388
 Nicolai Episcopi & conf. vj. Dec. 343
 Nicolai de Tolentino confess. x. Septembris. 444
 Nymphæ virg. & m. x. Nou. 466
 Omnium Sanctorū, j. Nou. 464
 Pancratij mart. xij. Maij. 388
 Pantaleonis mart. xxvij. Iul. 421
 Pauli primi Eremite, 15. Ian. 350
 Pauli & Ioanis m. xxvj. Iun. 401
 Pauli Apostoli Conuersio, xxv. Ianuarij. 357
 Iuſdem cōmemoratio, x. Iunij. 405
 Pauli & Petri Apostolorū, xxix. Iunij. 404
 Paulini Episcopi & cōf. xxij. Iun. 398
 Perpetuæ & Felicitatis martyrum, vij. Martij. 369
 Petri & Pauli Apostolorū, xxix. Iunij. 404
 Petri Apostoli Cathedra Romę, xvij. Ianuarij. 352
 Antiochie, xxij. Februarij. 367
 Petri ad Vincula, j. Augusti. 424
 Petri martyris, xxix. April. 380
 Petri & sociorū mart. 2. Iun. 390
 Petri Alexandrini Episcopi & cōf. xxvj. Nouembris. 471
 Petronillæ virg. xxxj. Maij. 390
 Philippi & Iacobi Apostolorū, j. Maij. 381
 Pij Papæ & mart. xj. Iulij. 411
 Placidij & soc. mar. v. Oct. 455
 Polycarpi Episcopi & martyrii, xxvj. Ianuarij. 359
 Pontiani Papæ & martyrii, xxix. Nouembris. 468
 Prudentiæ virg. xix. Maij. 389
 Præsentatio B. Mariæ virginis, xxj. Nouembris. 369
 Prædictis virginis, xxj. Iulij. 415
 Primi & Feliciani m. ix. Iun. 391
 Priscæ virg. & m. xvij. Ian. 352
 Processi & Martiniani martyrum, ij. Iulij. 407
 Protasij & Geruasij martyrii, xix. Iunij. 397
 Proti & Hyacinthi martyrii, xj. Septembris. 444
 Purificatio B. Mariæ virginis, ij. Februarij. 362
 Quadraginta mart. ix. Mar. 30
 Quatuor coronatorum martyrii, viij. Nouembris. 465
 Remigij Episcopi & conf. Oct. 454
 Respicij & soc. mart. x. Nou. 466
 Romani mart. ix. Augusti. 430
 Romualdi Abbatis, vij. Feb. 367
 Rufinæ & Secundę virg. & mar.

x. Iulij. 416
 Rustici & soc. m. ix. Octobr. 456
 Sabbæ Albatis, v. Decemb. 343
 Sabinae mart. xxix. Augusti. 440
 Saluatoris Basilicæ dedicatio, ix. Nouembris. 466
 Sanctorum omnium, j. Nou. 464
 Saturnini mart. xxix. Nou. 340
 Sebestiani martyris, xx. Ian. 354
 Secundę & Rufinę virg. & mar. x. Iulij. 410
 Sennen & Abdō m. xxx. Iul. 423
 Sepem Fratrum mar. x. Iul. 410
 Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij mart. vij. Octobris. 455
 Siluerij Papæ & m. xx. Iun. 397
 Siluestri Papæ & conf. xxxj. Decembris. 351
 Simonis & Iudę Apostolorum, xxvij. Octobris. 462
 Simplicij & soc. m. xxix. Iul. 422
 Smaragdi & soc. m. 3. Aug. 429
 Soteris & Caij Pontif. & mart. xxij. Aprilis. 377
 Stanislai Episcopi & m. vij. Maij. 386
 Stephani protom. xxvj. Dec. 21
 Inuenio eiusdem, iij. Aug. 426
 Stephani Papæ & m. ij. Aug. 425
 Susannę virg. & m. xj. Aug. 432
 Symeonis episcopi & martyrii, xvij. Februarij. 367
 Symphoriani & sociorū martyrii, xxij. Augusti. 437
 Symphorose cum septem filijs martyribus, xvij. Iulij. 414
 Theclæ virginis & mart. xxiiij. Septembris. 451
 Theodori marty. ix. Nouēb. 466
 Theoduli & socior. 3. Maij. 383
 Thomæ Apostoli, xj. Dec. 348
 Thomæ de Aquino, vij. Mar. 369
 Thomæ Episcopi & m. xxix. Dec. 25
 Tiburij Episcopi & Maximij mart. xiiij. Aprilis. 376
 Tiburij & Susannę martyrum, xi. Augusti. 432
 Timothei Episcopi & martyris, xxiiij. Ianuarij. 356
 Timothei & sociorum martyrum, xxij. Augusti. 437
 Transfiguratio Dni, vj. Aug. 427
 Tryphonis, Respicij, & Nymphę mart. x. Nouembris. 466
 Valerij presbyteri & martyrii, xiiij. Februarij. 367
 Valeriani & sociorum martyrii, xlij. Aprilis. 376
 Victoris Papæ & m. 28. Iul. 421
 Vincentij mart. xxij. Ianuar. 356
 Visitatio B. Marię vir. ij. Iul. 407
 Vivalis marty. xxvij. April. 380
 Vivalis & Agricolæ martyrum, 3. iij. Nouembris. 465
 Viri & sociorū mar. xv. Iun. 395
 Vrbanj Papæ & m. xxvj. Maij. 389
 Vrfulæ & sociorū virg. & mart. xj. Octobris. 459
 Ysidi Papæ & sociorum martyrii, vj. Augusti. 427
 Zepherini Papæ & martyrii, xxvj. Augusti. 439

NOs Frater Ioannes Ludouicus Secch. de Rauenna Sac. Theolog.
Magister Ord. Prædicatorum: in toto Serenissimo Venetorum
Dominio contra hæreticam prauitatem Inquisitor Generalis à San-
cta Sede Apostolica specialiter delegatus: Testamur dedisse licentiam
Iuntis, recudendi Missale Romanum in octauo iuxta exemplar an-
no 1609. in Typographia Vaticana editum, deinde sic per ipsos recu-
sum cum præfato originali concordasse, & nihil additum, vel detractum
fuisse, immo in omnibus concordari reperisse, errores vero quam pau-
cissimos reperimus, quos pro faciliore emendatione hic in fine annota-
ri mandauimus. In quorum, &c.

Datum ex Domo sanctæ Inquisitionis, die 10. Decemb. 1622.

Errata Corrigennda.

Pag.	col.	lin.	Errata,	Correcta.
10	2	35	Isaiæ 42. b.	Isaiæ 40. b
15	2	33	Isaiæ 48.	Isaiæ 40.
27	2	20	Cum medium.	Dum medium.
34	1	4	Sap. 11.	Sap. 18.
73	1	35	1. Mac. 1. c	2. Mach. 1. c
99	2	3	Luc. 4. c	Luc. 4. d
106	1	15	Ezech. 36. c	Ezech. 30. c
112	2	40	Pf. 7.	Pf. 9.
120	2	43		Pf. 28.
203	2	30	Minister ꝑ.	Ministri ꝑ.

REGESTVM.

† †† ††† †††† A B C D E F G H I K L M N O P Q R
S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt Quaterniones.

VENETIIS, APVD I V N T A S.

M D C X X I I I.



MISSA SACRATISSIMI
ROSARII
BEATISSIMÆ VIRGINIS
MARIÆ,

Priuilegiata à Domino Nostro Papa PAVLO III.
& Gregorio Decimotertio.

Cum Missis de S. Angelo Custode, de S. Gregorio Papa Conf.
& Ecclesiæ Doctore, de Sancto Carolo Episcopo, ac
de Sanctis Quindecim Auxiliatoribus.



VENETIIS, APVD IVNTAS.

M D C X V I I I .

De Licentia Superiorum.



RARE 86-B
20562

